




**Opera Ioan. Goropii Becani, hactenus in lucem non edita :
nempe, Hermathena, Hieroglyphica, Vertumnus, Gallica,
Francica, Hispanica.**

<https://hdl.handle.net/1874/424367>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


+

Historia Gentium
Fol. n^o. 40,













Historia Gentium

Folio n°. 40.









OPERA
IOAN. GOROPHII
BECANI,

Haectenus in lucem non edita:

nempe,

HERMATHENA, GALLICA,
HIEROGLYPHICA, FRANCICA,
VERTVMNVS, HISPANICA.



Ex Donatione Hüb. à Fierstel.

ANTVERPIÆ,
Excudebat Christophorus Plantinus
Architypographus Regius.

clō. Is. LXXX.

Ex dono Grist. p. Plantin.



OPERA
IOANNIS GOROPH
BECANI

Hactenus in lucem non edita

HERMATHENA
HEROGLYPHICA
VIRTVM IN
GALLICA
FRANCICA
HISPANICA



CHRISTOPHORI PLANTINI
TYPOGRAPHVS
IN
BRVXELIS

HERMATHENA

IOANNIS GOROPHII

BECANI.



ANTVERPIÆ,


Ex officina Christophori Plantini
Architypographi Regij.

MD. LXXX.

HERMATHENA

IOANNIS GOROPH

BECAII



ANTVERPIA

Ex officina Christophori Plantini
Architypographi Regij.

clo. Is. lxxx.

B E N E D I C T O

A R I A E M O N T A N O

L Æ V I N V S T O R -

R E N T I V S S.



MULTA sunt, ARIA MONTANE, in hac vita mortalium studia, quibus ad hoc quod bonum nobis esse credimus quanto possumus opere ac labore contendimus. Sed quoniã bonum opinionibus non natura definimus, nostrisq; magis comoditatibus (qua multa sunt ac varia) quã recta ratione metimur, in eisq; consectandis nulli quicquã concedimus: quinimo (qua vulgi malevolentia est) nobis id discedere arbitramur quod alij accesserit: hinc, partim ignoratione veri boni quo beati efficimur, partim amore nimio aliorum quorum specie decipimur, ladi communis vita societatem, unde lites & bella oriuntur, turbariq; ac labi omnia necesse est. Quamquam autem ubi legibus moribusq; bene constituta Respub. est, ne aduersus alios iniusti simus pœna atque ignominia deterremur: attamen quamdiu non sponte nostra sed coacti metu officium facimus, numquam bene tranquilleq; vinitur. quod ut fiat à seipso incipere, sese interrogare, & (ut quisque sibi proximus est) ita animum suum vincere ac rationi subyccere oportet. Neque enim qui domi probus sit, aliter in publico se geret: sed ita vitam instituet, ut quod sibi fieri nolit, id in alium non committat. Verùm ubi non ratio sed libido dominatur; fons atque origo malorum omnium cupiditas, nihil ordinatum atq; compositum esse sinens, non modo eorum quibus ut felicioribus inuidemus odio nos accendit, verumetiam nobis ipsis iniquos atque infestos reddit. Nam quia immoderati nunquam presentibus acquiescimus, neque certum vite propositum tenemus, ut quaq; res incidunt ita variè afficimur: ac si fortè præter spem vel alius bene vel nobis male sit, illicò commouemur, ac nostri nosmet penitet. Atqui (quod etiam voluptatis assertorem illum in hortulis suis dixisse accepimus) qui ad placide beateq; viuendum rectam affectet viam,

eum ante omnia suo sibi iudicio beatū videri oportet. cui enim sua
 bona non videntur amplissima, is tamen si mundi totius Dominus
 sit, adhuc miser erit. Neque solum Epicurum tam præclaræ sententiæ
 laudare testem possum. sed alium etiam è comædia; qui, quisquis fue-
 rit, pereleganti versiculo Non est, inquit, beatus, esse qui se
 non putat. Itaque si non tantum summi illi viri qui ex Socrati-
 ca profecti domo omnem de moribus disciplinam nobis illustrarunt,
 verumetiam è plebe philosophi nec satis eo nomine digni, tam præ-
 clara sug gessere quo cupiditatem rerum nihil profuturorum animis
 nostris funditus eruerent: quid nos qui Christiani sumus, qui diuinis
 imbuti præceptis non ultra de natura boni ambigimus, neque de fi-
 nibus disputamus, sed certò scimus Deum (à quo omnia incipiunt, &
 in quem omnia desinunt) ipsum esse bonum quod quarimus, esse fi-
 nem ad quem nati sumus, ac veluti metam ad quam in huius vi-
 ta cursu nusquam aberrantes flectere debeamus, quid nos inquam
 facere oporteat? an non perpetuò illum intueri, illum in corde gerere,
 illum cupere, illum admirari, illi gratias assidue agere, cum propter
 alia infinita eius dona, tum propter illud eximium, ipsum nempe
 Dominum ac Seruatorem nostrum IESVM CHRISTVM?
 quem qui nobis donauit, cum eo donauit omnia: cui seruire regnare
 est: quem nosse quæ meditari sapere est: in eaq; sapientia multo ube-
 rius cumulatusq;, quàm in ea quæ Stoicorum est, vniuersa natura
 bona non fictè ac fallaciter sed verissime continentur. Neque ardua
 ad hanc adipiscendam est via. quanquam enim nihil sublimius, ni-
 hil eo excelsius, in cuius illa cognitione consistit: quippe qui in calo ha-
 bitet, ac sedeat ad dexteram Dei: tanto tamen citius faciliusq; eo
 pertingimus, quanto nos humilius ac submissius gerimus. summa
 tenet: sed ad ima descendit, ac nobis sese insinuat, cum mente ipsum
 complexi per fidem quam diuinis de eo testimoniis adhibemus, credi-
 mus esse filium Dei qui de Virgine nasci ac nostra mortalitatis par-
 ticeps esse voluerit, ut morte redemptos sua nos immortales effice-
 ret: & quos communis humani generis hostis longa seruitute affixe-
 rat, ipse manu sua tamquam vindex in libertatem assereret, calog;
 (unde genus ducimus) victor ac triumphator adscriberet, quos ini-
 micus ille grames peccatis ad tartarum usque depressit. Fide itaq;
 cognoscitur, fide colitur: unde nata de ipsius erga nos voluntate fi-
 ducia, si pius per caritatem operibus ac qualibuscumque meritis no-
 stris

stis comprobetur, nihil est quod tanta felicitati possit accrescere. Nam quicquid sine triste sine letum incurrerit diligentibus Deum (quod inquit magnus ille Paulus) omnia cooperantur ad bonum: neque quicquam tam ferum, tam immane, tam barbarum, quod confirmatam semel aeternae salutis spem possit infringere, & ab amore eius nos separare, quem scimus esse iustum iudicem, & fideliter quae pollicitus sit reddere. accurrit enim laborantibus, & quae nostris ferre viribus non valeamus, ipse sustentat. Verum enimvero quoniam fides ista quam tantoperè predicamus, neque ab externis quantum optare debemus frequentia concipitur, neque à nobis qui in ea nati sumus, quae par est constantia ac virtute colitur: sed obliti communis Christianorum coetus quam Ecclesiam appellamus, tot ferè in sectas quot capita sumus, diuidimur, fedè nimis ac crudeliter dissidentes: danda bonis atque eruditis omnibus pro sua cuique facultate opera est, ut precati Deum quo conatibus nostris volens ac propitius aspi-ret, & externos quasitis undique rationibus ab impietate ad verae religionis cultum transducamus, ac nostros in sententia si boni sint confirmemus, si mali atque improbi, ut erroris atque culpa peniteat, quoquomodo procuremus. Quod cum maiorum tum nostra quoque memoria viri multi praecleari, inuentione quidem varia atque multiplici, sed uno omnes fine, magna cum laude praestitere: hi praesertim (nam de scriptoribus nunc tantum agimus) qui de perenni philosophia ac de caelesti monarchia libros nobis reliquere.

VERVM ut alia multa res, quas merito admiramur, hoc ipso saeculo exorta sunt: sic inter auctores etiam recenter extitit amicus ac familiaris noster Ioannes Goropius Becanus, vir eruditissimus. Qui nouo docendi genere demonstrare conatus est vetustissimam illam philosophiam (quam olim, ante natas in Graecia Athenas, cum alijs multi, tum Linus, Orpheus, Thamyras in Thracia docuere, unde in vicinas derivata regiones, ad Phrygas primum, ac tandem ad Graecos, sed serò, perueniret) ab ipso Noacho, eiusque filiis, praesertim, profectam esse, ac gentibus ad quas Deo duce delati fuerint, traditam: eamque cum Moysè, ac Sacrosancta eius historia, sola eo nomine digna, optimè conuenire. In qua inuestigatione dum praecellentis ingenij ac doctrinae vir scriptorum omne genus enoluit: poetas maxime, qui panem soli, si Platonem cum paucis excipias, ultima antiquitatis reliquias nobis conseruauerunt, nouis

semper (ut dies diem docet) suppeditantibus argumentis , quod de philosophia diximus , ad Theologiam siue de Deo opinionem transfudit . ostenditq̄ priscam illam pœsin siue Musicam , qua tota diuina esse à veteribus credebatur , ab uniuersali isto Dei omnipotentis cultu , quem Catholicum nunc appellamus , si fabularum inuolucra demas , ac mysteria remotis frondibus in apertum proferas , quaque decet attentione consideres , uerbis figurisq̄ fortassis aliquid , at re ipsa nihil penitus discrepare . Qua præclara sanè ac plena consolationis sententia ita disertè & eruditè non uno in loco (dum nunc de Promethei facula , nunc de Saturni auro , nunc de Apolline & Musis , nunc de Baccho ac Silenis Satyrisq̄ differentem audio) ab eo est pertractata ; ut persuasum fateri coegerit me quid esset pœsis , in qua tamen à prima adolescentia non absque laude aliqua uersatus sum , antea ignorasse . Et quia illam cum religione coniungit , ingentes agere gratias soleo , qui hoc disserendi genere ita animum affecerit meum , ut , dum ipse etiam in hoc commune conuiuium symbolam confero , quos de partu Virginis , quosq̄ de puero IESU , & cruento CHRISTI sacrificio , Deo magno Deo sancto Deo potenti atque pollenti hymnos tunc concinebam , maiore uiri quadam ac spiritu senserim emanasse . Nam (ut nosti) toto illo tempore , quo uel ego cum ipso Antuerpia , uel ipse mecum Leodij uersati sumus , quantum uacare à Repub. potui de istis questionibus egi . Et quanquam unicum tantum opus eius tunc prodierat , quod ludens Becceselana appellabat , futurum uidens quod euenit , ut à multis tamquam ridiculum contemneretur : nihil tamen celabat eorum omnium , qua dies noctesq̄ secum meditans postea concinnauit . hoc semper agens atq̄ omnibus ingenij sui neruis contendens , ut qua de CHRISTO Dei filio priscorum uatum testimonijs accepimus , summo non modò temporum omnium atque gentium consensu , sed totius etiam natura , in quacumque mundi parte illam contempleris , ostenderet comprobari . Quæ homini Christiano summa ac solida uoluptas est : nec quicquam efficacius ad conuincendam impietatem .

QUOD uerò eò quoque progressus est , ut diuinitatem hanc ubique sparsam in litteris etiam atq̄ uocabulis , eorumq̄ tum conformatione tum usu deprehendi posse assereret ; ita ut cuiusque rei proprietates ex ipso nomine cognoscatur : in eoq̄ plurimum & opera & temporis collocauit : non uideo cur hac etiam de causa laudari

non debeat. postquam idem studium alijs laudi fuit, qui multo minus tamen praestitere. Etenim in re tam ardua atque difficili laudanda, quamuis impar oneri voluntas est. At ipse quod voluit pane perfecit. non id quidem illis in linguis qua praeter ceteris, quia a summis auctoribus usurpata sunt, clara atque inclita habentur: nam in his, quamquam peritissimo, non procedebat ei labor: sed patrio idiomati, quod a Celtis olim Tentonisque per manus acceptum ad Septentrionem late patet, mentem animumque adiciens, assidua exercitatione eoque promovit; ut lingua hodieque cum Germanis (nisi quod pronuntiatione & dialecto differimus) nobis communem (Cimbriam ipse vocat) ab alijs contemptam ut bardam atque barbaram, in calum tollere, & sermonis omnis principatum ei deferre ausus sit. quippe qua, a parentibus ante orbis terrarum inundationem accepta, Noachus ipse, multis indigetatus nominibus, verisimiliter usus fuerit: quamque ipsius liberi posterique eorum, quascumque ad regiones diverterent, praesertim in sacrorum cultu unice observaverint. Quod profecto infinitis pane vocum, qua non dicam Graeca ac Latina, verum Hebraica credebantur, exemplis ostendit. quarum cum vix ulla ab alijs reddi ratio posset; ipse nihil eis significantius esse docuit, si a nostris eas derivari fontibus patiamur. Quare fremant licet homines delicati, quibus nihil praeter Varronem, aut Verrium Flaccum, Sextumque Pompeium, & nescio quos Etymologos placet. Fremant literatores nostri Antiquarii, qui tot mala auctorum nomina ab Annio quodam Viterbiensi pro bonis sibi obtrudi passi sunt. Dicam enim quod sentio. & aequum nactus arbitrum de obtinenda causa non dubito. qua de omni antiquitate, quae de notatione verborum, ut rei scilicet proprietate atque natura ex vi nominis eliciatur, alij scripserint, si Goropij commentarijs conferantur, colorem mox suum (tamquam e mentitum) perdere comparatione melioris. Quod qui insitietur, illum ego rogatum velim, ut suam cum ista nostra purpuram contendat. Vtra enim nativa sit atque alteri praestet, ipsemet, nisi artis imperitus, facile viderit. Nam quis pluribus unquam testimonijs id quod proposuit comprobavit? quis tot deorum, tot Heroum, tot antiquarum gentium fluminumque vocabula tam proprie, tam aperte, tam efficaciter idipsam quod sunt suapte vi significare ostendit? nonne rem totam sic passim explicat, ut exigua saepe vocula plura in se mysteria quam

litteras atque apices complectatur? An forte neget aliquis diuinitus esse factum ut prima rebus nomina imponerentur? Negent hoc impij, quos conuincere non difficile sit. Nos certe negare non possumus, quod & vetus omnis Philosophia alijs etiam de linguis docuit; & ad primariam quod attinet, sacris litteris confirmatur. Nam principio una tantum erat, & quidem ab Adamo caelesti inspiratione constituta. Deo autem inspirante an pronunciari potuit aliquid quod non integrum atque perfectum esset, quoque nihil à nobis significantius fingi possit? Quo semel concesso, quamam obsecro inuidia est nostro in sermone à nobis quæri, quod tute in tuo non inueniris? Varronem & Latinos, ut panem ridiculos, hic reijcio. Graci eruditiores, cum alia multa, tum hanc quoque vel præcipua scientia partem qua de nominibus est, maiore studio pertractarunt: & eo quidem admirabilius, quo Mosaicis temporibus propiores. Ut enim Pythagoram & Parmenidem taceam, Plato certe, omnibus in rebus magnus, illam plurimum illustrauit: cuius ore Socrates, præsertim in Cratylo, non fortuitam aut hominum arbitrio ac conuentione statutam, sed caelestem atque diuinam esse arbitratus est: in qua Dei vires veluti radij quidam & imagines appareant. Ceterum quidem conuersa re nihil neque sanctius neque sublimius dicere potuisset: cum ad exempla descendit, paruum certe operæ pretium mihi facere visus est. Nam ut ea quæ diuina vocat omittam, quæ vir ille in primis religiosus non nisi cunctanter & cum horrore, ob insignem numinis reuerentiam, attingit: de alijs meo quidem iudicio nihil vel tam acutè vel tam ingeniose ac subtiliter ab ipso inuentum est, quod nostris comparatum non euanescat. Et alioqui ipse quoque confessus est Barbarorum linguam Græca esse vetustiore. quamquam quam potissimum illa fuerit, quæ in ipsis rerum primordijs extitit, ignorauit. quippe qui neque de mundi creatione, neque de primis illis mortalibus quidquam se dignum scripserit. De Hebræis vero, Chaldæisq;, nolim sanè disputando cornicum oculos configere. neque ea fuit Goropij mens, ut gentis antiquissima atque à Deo dilecta luminibus obstrueret. Sed quoniam palma in medio posita est, neque credere cogimur linguam, quæ sub Moyse usi sunt, primigeniam fuisse: Nam ne ipsi quidem Iudæi ea de re inter se consentiunt: & è nostris nonnulli Syram siue Aramaeam, aut Palaestinam prætulere: quamam obsecro religio est Cimmerias tenebras eruere, & genti vetustissi-

tustissima, morumq; ac legum suarum tenacissima, post tot bellicas
 laudes, quando soli inuicti nec moti sedibus alias pane nationes om-
 nes & exturbarint & vicerint, hanc quoque gloriam quærere? An
 fortè, si de Latino aut Græco sermone agens, ab Aegypto usque &
 Aethiopia & Assyria aut Phrygia petatum esse vocabulum aliquod
 ostendero, cum plausu & approbatione discedam: Cimbro vero ac
 Teutonos vel leuiter nominare sine sibilo non permittar? Nocuerit
 sanè quod olim magnam Asia partem, quodq; Africam, Italiam,
 Hispaniam armis suis tenuerint. quãquam Græci ac Romani quod
 idem fecere sibi laudi ducunt. At nobis non de equis neq; curribus in-
 aciem ducendis, unde vastitas & exitium; sed de nominibus intel-
 ligendis, unde Deum ipsum atque naturam agnoscimus, omnis in-
 stituta disputatio est. Qua de re loquentem audire Coropium tan-
 tò mehercule æquius fuerit, quod, cum cetera lingua omnes quas au-
 ctiores celebrant, usu ius suam amiscent, neq; ullis amplius circum-
 scripta regionibus se tueantur; nostra, nulli cedens, fines quos habet
 latissimos egregie defendit. eo integrior atq; purior, quod maiores
 nostri nullam infundi peregrinitatem permiserint, neque linguam
 magis quàm animum excoluerint, semper ea aspernati quibus mo-
 res corrumpentur. Vetus de Græcis ad Marcum filium illud Ca-
 tonis est: Hoc puta vatem dixisse, quandocumque ista gens
 suas litteras dabit, omnia corrumpet. neque aliter euenit. Ro-
 mani enim à rebus gerendis ad theatri ludicra, atque ad ornate ac
 callide dicendum conuersi, ut patrium sermonem lenocinijs istis, sic
 imperium nequitia perdidere. Quo minus equidem mirandum, si
 gens nostra, neq; sui profusa neq; alieni appetens, diutius quàm cete-
 ra incorrupta permansit. Quamquam & illam sua fata manent.
 Atque utinam non tam certis indicijs id cerneremus. Solus ille qui
 vere est semper idem est: cetera fluxa ac minimè diuturna habentur.
 Idq; nulla in re magis quàm in loquendi usu deprehenditur. &
 quidem tunc maxime, cum tragicorum more (ut ait Plato) ornandi
 causa, priscis vocabulis, nequid aures offendat, litteras modo ad-
 dimus, modo detrahimus: ut matrona scilicet, qua forma nimio plus
 studiosa, medicamentis (quibus de ornatricum consilio utuntur) &
 naturam ledunt, & citius quàm sola contenta munditia senescunt.
 Quod ergo linguam qua primigenia videri possit inquirimus, hu-
 mano more accipi volumus. Quemadmodum enim (quod inquit

Horat.) ubi — vitiis nemo sine nascitur, optimus ille Qui minimis vrgetur —: sic etiam inter linguas perfectissima habenda est, qua minimè corrupta sit, & in qua plures antiquitatis nota velut gemma quadam effulgeant, ita ut rerum notitia maximarum ex ipsis nominibus capiatur. Nam optima ferè qua & vetustissima. Unde & Orphei etymologia celebrantur. neq; ulla unquam natio extitit qua non ad Deos aut diuinos certè homines, quos Heroes dicebant, originem retulerit suam: prisca scilicet admiratione virtutis, quam quo propius attingimus, eo magis magisq; homines sumus. Sed tempus est ut scriptorem ipsum horum operum differentem audiamus. qui quamcumq; rem tractet, siue gentium origines, siue qua de sermone est doctrinam illustrans, Deum semper ac naturam ante oculos ponit: nullo alio scribendi fine (quod uiuens sepe testatus est) quam ut Christianæ religionis veritas, ex tanta rerum omnium consensione manifesto deprehensa, maiore à nobis studio atq; opere conseruetur.

QVOD cum ita sit, quid Josepho Scaligero, viro insigni eruditione prædito, in mentem venerit nescio. qui, visis iam Originum libris, in Sex. Pompeium Festum de verborum significatione commentarios scribens, quo loco de Ambacti vocabulo agit, quod Gallicum esse auctor ostendit; ipse quem interpretandum sumpserat erroris, aut malitia potius insimulans, & Latinum esse ex Turnebi sententia contedens; quia noster illud Cimbricis adscripsit; hinc nata occasione, tot eum maledictis ac contumelijs tam asperè ac ferociter proscidit, ut non Scaligerum loqui putes, sed petitem è circo scurram, quo iure, quaque iniuria, in sui ordinis aliquem debacchantem. Et tamen (nisi præ iracundia Scaliger esse desierit) velit nolit, modo pacatus nobis aurem accommodet, nostra illud esse originis fateatur necesse est. Atque ideò in gratiam rediturum crediderim, ubi Hermathenā & Hieroglyphica in manus sumpserit. Nam in Originum libris non ita distinctè & accuratè hac de sermonis principatu questio pertractatur. ut fortassis necdum euolutos abiecerit, neq; lingua incognita præconium, neque argumenti nouitatem ferens: atque uniuersum opus improbens, cuius pars aliqua displicuisset. At verò multos ego noui, qui summa imbuti doctrina, tametsi linguam de qua agimus ignorabant, & ne fando quidem Goro-pij antè nomen audierant; ubi tot sub tali integumento occultari mysteria

mysteria videbant; & auctoris & lingua admiratione inflamma-
 ti, utrumque pariter in calum ferrent. Nec desuere interim etiam
 è nostris hominibus, qui (contra) partem aliquam operis sibi repre-
 hendendam arriperent: ea nempe quæ de Paradiso, quæ q̄ de Noa-
 chi arca, & Nilo, & Gigantibus scripsit. Sed cum diurnis nocturnisq̄
 studijs diu sese macerassent, & laboris frustra sumpti pertasum esset:
 spongiam pro calamo accepere; testati publicè facile quidem esse mor-
 dere, aut videre etiam ab eo dicta, sed difficile redarguere, difficilli-
 mum verò meliora adducere. Similem igitur exitum sperent qui
 eandem fortunam subire volent, ut victi turpiter conticescant.
 Tot enim vir ille petitis undiq̄ instructus armis in arenam descen-
 dit, sic appetit, sic declinat hostem, ut à quo metuere ei debeam vi-
 derim adhuc neminem. Qui verò Martem in lingua gerunt,
 tametsi maledicentem totidem verbis malè audire exquisitum est,
 securos esse iubeo. Neq̄ enim iurgantur mortui. & ego, quamuis ami-
 ci nomen atq̄ memoriã amo, tacere malim quàm obstrepere. Nam
 cuiuscumq̄ cõmittar, tam facile conuiciando me vicerit, quàm ipsum
 disputando Goropius. Interim quæ de Phrygum antiquitate parat
 Scaliger expectabimus. opus haud dubiè tam illustri ingenio dignum.
 Verùm si pro gentis eius vetustate Psammetichi Aegyptiorum Re-
 gis apud Herodotum sententiam, veluti prauidicio quodam, sequi
 volet: primam scilicet esse linguam qua BEC (quod Bèxxos ille facit)
 panem significet, quod ea vox ab infantibus, ad hoc à muto cu-
 stode asseruatis, primum prolata fuerit: mirabor equidem si ne tunc
 quidem placari se permisit: cum ita nostra sit ut nulla magis. Et
 tamen ineptam illam Graculorum fabulam intenti legimus, uti &
 Arcadium inane commentum, quod Luna antiquiores ante calum
 credo extiterint: Goropium verò & Phrygia & Arcadica disertis-
 simè explicantem, & ad Mosaica historiae normam exigentem, fa-
 stidiosi contemnimus; Circa poculis ebrij, ac pro Iunone nubem am-
 plexi, dum meris allekti nugis Sirenas Musis præferimus, terrenam
 nempe caelestibus, ac falsa veris, digni qui ad illarum scopulos obrua-
 mur. Quod si sola lingua Cimbrica inuidia nobis stomachum mo-
 uet; neque alia admittimus nomina, quàm quæ Gracorum scriptis
 celebrantur: facebat illa, & vel Thracia appelletur, vel Phrygia,
 vel Aegyptia etiam, cuius tam præclara apud omnes gentes extent
 vestigia; dummodo rem ipsam ad diuinæ Maiestatis gloriam te-
 neamus;

neamus; atque in confesso sit, Græcos, ea ipsa tempestate qua feti sapientia videbantur, plerumque omnia à Barbaris accepisse: ita ut merito ab Aegyptio quodam sacerdote (si Platoni in Timæo credimus) pueri adhuc appellarentur. Quinam verò hi Barbari fuerint, & unde profecti; postquam nemo hæcenus explicauit; hunc agyrtam, hunc circulatorum nostrum (his enim titulis ornat cum Scaliger) saltem aretalogi loco per ludum iocumque audiamus.


TU verò mi MONTANE, qui virum unà mecum à tot annis nosti, neque ignoras quomodo honeste natus, & à cunabulis penè in litteris, deinde inter philosophos enutritus, qualem ad diuinas atque humanas res cognoscendas progressum habuerit, quasque eo nomine prouincias obinerit: ac tandem, ceteris se abdicans functionibus, totum huic se contemplationi dedit: quanquam duarum Reginarum diui Caroli sororum in Hispania antè medicus, & insigni ob id quoad vinceret summa annua in testamento donatus, à Philippo quoque (Regum ab omni memoria potentissimo) ad valetudinis suæ curam ingenti pollicitatione, ac regali insuper munere (te procurante) accerferetur: Tu (inquam) pro eximia tua in amicos pietate, quem viuentem dilexisti, nunc vita functum aduersus calumnias splendore tui nominis defende. Atque equidem non ut patronum te appellarem, sed ut iudicem deposcerem: quum in supremo doctorum nostri sæculi hominum Senatu principatū obtineas: verum quia vereor ne recusent aduersarij, iurētque se ideo recusare quòd ob tuam erga nos beneuolentiā a quo iure uti non possent; quocumque potes modo huic causa assertor accede. Cedent illi: neque inter oratores suos temerè inuenient, qui de re quæ agitur aut verius, aut conuenientiùs atque ornatius dicere possint. Ecquis enim tot simul unquam linguarum & tot rerum scientiam maximarum adeptus est. Nec ideo auctoritatem defugerim tuam, quòd Hebræa, ut es peritissimus, sic acerrimum quoque defensorem te geris. Nam quam saepe coram de mysticis ac diuinis uocibus à Moyse petitis aduersus Goropium te differentem audiui: ita tamen abs te ille discedebat, ut ob ingenij acumen maiorem sui admirationem relinqueret. Labi autem & errare & decipi, humanum est; neque uni omnia data sunt: illud verò eximium, etiam ei à quo dissentias, placere posse. Quanquam eius rei laus ad te quoque pertinet. qui quanta ille in dicendo uehementia usus est (erat enim paullo calidior)

tantam

tantam tu in audiendo aquabilitatem prætulisti.

ATQVE hac summa ratio fuit, cur, cum Traiectum Mosa à Medinensi Regulo hinc euocatus in morbum incidisset, nec multo post moriens ante diem, domum uxoremq; (quam & per honestam ac prædiuitem duxerat) ac liberos suos mihi commendauisset: ego, non minori cura ac sollicitudine hos ingenij partus quàm generis sobolem suscipiens, ut in animis hominum veluti coalescerent, ac parentis sui memoriam (qui præcipuus generationis fructus est) in auum transmitterent, agnitos, approbatosq; à Theologis, Christophoro Plantino nostro publicandos sub tuo nomine traderem. Tu, ut ingenuos, à mala malorum hominum manu atque iniuria quæso vindica. Et, quia de intima amicorum cohorte deos, quod aiunt, propius contingis, postumos istos, tanquam tutor honorarius, Regi cum opportunum videbitur, ne fortè summoueantur, ipse manu trade. Proderit ad fauorē & gratiam patris recordatio. & verè regium est tueri Musas. ut Hercules Musagetæ nos olim imagines docuere. Vale. & Torrentium ut facis ama. Kalendis Iulij, Anno à Christo nato, M. D. LXXVIII. Leodio.

INDEX RERVM ET
VERBORVM IN
HERMATHENAM.

	Littera symbolica significatio. 59	Aidom sine Aiom. 63	Anna Perenna. 61
	A longum multorum rivorum nomen est. 120	aidos wvñ. 70, 71	Anna quid denotet. 61
	A longum per ae plerumq; scribitur in Cimbrica lingua, in Sueuica per aa. 194	Aiol@, Aiolus. 63, 109	Annus unde dicitur. 61
	A uocula incitans ad progressum 59, 78, 215.	aidava. 193	Annus magnus. 61
Abbatis Tritemij Stenographia. 15		aito. 63, 233	Antiquitatis laus & auctoritas. 22
Abecedarium. vide Alphabetum.		aitov. 113	Anubis unde dicitur. 124. & seq. 161
Aber. 78		Aker. 120, 155	Anubis Hieroglyphicū signū. 126
Aberrechts sine Auerrechts. 79		Al. 64, 147, 235	Anubis in sacris Jsidis precedere solet. 125
Aberwitzig. 79		Alani. 234	Anubis nomē Christo cōuenit. 125
Ac. i. aqua. 155		Alb. 87	Ac' isus. 236
Ac sine Aar. i. bonus. 32, 119, 120, 122, 199, 200, 201.		Alben sine Aluen. 87	Apis. 115
Acca dicta mors Christi. 121		Albion. 87	Apis Bie dicitur, quia plurima nobis offert. 114
Acca Laurentia. 120		Albus unde dicatur. 87	Apis idolum apud Aegyptios. 77
Acca Laurentia Romuli nutrix. 122		Albus color letitiae index. 87	Apollo unde dicitur. 190
Acca lupa vocata. 122		Albus color feminis, sacerdotibus, & viduis proprius. 87. & seq.	Apollo sanitati praefectus. 190
Acca Venus. 122		Alea Pallas. 134	Apollo verus, est Christus. 190
Acca sextus dies sacer. 121		alandis. 68	Aqua unde dicta. 119
Achy. 122		Allemani & Sueui derident Saxones & reliquos Germanos, quod studiosè Sigma vitent. 47, 58	Aquilo solium draconis oppositum throno Dei. 182
Achelous. 120		Allemanis tumida omnia placet loquendo. 58	Aquilonis plaga. 181
Acht. 122, 197, 201, 225		Alp. 87	Ar sine Art. i. iratus. 96
Achter. 226		Alpes. 87	Ar. i. tardus. 63, 96, 110. & seq. 159
Acker, Ackerman. 235		Alphabetum duplex. 213	Arar fl. 63, 110, & seq.
anos, anatos, anátopos, &c. 119, 120		Alphabetum Gracorum mutilum & redundans. 213	Arca. 159
Arx. 119, 199		Alphabeti sine Abecedarij ordo. 212	Arceo. 159
Adam unde dicatur. 95		Alphabetica sine Abecedaria oratio. 191, 215	Ares pro Marte. 111
Admeti sine Adameti greges paucis Christi. 190		als. 148	Art. 130
Adoleschia. 80, 81		Altus. 87	Argonica lingua. 18
Aegaeon. 209		Aluen. 100	Ariadne. 185
Aegislauus. 17		Am prepositio. 150	arsus. 111
Aegyptij falsi, Cingali dicti. 18		Amor Patris & Filij est Spiritus sanctus. 149	Aristotelis sententia de nominum significatione refellitur. 9. & seq. 16
Aem. 37		Amore omnia ducuntur. 149	Aristotelis nomen. 16
Aenigma Platoniciū Dionysio Siculo Tyranno perscriptum. 184		auoi. 100	Arithmetica laus. 88, 200
Aeolus. 63		An sine Aen. 59, 60. & seq. 84, 105, 124	Aro, arbo. 111
Aes. i. alimentum. 37		Ana. 62	Art sine Art. 110. & seq.
Aes. i. pecunia. 90		Anaitis. 62	Artemisia Iani herba. 139
Aes, aris unde dicatur. 90		Ancora, άγκυρα. 63	Arna. 130
Ael-sath. 90		avetos. 37	As, Aes. 90
Aesum sine Aesem. 37, 63		Ang sine Eng. 62	Asia. 90
Aequus. 130		Angel. 62	asus. 196
Aetheris nomen. 9, 19		Ango. 63	At prateritum imperfectū ab est. 90, 92
Aenum, aiow. 113		Angst. 62	Ate unde dicatur, & quid sit. 87, 93, 94
ajaraw. 220		Angulus. 62	Ate dicitur serpens infernalis. 92, & Lucifer. 93
Agelea. 130		Augustus, a, um. 63	Ate de calo praecipitata. 93
Ager. 32, 235		Anima. 37	Ates cognomen est Beligal. 195
Ag. 63, 109, 233		Anna Cimbrica vox & circularis. 61	Ater, a, um, unde dicatur. 87
ajnu. 37		Anna Dea apud Romanos. 61	Atra dies mortis Christi. 121
			Athana unde dicatur & quid sit. 62. & seq.

Atba-

Athanasizonta dicti Gete.	87	Beschijten.	200	Calabra Curia vnde dicta, &	
Αθητων Pallat.	134	Bescut.	111	quid significet.	73, 79, 83
Au sine Aw, Aulwers, Autwen.		Bet. i. morsus.	116	Calaphates Imperator Constan-	
108, 219		Bet sine Be. i. oratio.	115, 117	tinopolitanus.	74
Auco, es, ere.	220	Bet. i. oro.	218	Cal. end.	83. & seq.
Auguriorum disciplina.	10	Beter.	115	Calende vnde dicta. 73, 83. & seq.	
Auertwja.	79	Belwin.	150	Calf. i. vitul ^{us} , vnde dicatur. 75, 77	
Auris.	102, 104	Bi.	99, 114, 115. & seq.	Calchoot.	83. & seq.
Aurium supremum officium.	102	Bi-boet.	139	Calloo.	74
Aurum vnde dictum.	101	Bie. i. offero.	114, 115	Καλιθ. & καλιθ. vnde dicatur. 77, 82	
Aut.	220	Bie. i. apis.	ibidem	Caluaten.	74
Auus.	219	Bijn.	118	Caluus, a, um.	75
Auwjs.	79	Bin sine Ben.	99	Camillus.	167
Azibo.	199.	Blat. i. folium.	151	Can.	123, 125
		Blat. i. vaniloquus.	77, 151	Canis vnde dictus.	123, 124
B.		Blatren.	77	Canis symbolum philosophorum.	
B littera symbolica significatio.		Blaterare.	ibidem	123, 124	
114		Βλαξ, Βλαξεύω.	77	Canis symbolum doctorum, pasto-	
Babelen.	218	Boet.	115, 201	rum populi, & episcoporum.	
Babylonica confusio.	218	Bont.	152, 219	124. & seq.	
Bacchus Sabazius Nothus.	185	Boorch.	235	Cano, is, ere.	203
Backen.	116	Bootes sidus cali.	182	Canonicorum Monasteriensium	
Baden, Baien.	109	Boz.	151	vetustus ritus, vt morituro ca-	
Baen sine Ban.	115, 150	Bosch.	197, 198	put suillum ostendatur.	194
Baex sine Bas. 123. & seq.		Bosphorus.	155	Cantus omnis quod referendus.	203
Baet.	115	Boter.	201	Cap.	122
Baiso.	115	Βόλοματ.	101, 128	Car.	118
Baia Cimmericorū, vnde dicta.	109	Babant.	150	Kapdia.	219
Bal.	194	Briareus.	209	Cardinalibus & Episcopis peta-	
Ban sine Baen.	150	Buas anis.	207	sus Mercurij impositus, quid	
Banda.	150, 219	Bubo anis.	207	moneat.	160
Bandophorus.	150	Bur.	167	Cares Barbarophoni dicti ab Ho-	
Bant. 118, 150, 151, 152, 219		Bura.	167	mero.	204
Bar.	76	Butyrum.	201	Carmina & incantamenta.	11
Barbarus vnde dictus.	204, 205			Carus.	118
Barbara Phrygum lingua, lingua		C.		Cas.	202
filiorum Dei, sine Deorum.	205	C littera symbolica significatio.		Casus.	201
Barbarorum lingua.	204	118		Cassus.	202
Barbarice vestes.	204	Ca.	32, 118, 119, 161	Caueo.	197
Barbaricarij.	204	Caac.	119.	Causa vnde dicta.	200
Barbarismus.	205	Caal.	75. & seq.	Causa omnium prima est ipsum	
Barg. 76. & seq.		Caas.	201	bonum.	200
Barghen.	76	Cabalista.	17, 180	Καίρω.	198
Barnds.	123	Cabel.	118	Kéegs.	219
Basis.	124	Caberi.	167	Ceres.	219
Bassus.	Idem.	Caac.	119	Cethim insula.	229
Bateia sine Bateia.	208	Karla.	32	Cetur.	166
Be, syllabica adiectio in verborum		Cacodemonos simulant se, Mago-		Ceuren sine Cozen.	176
principijs.	114. & seq.	rum verbis cogi.	15	Chalcis anis.	207, 208
Be. i. oro.	99	Kanθ.	119	Chorea.	167
Be. i. oratio.	115, 215	Cacus malorum pater.	119	Chorus.	165
Beet.	5, 10, 115, 116	Cado.	162	Christus verus Hercules Cacus	
Bechter.	116	Caduceum.	161	occidit.	119
Beccesclana.	ibidem	Celum vnde dictum & quomodo		Christi mors dicta Acca & Lau-	
Beesclana.	62	scribendum.	142, 143	rentia.	121
Been.	115	Celum & terra coniuges.	142	Christi in cruce mortem nemo Iu-	
Beig.	115 & seq.	Calitres apud D. Paulum.	179	daorum, Cimbrorum, aut alio-	
Beig.	ibidem	Carimonia.	166	rum, recto & explicato oratio-	
Bel idolum.	194	Caes.	201	nis filo aperuit.	120
Beligal.	195	Cains 140, 141, 142. & seq.	146	Chrysocolla.	191
Belt.	194	Cal sine Caal.	74, 75, 89	Cicumia anis.	207
Belus.	194	Cal. i. differo & voco.	78, 82, 129	Cimbrica lingua, vide Lingua	
Ben.	99, 115, 117	Cal. i. pulcher.	73, 74, 78, 82	Cimbrica.	
Bequaem.	155	Cal, Caille, Calcken propriū femi-			
Beq.	174	narū nomē apud Flandros.	74		
Becheet.	199, 200	Calatren.	78, 82		

INDEX RERVM ET VERBORVM

Cimmerij vetustissimi Italia incolae.	36, 73, 83	vocalibus sepe interponitur euphonia causa.	127	Dij.	176
Circe.	194, 211	Dag.	138. & seq.	Druides.	80, 112
Cingalus sine Cinglus.	18	Dam.	95	Duir.	161
Circum promontorium.	211	Δαυδα, Δαυδα'ω.	126	Dum.	217
Claua vnde dicta & quid significet.	112	Dan.	219	Duodecim, symbolum duplicis vitae.	223
Claudo.	219	Dar.	111, 227	Dur.	91, 164
Clementia definitio.	146	Dardanus.	111	Duro, Durus.	91, 164
Cneus.	146	De.	215	E.	
Coen.	123, 124	Dec.	226	E littera symbolica significatio.	65
Koleg' &.	176	Deeg.	231	E longum tripliciter pronunciatum in lingua Cimbrica.	56
Colf.	112. & seq.	Deer.	91	E. e. e. e. i. vnus	65, 117, 157
Colf. dyagers.	112	Dei Dij sine Di.	192	E. e. sine ehe. i. matrimonium.	67
Colla.	191	Dens, dentis.	126	eq.	96, 174
Comparo.	153	Δεωτός.	175	Ev.	117
Con.	123, 124	Deus anonymus dicitur.	12	Eburones.	167
Coning.	123	Deus innocandus in omnibus rebus aggrendendis.	214	Eburum.	ibidem
Coniugium quod nobis honorem conciliet.	171. & seq.	Deus & Dids vnde dicantur.	113, 203	Ec.	118
Consonantes sine vocalibus immobiles sunt.	42	Di, Dei sine Dij.	84, 140, 192, 231	Echt.	95, 123, 225
Cont.	69	Di, Du.	99	Edo.	89
Coop.	165	Diana.	85	Et sine Ei. i. singularis & solitarii.	227
Cor.	219	Di-ctw.	113	Et sine Ehe. i. coniugium.	67, 171, 173, 216, 236
Cornu.	219	Dialectus.	2, 3	Et sine Een.	171, 216, 226, 236
Corona vnde dicta.	182	Dialectices tota vis & omnis differendi ratio in quo consistat.	199	Ecl.	27, 38, 39, 89, 133, 147
Corona sidus cali.	182	Dien sine Dijen.	140, 175	Cele sine Ecl-le.	133
Corybantes.	166. & seq.	Dies.	140	Een sine Ee. i. vnus	98. articuli vice fungitur.
Cram.	161	Dien vocem Galli de prisca Cimbrica lingua retinuerunt.	113	Ec.	90, 91
Cratyl' & Hermogenis sententia contraria de nominum formatione refelluntur.	8, 10	Digamma duplex W quare dicitur, & quomodo transferatur apud Latinos.	30, 57, 213	Ec.	90, 171
Cretensis disciplina.	80	Dijs manibus seruilibus in Velabro sacrificium peragi solitum.	121	Ec.	90, 92
Cruc.	165	Diphthongorum & vocalium soni in Cimbricalingua.	56. & seq.	Ec.	90, 92
Crups.	ibidem	Δίεις, Δίην, Διός.	91	Ec.	90, 92
Crux.	165	Discretio.	199	Ec.	90, 92
Crux, mortis Christi instrumentum multis rationibus Tan vocatur.	108	Dimiser.	199	Ec.	90, 92
Cul.	112	Dius Fidius quare dicitur Iupiter.	170	Ec.	90, 92
Culmus.	235	Διός.	126	Ec.	90, 92
Cumindis sine Cymindis vnde dicitur.	208	Dodecatheon templum sine Pantheon.	184	Ec.	90, 92
Cun vel Con.	71	Doer, Doen. i. facio.	100, 126, 138	Ec.	90, 92
Cun-heet.	131	Doen. i. tunc.	219	Ec.	90, 92
Cur.	164	Dom.	118, 175	Ec.	90, 92
Cura	166	Dominus.	175	Ec.	90, 92
Curatus.	165	Domo.	126	Ec.	90, 92
Curbantes.	167	Domus vnde dicitur.	175	Ec.	90, 92
Curctes.	165	Domus varia nomenclatura apud Cimbros.	31, 175	Ec.	90, 92
Curo.	166	Don.	219	Ec.	90, 92
Cymindis auis.	207. & seq.	Dona diuina nisi communicentur, neque diuina neque bona dici queunt.	78	Ec.	90, 92
Kwñ i. galea, vnde dicitur.	71	Doer vel Dos.	100	Ec.	90, 92
Kwñ galea Minerva.	131	Doon.	219	Ec.	90, 92
Kwñ &.	176	Doer.	100, 126, 135, 136	Ec.	90, 92
Cyrus Persarum rex quare a cane enutritus dicitur.	124	Δωρα.	175	Ec.	90, 92
Kwov.	123	Draco sidus cali.	181	Ec.	90, 92
D.		Dret.	118	Ec.	90, 92
D littera symbolica significatio.	126				
D littera apud Latinos duabus					

INDEX RERVM ET VERBORVM

<i>Haac. i. maximo desiderio feror.</i>		<i>Heracliti & Cratylī opiniones de</i>	<i>Hoan.</i>	151, 220	
119, 120, 122.		<i>vocum significatione resellun-</i>	<i>Hooz.</i>	102, 225	
<i>Haac. i. vnus.</i>	122	<i>tur.</i>	7, 8, 10	<i>Hoozt.</i>	101
<i>Haest.</i>	194	<i>Her-alt.</i>	169	<i>Hoot.</i>	56, 84, 100, 127, 209
<i>Haesten.</i>	<i>ibidem</i>	<i>Her-baen.</i>	<i>ibidem</i>	<i>Hora.</i>	162
<i>Hagel-bijz.</i>	233	<i>Hercules vnde dictus.</i>	111. & seq.	<i>Hojn.</i>	219
<i>Haf.</i>	64. & seq. 191, 210	171		<i>Hojs.</i>	8, 31
<i>Hales.</i>	65	<i>Hercules Cacum occidit.</i>	119	<i>Hozt.</i>	45
<i>Halle.</i>	65	<i>Hercules cum Acca coijt.</i>	120.	<i>Hu. i. coniugium contraho.</i>	86
<i>Halm.</i>	235	& seq.		<i>Hu sine hui. i. seruo, defendo, cu-</i>	
<i>Han sine haen.</i>	234	<i>Hercules sidus cali.</i>	181	<i>stodio.</i>	86, 166, 175
<i>Hang.</i>	62	<i>Herculis hieroglyphicum signum</i>		<i>Hu sine hui. i. custodia.</i>	124,
<i>Hap.</i>	123	<i>explicatum.</i>	111. & seq.	127, 175	
<i>Harden.</i>	111	<i>Hex-hoot.</i>	150. & seq.	<i>Hubris auis.</i>	207
<i>Hart.</i>	<i>ibidem</i>	<i>Herma.</i>	127. & seq. 160	<i>Huet.</i>	127
<i>Harpocrates qualis fingatur.</i>		<i>Herman.</i>	170	<i>Huis.</i>	31, 175
202		<i>Hermanubis.</i>	124. & seq.	<i>Hul.</i>	100
<i>Hat. i. odium.</i>	93. & seq.	<i>Hermathana.</i>	62	<i>Humilitatis laus.</i>	217
<i>Hat. i. habet.</i>	94	<i>Hermathena,</i>	171	<i>Hunimelen.</i>	36
<i>Hat prateritum imperfectum ter-</i>		<i>Hermes Mercurius.</i>	170	<i>Huppen.</i>	<i>ibidem</i>
<i>tie persone.</i>	107	<i>Hermogenis opinio de vocū signi-</i>		<i>Hur.</i>	162
<i>Hau.</i>	<i>ibidem</i>	<i>ficatione & nominum impositio-</i>		<i>Hupl sine hul.</i>	208
<i>Haw-bast.</i>	156	<i>ne.</i>	7, 8, 10, 16	<i>Hyperion.</i>	192
<i>He.</i>	147, 215	<i>Heros.</i>	171	<i>Hypostases tres in Deo omnia cō-</i>	
<i>Heb.</i>	117, 137	<i>Herstaf.</i>	197	<i>seruante, per tres litteras in</i>	
<i>Hebraicalingua, Vide lingua.</i>		<i>Herstallius, Pippinus dux Bra-</i>		<i>hal demonstrantur.</i>	64
<i>Hecht.</i>	95, 123	<i>bantia cognominatus.</i>	197		
<i>Hedera vinum venale quare si-</i>		<i>Hert.</i>	111		
<i>gnet.</i>	10, 12, 20	<i>Hertog.</i>	169		
<i>Heel.</i>	132, 147, 148, 192, 218,	<i>Herus.</i>	174		
230		<i>Het.</i>	71, 209		
<i>Heer.</i>	171, 174	<i>Heucht.</i>	129		
<i>Heet. i. caput.</i>	127	<i>Heuel.</i>	130		
<i>Heet, id est, calidus.</i>	147, 220,	<i>Heut.</i>	209		
234		<i>Hi.</i>	99		
<i>Heet, id est, inbeo.</i>	147, 234	<i>Hieroglyphica nota.</i>	21		
<i>Hef.</i>	130	<i>Hil.</i>	148, 230		
<i>Hessen.</i>	<i>ibidem</i>	<i>Hing, hinge, hingenisse.</i>	202		
<i>Het.</i>	96, 97	<i>His.</i>	194		
<i>Heien, Heiden, Heientche.</i>	98	<i>Hir.</i>	234		
<i>Heil.</i>	229, 230	<i>Hoch sine hog.</i>	147, 225		
<i>Heiland.</i>	230	<i>Hochst.</i>	227		
<i>Heim.</i>	31, 175	<i>Hoec.</i>	122		
<i>Hel. i. altus, profundus, fortis.</i>		<i>Hoel.</i>	133		
119, 128, 143, 147, 153, 230		<i>Hoet.</i>	56		
<i>Hel. i. exalto.</i>	229, 230	<i>Hof. i. antrum.</i>	63		
<i>Hel. i. infernus.</i>	147	<i>Hof. i. seruo.</i>	191		
<i>Helen.</i>	147	<i>Hom.</i>	31, 175		
<i>Helen.</i>	148	<i>Homeri poësis quomodo congesta</i>			
<i>Helice.</i>	<i>ibidem</i>	<i>& consuta.</i>	81		
<i>Hellen.</i>	148	<i>Homo vnde dictus.</i>	150		
<i>Hellenismus.</i>	205	<i>Homo perpetuis tentationum pro-</i>			
<i>Helotis Pallas.</i>	134	<i>cellis obiectus, velut agger flu-</i>			
<i>Help.</i>	230	<i>etibus.</i>	95		
<i>Heit.</i>	147, 230	<i>Hominum communitas tota ad</i>			
<i>Hein sine Em, i. eum.</i>	216, 222	<i>errorem fertur.</i>	168		
<i>Hein sine Em. i. vox simplex.</i>	36,	<i>Homonyma inter disputandū vi-</i>			
222		<i>tanda.</i>	35, 36		
<i>Hemel.</i>	143, 147	<i>Honor hominibus sapius ex are,</i>			
<i>Hemmen.</i>	36	<i>quàm ex virtutibus obtingit.</i>			
<i>Her. i. iterum.</i>	168	90. & seq.			
<i>Her. i. hominum communitas.</i>		<i>Honor verus quis.</i>	171. & seq.		
168, 169		<i>Honoris dispensatio vera.</i>	174		
<i>Her sine Heer.</i>	174	<i>Hoo.</i>	127, 147		
<i>Hera Reg.</i>	175	<i>Hooft.</i>	127		

I.

I littera symbolica significatio.

96	
<i>I interiectio blandientis.</i>	216
<i>Iacob.</i>	14
<i>Iag.</i>	141, 144, 145
<i>Ianc sine Iang.</i>	146
<i>Ianus vnde dictus.</i>	139
<i>Ianus quare dictus sit geminam</i>	
<i>faciem habere.</i>	112
<i>Iani nomen & festum ad D. Io-</i>	
<i>bannem translatum.</i>	140
<i>Ians gelep.</i>	139
<i>Iar.</i>	96
<i>Ic, ich.</i>	98, 99, 137
<i>Ichnæa voces vnde dictæ.</i>	28
<i>Idel.</i>	235
<i>Idus.</i>	84
<i>Iehoua Dei nomen.</i>	12, 14, 15
<i>Iehoua pro immensa Dei potesta-</i>	
<i>te accipitur.</i>	13, 14. & seq.
<i>Iel.</i>	235
<i>Iemant.</i>	96
<i>Iesu Christi nomen.</i>	12
<i>Iet.</i>	84, 96, 151, 234
<i>īlī.</i>	148, 192
<i>Imagines rerum vbique easdem</i>	
<i>esse, quomodo intelligendum.</i>	
20	
<i>In prepositio.</i>	98. & seq.
<i>In, priuatiua particula apud La-</i>	
<i>tinus.</i>	100
<i>Inuenio.</i>	144
<i>Inuidia & odium quomodo diffe-</i>	
<i>rant.</i>	94
<i>Inuidia definitio.</i>	<i>ibidem</i>
<i>Ioannis nomen.</i>	16

loncs

INDEX RERVM ET VERBORVM

Litterarum diuisio in vocales, semi-vocales & mutas. 43. & seq.	Mars. 71, 100	Minerva egis. 131
Litterarum diuisio apud Hebræos. 55	Mars Palladem Orci galea te- Etiam videre non potuit. 71	Minerva galea. <i>ibidem</i>
Litterarum diuersi soni, ex Platone, Dionysio Halicarnasseo, Martiano Capella, Terentiano Mauro, &c. 47. & seq.	Mart. 100	Minerva hasta. 131
Litterarum mutationes. 30	Martin Lauter. 17	Minerva peplum. 70, 131
Litterarum ordo alphabeticus. 213	Mast. 237	Minerva varia cognomina. 133. & seq.
Litterarum simplicium nomina qualia excogitarint primi Abecedarij doctores. 214	Mat. i. famula. 236	Mino, as, are. 38, 130, 218
Litterarum soni alij lenes, alij duri, &c. 57. & seq.	Mat. i. indomitus. 27, 126, 210	Minos Cretensum rex. 80
Litterarum symbolica significationes. 59	Matrimonium aptissimum est sacramentum coniunctionis inter Christum & suam Ecclesiam. 67	Moet. 100
Liturgia vera. 93	Medusa caput. 131	Moet. 126, 210
Liur. 94	Me. 236	Moly herba. 209. & seq.
Loq. i. laus. 101	Me. <i>ibidem</i>	Moneo. 148, 218
Loq. siue Loof. 151, 191	Meest. 237	Mor. 100
Loquor. 78	Mélas. 87	Mora, e. 159
Loquendi communicandique vis etiam brutis animantibus inest. 5	Mel. 147	Moror, aris. 111, 159
Ios. 191, 192	Mel-echt. 123	Mopou. 219
Iuc. 88, 112	Men. 38, 130, 148, 218	Mors. 100. & seq.
Lugdunum vnde dictam. 88	Mendacij abominatio. 168	Mortales primi ab ipso Deo, vel eius Ruachis omnem veritatem edocti. 24
Lugeo vnde dicatur. <i>ibidem</i>	Mens, mentis. 148	Mort. 100
Luna numquam in eodem statu consistit. 84	Mensch. 92, 95, 126, 130, 148, 157	Mortarium. 100
Luna intumescens ratio habenda. 84	Mensis, is. 149	Mou. 150
Lupa scortum publicum quare dicatur. 122	Mensis conuenientius bipartito, quam tripartito distribuitur. 84	Mu siue Mui. i. nullam vocem edo. 36
	Mercor, aris. 161	Mu siue Mo. i. lassus. 143
	Mercet. <i>ibidem</i>	Muis. 36, 150
	Merc-ur. 208	Muisen. 36, 150
	Mercurius vnde dictus. 158, 160, 161	Muit. <i>ibidem</i>
	Mercurius excellens limes. 160	Muiten. 150
	Mercurius quare dictus ter maximus. 161	Mundi exordium. 21
	Mercurij dies. <i>ibidem</i>	Mus. 36, 150
	Mercurij officium. 160	Musa. <i>ibidem</i>
	Mercurio alas & talaria alata cur affixerint poëta. 159, 160	Mustela. 36
	Mercurio quare crumena in manu datur. 161	Mut, Mui. 150
	Merti. 31	Muta littera. 44. & seq.
	Merryck. 97	Mutire. 150
	Merx, mercis. 161	Mutus. 36, 150
	Mest. 237	Muena. 97. & seq.
	Met. 218	Myrinna tymbus. 208
	Metior. 218	Mod. 36
	Metrum. <i>ibidem</i>	Mōra. 150
	Metuo. 234	
	Mi siue Mij. i. vito. 150, 233	N.
	Mi. i. mihi, me. 148	N littera symbolica significatio. 151
	Mūlov. 57	Na siue Nat. 60, 84. & seq.
	Miv. 218	105, 146
	Mijn. i. meus. 148	Nat siue Nec. 27, 125
	Min. i. amo. 149, 150	Nach. 106
	Min. i. amor. 150	Nacht. 138
	Min est. 132, 134, 135, 136, & seq.	Nacht raue. 207
	Minerva vnde dicta. 130, 131, 218	Nax siue Naes. 225
	Minerva dux vniuersorum, virtus & sapientia patris. 157	Nascor. 164
	Minerva est ipse Deus filius. 130	Natura. <i>ibidem</i>
	Minerva inuentrix oleæ. 131	Nau. 105
		Nauis. <i>ibidem</i>
		Naulum. 106. & seq.
		Nauo. 105
		Nuos. 105
		Nanus. <i>ibidem</i>
		Nec. 151
		Necr. 91
		Neste. 130
		Nem

Acem.	38	Nycticorax.	207	arcana referenda.	76
Nede.	144	Niv.	144	Osiaec.	101
Nepes.	91			Osipont.	ibidem.
Nepes. Nepes.	91	O.		Osit.	45, 101
Nep sine Nepes.	73, 144	O littera symbolica significatio.		Osiris.	125, 174
Nemander.	96	100		Oris avis.	207
Nict.	84, 94, 151	O sine Ho.	216	Ou.	84
Niger unde dicatur.	87	o articulus Gracus.	65	Obet.	192
Niger sine ater color lugentibus maximè convenit.	86	Obel, Obel.	219	Ouert.	219
Nipp.	152	Oben.	220	Ouis unde dicta.	85
Nijt.	94	Ober.	219	Ouis Paulis.	85
Noseo.	188	Oberst.	ibidem.	oypds.	162
Nochus Bacchus Sabaxim.	185	Och.	122	Ouum.	85
Nochus Saturnus.	23	Och-heet.	226		
Nochus Neptunus.	194	Odiun.	93. & seq.	P.	
Nochus Orpheus.	104	Of.	220	P littera symbolica significatio.	
Noex.	31, 187	Oi.	85	151	
Noit.	84, 151	ois.	85	Pedagogia, quam nunc Itali Pe-	
Nomen verum & nomen falsum.	6	Oit.	84, 100, 151	dantariam vocant, in summum	
Nomine Dei, filius Dei intelli-	12	Oleum.	133	venit contemptum.	80
gitur.	12	Olie.	ibidem.	Pena.	151, 152
Nomina diversa unde.	7	Oliua, pacis signum, Minerva		Pai.	122
Nomina diversa eidem rei ab eo-	19	dedicata.	132, 133, 134	Pais.	ibidem.
dem dari possunt.	19	oldr.	133, 218	Palatium.	133
Nomina dupliciter accipiuntur.	11	Om.	100, 143	Pallanteum.	ibidem.
Nomina significant & naturali-	9, 10	On.	100, 151	Pallas.	71, 133
ter, & ex voluntate.	9, 10	ov.	12, 13	Pallas qua galea munita sit.	70
Nomina mali ominis mutanda.	207	Onnosel.	31, 151, 188	Palladis varia cognomina.	133,
Nomina propria hominibus qua-	16	Onnut.	151	134	
lia imponenda.	16	Onrhp.	151	Pandora pyxidecula.	188
Nomina quomodo symbola sint.	20	Ooc.	122, 234	Panis duplex, mentis & corporis.	115
Nomina sic posita rebus, ut earum	1, 18	Oot sine Oit.	100	Pant.	151
natura quam optime conveni-	1, 18	ov.	85	Panttheon.	184
rent.	1, 18	Oz sine Oz.	45, 69, 101, & seq.	Papa.	80
Nomina unde vires & origines	6	165		Par.	151, 153
fortiantur.	6	Oratio Abecedaria in tres par-		Paren.	13
Nominum propriorum mutatio-	6, 8, 16	tes distincta. 215:		Pareo.	76
nes.	6, 8, 16	Prima. 215		Pario.	76, 151
Nominum quorundam vis admi-	5	Secunda. 216.		Paritatis laus.	153
rabilis.	5	Tertia. 216		Paro.	153
Nominum rectitudo unde depen-	9	Orationis Abecedaria interpre-		Pars.	151
deat.	9	tatio Latina. 217		Pars.	153
Nominandi artifex quas imagines	19	Oraturi & immolaturi quare o-		Pas.	ibidem.
consideret.	19	lim in montes ascenderint. 76		Passer.	153
Non.	151	Ozcont.	69	Passus.	ibidem.
None, arum.	84	Orcus, & exoc unde dictus & quid		Pat.	151
Nox sine Nox.	181, 182	significet. 69, 70		Pater.	109, 151
Nox sine Nox. i. noxa.	31, 187	Orcus galea sua quinam sit inui-		Patientia herba.	210
Nox. i. morbus.	188	sibilis. 70		Patientia laus.	41. & seq.
Noxel.	151	Orci galea. 70, & seq.		Paneo.	151
Noxos.	188	Ordo, inis. 45, 101		Pauio.	ibidem.
Nox.	129	Origo.	101	Pe, impressionem denotat.	151,
Nota occulta in scribendo.	18	Orior.	ibidem.	152	
Nox.	84, 144	os.	45, 101	Pet. i. Pecus. 130, 151, 217	
Novus, a, um.	ibidem.	op.	225	Pecus. 151, 217	
Noxa.	188	op.	110	Pecudes, non homines, nos esse,	
Nox.	144	Orpheus unde dictus. 102		constitendum. 217	
Numeratione partium omnis ser-	199	Orpheus primus lingua Cimbrica		Ped.	155
monis perfectio absolvitur.	199	architectus. 102. & seq.		Pelagius.	155
Nunc.	144	Orpheus ante diluuium Adam,		Pen.	152
Nut.	129, 151	post diluuium Nochus, & post		Pendo.	153
		hos Christus ipse fuit. 104		Penna.	151, 152
		Orphei multi fuerunt & sunt.		Perenna	
		ibidem.			
		Orphicorum poësis ad Theologia			

INDEX RERVM ET VERBORVM

Perenna, Anna cognomen.	61	Pleo.	ibidem.	Quercus.	156
Pert.	8, 31, 151	Plico.	155	Quets.	ibidem.
Pes.	151	Ploratus clementia conciliator.	146	Qui est, misit me.	13
Pet.	ibidem.	Pluim.	155	Quicken.	156
Petasus Mercurij.	159	Pluma.	151	Quijt.	156
Peto.	218	Plutarchi nomen.	16	Quincken	156
Phan sine fan.	150	Pæna.	99	Quis, Qui.	30, 57, 109, 111, 156, 213
Phaneta Amorem nominarunt veteres	ibidem.	Poet, Poot, Pet. i. Per.		Quinct.	156
Phan-heet.	150	Poet, Pote. i. Planta.		Quinque.	ibidem.
Phē.	217	Pog, Poog.	235	Quirinus.	156
Phēel sine Deel.	236	Ποιμν.	102	Quod, Quid.	109
Φερ, Φέρτερ, Φέρτατος, Φέριστος.	162	Pollux.	112	Quorsum.	57
Φημι.	128, 151	Pondo.	151		
Φίλος.	128, 151	Pont.	152		
Philosophi hac atate quanti fiant.		Pontifex.	232		
79		Popelen.	153		
Φρουρ.	110	Populus.	151, 153	R littera symbolica significatio.	156
Phryges.	204	Porphyrina.	8	R quare dicatur littera canina.	44, 127
Phrygiones.	204	Porren.	101	ita celeritatem significat.	63, 110, 111, 159
Phrygius sermo.	205, 212	Porro.	101	fiac.	118, 159
Φύλα.	224	Port.	101, 151	fiadient.	63
Phylacterium.	ibidem.	Porta.	ibidem.	fiadon.	159
Φιλάτω.	224	Porto.	101, 151	Radius.	63
Φύσει τὰ ὀνόματα ἢ ἴδεν.	7	Portus.	151	fiact.	159
Φυλάξαι.	224	Πῶς.	151	fiam. i. aries.	101, 237
Φύλλον.	224	Pro.	101, 151	fiam, fiactm. i. mente supputo.	237
Φῶρ.	129, 219	Prometheus veritatis susceptor.	23	fiam, fiactm. i. mente supputo.	237
Pijn sine Din. i. dolor.	99, 152	Pseudomagi.	15	fiammelen.	101
Pijn not.	152	Ptynx anis.	207, 208	fiap.	153
Pil.	99, 153	Pnepel.	153	Rapia.	ibidem.
Pileus.	155	Pulchritudo rerum. 141. & seq.		Rapum.	151, 153
Πίλος.	ibidem.	Pulex.	109	fiag.	159
Πίλω.	155	Pullus, a, um.	87	fiat. i. rota.	110, 159
Pilum.	99	Pullus color luctui conueniens: hinc Pullati lugentes dicti.	86	fiat sine fiag. i. celer.	159
Pin. i. quod in acutum desinit, sine extremum cacumen.	152	Punctum.	152	Ratio.	158
Pinax.	152	Pungo.	ibidem.	Ratus, a, um.	158
Pinc-oog.	152	Punio.	152	fiaw.	112
Pinna.	151	Punt.	ibidem.	fiē.	111, 123, 159
Pint.	152	Pup hel.	153	fiēc.	228
Pinus.	151, 152	Puppen.	153	fiēcht.	123, 158
Πίνα.	155	Pur.	ibidem.	fiēden.	111, 158
Πιστόω.	ibidem.	Purgo.	153	fiēdenen.	158
Πίστις.	155	Purpur.	ibidem.	fiēce.	91, 172
Πίστος.	ibidem.	Purus.	151, 153	fiēct.	110
Pius, a, um.	151	Pur.	153	fiēgel.	123, 158
Placenta.	151	Πυλωδς.	110	fiēgelen.	158
Πλακίς.	152	Περ.	32, 162, 220.	fiēgen.	123
Plaets.	152	Πυραμ.	162	Regina blanca.	88
Plag.	155	Pythagoras à quibus sapientia sua fundamenta acceperit.	21	Rego.	123, 158
Plaga.	ibidem.	Pythagora nomen.	16	Regula.	ibidem.
Plant.	155			fiēt.	167
Planta.	ibidem.			Religionis nostra symbola in sideribus cali.	181
Planten.	155			fiēt.	180, 227
Planto.	ibidem.			Renus fl.	180
Planus.	151			Reor.	158
Plat.	151. & seq.			Restis.	195
Platea.	152			fiēt.	158
Platanus.	152			fiēue.	ibidem.
Plato.	8			Rex, regis.	68, 123, 158
Platonis sententia de vocum primarum ratione.	46			Regis veri quatuor diuina dona in nomine Cimbrico Coming.	124. & seq.
Πλάτ.	151				
Πλάτω.	155				

Rhapsodus.	81	Deus filius.	107	Scut.	111
psō.	158.	Sapientiam Isidem deam vocat		Scutum.	111, 256
Rhodanus fl.	110	Salomon.	107	Scythismus.	205
Ri sine Rij.	177, 180	Sat sine Dact.	91, 231	Σκῆτθ.	111
Riec.	158	Satis. Satur.	91	Sedere quomodo Deus dicatur.	
Rigman.	161	Sat-ur.	158, 208	178	
psō.ior.	110	Saturnus unde dictus.	158, 231	Sede sine Seed.	202
Rijgen.	158	Saturnus veritatis pater.	23	Sedig sine Seeg.	ibidem
Rijp.	151	Saturni dies festus Sabbathum		Sedo, as, are.	202
Rijt.	158	est.	121	Set.	194
Pis.	ibidem	Saturni nomen & Adamo & No-		Segun.	202
Rit.	158	cho conuenit.	23	Set.	82
Riuiet.	ibidem	Saturnalia.	121	Selana unde dicatur.	62
Riuus.	158	Satyris quare aures arrecta den-		Selana Luna.	62, 193, 218
Roem.	100	tur.	102	Σελῆν.	218
Roi.	219	Scia, Sciaa.	119, 197	Seminocales littera.	44. & seq.
Rom.	100	Scaliger reprehenditur in littera		Sen.	193
Roma, πόλις.	100	definitione. 34, 35. & seq. item		Senarius numerus Vesta sacer.	
Rommeter.	101	in etymologia dictionis Ordo.		177	
Romulus.	100	45.		Senarius numerus coniugio est de-	
Romus.	ibidem	Scamander fl.	206	dicatus, & Veneri sacer.	179
Ron.	180	Scamandriū mulieres, viri Astya-		Senarius numerus suprema est se-	
Ront.	ibidem	nacta vocarunt. Hectoris fi-		des, in qua Deus sedere dicatur.	
Rooc.	165	lium.	207	178. & seq.	
Roof.	129	Scand.	198	Sensus.	193
Room.	10	Scandel.	ibidem	Sentio.	ibidem
Ros.	8, 31	Scandalum.	198	Set.	176
Rot.	101	Scandalet hrum.	ibidem	Seres.	219
Rota.	63, 110, 159	σκάπος.	106	Sermocinatio animi formam ma-	
Rots.	195	σκάπος.	197	xime declarat.	77
Pods.	156	Scars.	198	Serailes Manes.	121
Ru.	27, 158	Scat. i. thesaurus.	ibidem	Sex.	177, 178, & seq.
Ruc.	164	Scat. i. asfimo.	199	SET trinitatis mysterium.	178
Rudis.	158	Scatting.	198	Set, id est, pono, colloco.	179.
Rui.	ibidem	Σκατός.	198	202	
Ruis.	158	Σκατοπάπος.	ibidem	Setel.	177
Ruiten.	158	Scan.	197	Setini. i. à Set descendentes, filij	
Rur.	164	Scear sine Sceier	198	Dei vocantur.	205
Rus, ruris.	164	σκαδ'ω.	ibidem	Setinorum sermo.	205, 212
Ruff.	195, 225	Sceer sine Scep.	198	Setinis priscis duo nominum gene-	
Ruffing.	196	Sceer.	199	ra fuerunt, quibus litteras doce-	
		Sceet.	198	rent.	215
		Sceint.	ibidem	Si, Sic. i. video.	99, 194
		Sceir.	198	Si. i. ipsa.	99
		Schel.	ibidem	Si. i. sum.	ibidem
		Scep. i. creo, formo.	106, 107,	Si. i. video.	193
		224		Si. i. bullio.	194
		Scep. i. haurio.	106	Siel.	193
		Scep. i. nautis.	106, 107	Σηδα.	202
		Scepen.	224	Sigillariorum festa.	121
		Σκέρν.	197	Sigma littera ferina.	47, 58
		Sceppet.	107, 224	Signa varia praelij committen-	
		Sceptel.	224	di.	7
		Σκέρτω.	197	Signa quedam naturalia brutis	
		Schlecht.	199	inter se sunt.	10
		Schlichten.	ibidem	Sileo.	197
		Schoen.	198	Sin sine Sijn. i. esse.	99
		Schob sine Schop.	197	Sin. i. sensus.	99, 193
		Schjn.	198	Sing.	202
		Scht.	ibidem	Sire.	176
		Scip, Scep.	106, 107	Slaut.	219
		Scoon.	198	Slecht.	199
		Scon.	197	Slichten.	ibidem
		Scriptura sacra loca aliquot ex-		Smae sine Smaech.	226
		planata in voce Erica.	97	Snoor.	195

S.

S littera symbolica significatio.

177

Da mutandi particula.	194
Daat.	200
Daat.	91
Sabazius Nochus.	185
Sabbathum Saturni dies.	121
Dac.	200, 202
Saccus, σάκος.	201
Sal, salis.	65, 191, & seq.
Sal. i. salus.	65
Sal sine Date. i. lata palatij do-	
mus, &c.	191
Saltus.	109, 129
Saluen.	191
Saluo, as, are.	ibidem
Salus, utis.	65, 191
Salus dea apud Romanos.	231
Salutandi formula.	83
Sanc.	203
Sano. Sanus.	188
Sapientia & virtus Dei patris,	

INDEX RERUM ET VERBORUM

So. sine To. i. ad.	186	Stix unde dicatur & quid significet.	68, & seq.	Te.	116
So. i. tunc.	225	Sto.	134	Teb.	117
Socratis nomen.	16	Stoer.	196	Tee.	91
Socratis sententia de nominum formatione.	9, 19	Stoxt.	195, & seq.	Tecm.	217
Soer.	193	Strot.	196	Tect, Tect.	91
Soen.	186, 187, 188, 189	Strotgat.	ibidem	Tel.	82, 147, 199
Sol Deus dicitur.	188, 192	Stui, Stuit.	69	Tél. G.	88
Sol unde dicitur. 188, 190 & seq.		Stuit-bosch.	ibidem	Temporis exordium.	21
Solber.	191	Stur.	195	Ter, Terde, Tarde, calco.	111
Soldeeren.	ibidem	Stylus.	197	Ter, Teer; Absumo, sumptum in edendo facio.	201
Soldur.	191	Sui ipsius cognitio.	217	Ternarius numerus litterarum divinam imitatur Trinitatem in dictione Cal.	73
Soldurij.	ibidem	Solfer.	164	Ternarius numerus Spiritus sancto sacer.	176
Solen.	191	Sulfur.	ibidem	Terentiani Mauri versus restituti.	49
Solidus, a, um.	ibidem	Super.	192	Tero.	91
Solt.	191	Swac.	202	Terra unde dicta.	111, 180
Solum, soli.	ibidem	Swaer.	87	Terra Cali coniu. 142. & seq.	
Soluo.	191, 219	Swart.	ibidem	Terra elementum, Deorum sedes.	177
Solus.	191	Swijc.	202	Tes, het es.	179
Son.	138, 188	Swijg.	ibidem	Tetragrammaton Dei nomen.	11
Son tribus litteris Trinitatem refert.	189	Spjg, Spjge.	202	14	
Sont sine Sunt.	188	Sygeberius.	ibidem	Θάλασσα.	100. & seq.
Σπυδα.	175	Sygesmondus.	202	Thar.	227
Σπαλλω.	128	Symbola.	20. & seq.	Tharsesij.	228
Sphinx unde nomen habeat.	132	Systases litterarum in Cimbrica lingua.	46	Tharsis.	227. & seq.
Sphinx Minerua cono imposita.	131			Theia.	192
				Themis dea.	218, 222
				Theophrastus.	8
				Theotates Mercurius vocatus.	127
				Thom.	118
				Thracius sermo.	212
				Thronus.	177, 178. & seq.
				Thum.	227
				Θύρα.	126
				Θωλ sine Teot.	127
				Th, tis.	96
				Tien.	63
				Timeo.	234
				Thpō.	91
				To, Toe, Too, Tot. i. ad, vsque.	100, 126
				To, Toe, Too. i. clausus.	126
				Toem.	126. & seq. 210
				Toy.	138
				Top.	89
				Torkus.	197
				Tot.	126
				Trag.	110, 159
				Trinitatis mysterium in dictione Cal. 73. in dictione Ent. 117. in dictione SET. 178. in dictione Wort, 102. & seq.	
				Tritoon Pallas.	134
				Tritonis lacus.	ibidem
				Troon.	178, 181
				Trow.	103. & seq.
				Trou-wanten.	166
				Tuig.	168
				Tum.	227
				Tumim	

Tumim.	222	Dermaeren.	237	tiano Mauro.	48. & seq.
Tup.	153	Derquicken.	156	Voces primogenia in quaque lin-	gua que censenda.
Typographica comparatio.	179	Verus, a, um.	57, 110	Vocum Cimbricarum conuersio	singularis & admirabilis.
Tyros.	202	Deff.	177, 183	Vocum primarum ratio tota de	sono litterarum pendet.
V.					
V litteræ symbolica significatio.		Vesta Dea.	177, 236	Voecht sine fuecht.	102
102		Vestibulum.	236	Voel sine beel.	ibidem
V littera latitudinem & didu-		Veter.	109	Volonna dea.	101
etionem aliquam semper notat.		Victoria vera.	202	Volo, as, are.	109
109, 110, 112, 113		Video.	109	Volo, vis, velle, & λοιπον.	57, 101,
Vacillo.	109	Vidua vnde dicta, &c.	86, 109	128, 148	
Vaco.	ibidem	Viduarum restitus.	86	Vot.	101, 151
Vacuus, a, um.	109	Diech sine Dich.	217	Votspoct.	175
Va.	113	Dier.	151	Vot.	101, 151, 201
Vadari & vadum.	109	Dieren.	162	Vortumnus.	101
Vagus & Vagor.	ibidem	Dijn.	118, 141, 144, 145	Vostij.	197
Dal.	228, 138	Vilis.	128	Voueo.	129
Valeo.	109	Vilt.	155	Vox.	2
Dan.	105	Vinco.	57	Vt. i. perfectus, excellens, potens,	&c.
Vannus vnde dicta.	105	Vinum.	30, 57	27, 112, 158, 162	
Vannus Bacchica.	105	Virgilius Poeta diuinus.	64	Vt. i. hora.	162
Varro.	109	Vis.	177	Vt. alt.	158, 208
Varus.	ibidem	Vito.	109	Vt. haen.	ibidem
Vas, vasit.	107, 274	Vitula.	75	Vt. os.	158, 208
Dast.	177, 196	Vitula latitia dea.	ibidem	Vreucht.	129
Dat. i. comprehendere, &c.	107.	Vitulor.	75	Vrim & Tumim in sacerdotis pe-	torali quid sit.
& seq. 177		Vitulus.	ibidem	220. & seq.	
Dat. i. vas.	107, 108, 234	Vitulum adorarunt Iudaei.	77	Vro.	162
Dater.	109	Vituli in sacrificiis mactati quid	77	Vrt, vrtig.	112
Dbel.	219	designent.	77	Vrucht.	129
Dber.	192	VI.	208	Vrus.	158
De, Dec. i. inimicus sum.	130,	Vlac.	75, 76, 152	Vuer, boet. i. fero.	127, 151
229, 234		Vlo.	109	Vuer, vur, vier. i. ignis.	151,
De, Dec. i. inimicitia.	ibidem	Vlooe.	235	162	
De, Dec. fe. i. pecus.	151, 217	Vlula.	208	Vuil.	118
Deel.	236	Vlulo.	ibidem	Vulcanus.	125
Deff.	128	Vm sine Om. i. circum.	143,	Vullen.	155
Delt.	219	Vm sine Hum. i. simplex vox.	36	Vur.	153, 162, 220.
Velabrum.	121	Vnmen sine Gummen. i. simpli-	36	W.	
Den.	141, 142, 144. & seq.	cissimam vocem edere.	36	W duplici, magna latitudo desi-	gnatur.
145. & seq.		Vnus, a, um.	72	109, 112	
Vena.	145	Vnus in oratione Abecedaria vo-	216	W duplex digamma.	213
Veneti.	ibidem	catur Deus.	216	W digamma, apud Latinos saepe	transfertur in U consonantem,
Venio.	144, 145	Vnum ipsum & verum, Deus est.	67, 216	nonnumquam in Qu, B, G, &c.	30, 31, 57, 155, 213
Venor.	141, 144	Vnum omnia comprehendit.	66,	W pronomen secunda persona.	105
Ventus vnde dictus.	64, 109	72, 98. & seq.		wa.	109
Ventorum origo occulta.	63	Vnum spiritum nominat & Chri-	98	waar.	57
Venus Gaia.	142	stiani & ipse Virgilius.	98	waer. i. humidus.	109
Venus omnia innouans Christus.	144, 145	Vocabula à ratione naturam con-	8	waer, wake. i. vigilo.	ibidem
Venus e mari nata fingitur à ve-		uenienter & aprè sequente	8	wachel.	109
teribus.	145, 211	fiunt.	8	waden.	ibidem
Ver, veris, Bnp.	32, 39, 96,	Vocabula obsoleta.	31	wag.	109
174		Vocabula optima qua sint.	21	wageit.	ibidem
Ver.	150, 151, 168	Vocabula deorum, siue posita signifi-	9	waf.	63, 109
Verbum.	168	care, dupliciter intelligitur.	9	wal. i. vehementia, robur.	30,
Verba à verbis quomodo fiant.		Vocabula vocis siue naturaliter si-	9	128	
30		gnificare, duplicem habet in-	9	wal. i. in aqua bullio.	128
Verba quid praesent.	16	telligentiam.	9	wal	
Verbis vulnera curantur.	7	Vocabulorum primi fabri quas	19		
Verfoeien siue Verfoiden.	170	rationes sint secuti.	19		
Verheucht.	125	Vocales è litterarum classe non	14		
Veritas optimo iure scutum voca-		sunt excludende.	14		
tur.	110, 111. & seq.	Vocales propriè mouentes, non	42		
		mobiles dicende.	42		
		Vocalium pronuntiatio ex Teren-			

INDEX RERVM ET VERBORVM IN HERMATH.

wal <i>sive</i> wael. <i>i. homo externa</i>	116	wis.	110
lingua.	152	wisheit.	110
walt.	109, 129	wist.	155
wan. <i>i. quando.</i>	57, 130	wit.	86, 87, 109
wan. <i>i. vannus.</i>	30, 105	wit-fraw, wit-braudwe.	86, 87
wanckelbaer.	156	witwe.	86
want.	166	wol.	101, 128
war. <i>i. intrico.</i>	109	won.	236
war. <i>i. moror.</i>	109	wonf-dag.	161
war, waer. <i>i. custodio.</i>	103, 109, 112, 115, 205, 222	worz, wozt. <i>i. verbum.</i>	102, 115
war, waer. <i>i. verus.</i>	103, 109, 222	wozt. <i>i. fio.</i>	102, 115
was.	109	wot <i>sive</i> ws.	84
war.	<i>ibidem.</i>		
water.	109		
wau, won.	129		
waut. <i>i. successus optatus.</i>	129		
waut, walt. <i>i. silua.</i>	129		
wauteren.	<i>ibidem.</i>		
weder.	73		
wee.	113, 220		
wec.	109		
weer.	167, 174		
wheet.	155		
weg.	116		
wein.	116		
wel.	148		
wel an.	235		
went.	109		
wex.	78, 110		
wern.	129, 163		
wet, wettig.	116		
wi <i>sive</i> wij.	99		
widen <i>sive</i> wien.	170		
widue.	86		
wie. <i>i. Quis, Qui.</i>	30, 57, 103, 130		
wie. <i>i. Ut, Qualis.</i>	217		
wien <i>sive</i> wijen. <i>i. dilatate, purgare, consecrare.</i>	87, 99, 115		
wiel.	128		
wij, wijt.	202		
wijd.	128		
wijl.	<i>ibidem.</i>		
wijn.	30, 57, 155		
wijs.	79, 110, 112, 124		
wijfheit.	110		
wil. <i>i. volo.</i>	101, 128		
wil. <i>i. voluntas.</i>	148		
win.	57, 156, 236		
wint.	64, 109		

X.

X littera superuacanea.	213
Xant.	206
Xavds. <i>i. flauus.</i>	206
Xanthus fl.	<i>ibidem.</i>
Zupds.	198

Y.

Y'nap.	120
Y'neg.	192

FINIS.

S V M M A P R I V I L E G I I .

R E G I S Priuilegio sancitum est, nequis *Opera omnia* Goropij Becani partim antehac impressa, & ab ipso emendata, partim uerò non impressa, integra, vel eorum partem aliquam, citra Christophori Plantini voluntatem, à die cuiusque editionis absolutæ intra decem annos, imprimat, aut alibi impressa importet venaliâue habeat, sub pœna confiscationis librorum: vt latiùs patet in litteris datis Bruxellis pænultima Nouembris. M. D. LXXIII.

Signat.

I. de Witte.

S Y M M A P R A E F A T I O

Regis Principis Januensis, nequeque
Causa Christophori Pannini voluntate die curandae
adhibita absolute in rebus et personis
confiscationis librorum, et hinc patet in hinc datus
Bartholomaeus Novembriae. M. D. LXXIII.

J. de Wino.

IOAN. GOROPH BECANI
HERMATHENA.

LIBER I.



VM POST rationis vsu nihil homini ab opifice datum sit præstantius ipsa locutione, qua non multo minus, quàm intelligendi vi, se demonstrat ceteris animantibus longè diuiniorem; sintq. multa & permagna in hominum vniuersitate sermonis discrimina: dignissimum mihi visum est diligenti inuestigatione, vnde hæc diuersitas orta sit, & an alia lingua alij sit præferenda, vel ab artificij excellentia, vel ab inuentionis antiquitate; tum etiam an vna primùm inter mortales fuerit; & an eius aliqua adhuc reliquæ supersint. Herodotus, vt in alijs quoque non semel à nobis est indicatum, Psamnitichi Ægyptiorum regis experimentum exposuit, quo deprehensum sit, Phrygium sermonem primas sibi meritò vindicare. Plato fatetur Barbarorum, quàm Græcorum, sermonem esse vetustiore: & à Phrygibus item aliquot Græcarum vocum origines petendas esse arbitratur. Christiani plerique omnes, primogenium linguarum ius penes Hebræos semper fuisse, magno consensu pronuntiant: à quibus tamen Theodoretus discedens, non sine asseclis, Syram siue Aramæam omnium primam fuisse sentit. Moses Ægyptius Rabbiorum facilè princeps, Hebræam primam esse negat. Geuatra, is qui epistolas quas aureas vocant, Hispanis suis scripsit, quatuor Hebræorum doctores testes citat, qui iureiurando confirmate astant, Hebræum sermonem non esse primum. Aristoteles, si sententiam super hac re rogatus fuisset, Ægyptiorum sermonem necessariò vetustissimum statuisset; cùm eos faciat omnium mortalium antiquissimos, tametsi terram colerent, quæ quondam sub mari latitasset. Orpheus & Homerus deorum linguam omni mortalium locutione priorem videntur iudicasse: quandoquidem rationi consentaneum est, ea nomina quæ cælestia sunt, terrenis, caducis, & perpetuæ mutationi obnoxii non exiguo interuallo priora potioraque fuisse. Arcades porrò ne ipsis quidem diis cessuri videntur, cùm se ipsa Luna faciant antiquiores; in cuius orbe Empedocles non contemnenda fortassis deorum agmina inueniret. Ex his tam varijs dissentientium cùm gentium tum scriptorum opinionibus, nihil vt potest certi constitui; ita illud verisimili collectione queat concludi, ab omni prisca litteraturæ memoria, quænam prima lingua fuerit quæsitum fuisse: atque inde intelligi, inter omnes nationes constituisse aliquam omnino linguam primam habendam, & maximum fore operæ diligentis pretium, si quis eius intelligentiam sibi comparasset. Quorsum enim alioqui tanta cura ad eius inuestigationem incumberent doctissimi quique, si eius inuentio nullam utilitatem allatura videretur? Christianis & Iudæis clarissimum est de Mosis auctoritate, Adamum sic nomina fecisse, vt iis vera rerum natura exponeretur. Quod si ita esse fateri debeamus; quis non videt illud mox effici, si quis prima rerum nomina cognorit, eum naturam quoque earum cogniturum esse? Liceat igitur & nobis in hunc campum descendere, & in eo sic versari, vt omnia arma è Vulcania quidem Philosophorum officina petamus, minimè tamen aduersus sacrosanctam Romanæ ecclesiæ auctoritatem iis niti velimus; cui & hæc, & reliqua mea omnia, pro eo ac omnes Christiani debent, submitto: interim hoc orans, ne antè iudicium feratur, quàm omnia accuratè ad scopum suum examinentur. quod si fiat, spero fore, vt quæ prima statim facie absurda & intolerabilia videbuntur, ea vltèrius excussa non magnam modò adferant suauitatem, sed plurimùm etiam faciant ad perennem Christianæ religionis sapientiam è prisca diuersarum gentium monumentis illustrandam.

Lingua prima qua sit, varia opinionis.

QUANDO QV IDEM, verò de linguarum exordiis omnis nobis futura est disputa-
 tio; quid linguæ nomine capiendum, principiò & ante omnia definiatur. Nemo est
 qui nesciat, voce hac naturale animantium instrumentum significari: cuius in homine
 duplicem usum Aristoteles agnouit, alterum necessarium, qui in gustatu consistit; alte-
 rum non illum quidem vitæ necessarium, sed ad bene esse, vt more præceptoris loquar,
 comparatum, quo nimirum animi interpretatio locutioque perficitur, soli homini ab
 opifice tributa. Vt autem duplex huius particulæ vsus est, ita duobus quoq. aliis mem-
 bris, & enascitur & adhæret, videlicet œsophago siue gulæ, & asperæ arteriæ siue iugulo;
 illi quidem vt præmansum cibum & potum, veluti manus quædam, subministret, huic
 verò vt vocem emissam articulatè formet. Quia itaque humana vox hoc organo mem-
 bratim distinguitur, & quibusdam particulis absoluitur, factum est, vt magno gentium
 consensu linguæ nomen ad id notandum transierit quod ab ipso instrumento efforma-
 tur: quod non apud Latinos modò, sed apud Græcos etiam & Hebræos videmus in
 consuetudinem abiuisse; quorum illi γλώττων, hi Lason pro vtroque accipiunt, & pro
 membro, & pro genuino & proprio organi effectu. Clemens tamen Alexandrinus pri-
 mo Stromaton suorum libro vult Barbarorum sermonem γλώττων, Græcorum verò
 idiomata dialectos vocari: quod discrimen vnde hauserit, post fortasse opportuniùs ex-
 plicabo. Galenus noster, in primis diligens vocabulorum examinatus, γλώττων sic est
 interpretatus, vt dictionem esse dicat, quæ priscis quidem in vsu fuerit, nunc verò sit ob-
 soleta; quo significatu fetuato, de Hippocratis glossis libellù scripsit. Quintilianus lin-
 guam secretiorem à Græcis glossas vocari dixit, & per aliquot capita progressus, glosse-
 mata dictiones minùs vsitatas: vbi videre licet, non aliud dictionù nomine, quàm glos-
 sarum intelligi. Varro in voce, Camilla, eos citat, qui glossemata interpretantur; qua de
 re si Pollux consulatur, glossographos eos dicet, qui dictiones poëticas exponit, eo quòd
 has peculiari nomine glossas vocari scribat. Aristophanis interpres, dū quid sit παλδσειν
 explicat, vocem esse ait glossematicam, quasi vel obscura sit, vel obsoleta, vel aucupum
 etiam propria, apud quos auibus tribuitur, alias aues voce sua in retia allicientibus: hinc
 factum, vt glossa pro obscuriorum vel dictionum, vel rerum interpretatione passim
 vsurpetur. Verùm peculiaris hic huius vocabuli vsus ad eam rationem spectat, qua ij qui
 disciplinas tradunt, vel noua sibi vocabula fingunt; vel ea quæ in vsu sunt, ad significa-
 tionem, aut aliam, aut angustiore, deducunt: propterea quòd multa explicanda sint
 quæ in communi loquendi consuetudine minimè versantur. Hoc sibi Aristoteles, hoc
 sibi Hippocrates permisit: & non hi modò necessitate quadam ducti, sed veteres etiam
 comœdiarum scriptores: qua de re Eratosthenes scripsisse fertur. Nihil itaque miri,
 Grammaticos quoque cū alias, tum hanc quoque vocem peculiari quodam modo
 vsurpasse; tametsi eius significatio in communi loquendi consuetudine ad quamuis lin-
 guam pertineret. Quamobrem his valere iussis, communem morem secuti, glossam
 pro quauis locutione siue lingua accipiemus, perinde atque Homerus in exercitu re-
 censendo,

Πολλοὶ γὰρ καὶ ἐστὶ μέγα Πειάμε ὀπίκτες,
 Ἄλληδ' ἄλλων γλώσσα πολυαπέρον ἀνθρώπων.

Item Iliados libro quarto,

Οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμῶς θεός, ἐδ' ἴα γῆρυς,
 Ἄλλὰ γλώσσ' ἐμέμικτο, πολυκλιτοὶ δ' ἔσαν ἄνδρες.

Quod igitur Latinis Lingua, id Græcis γλώσσα, & Hebræis Lason: sed hi per Lason
 aliquando Sapha ponunt, quo labrum significatur: eo quòd labia vocibus etiam varian-
 dis inseruiant, vt est Geneseos capite vndecimo, vbi terra dicitur labij vnus, id est, vnus
 linguæ. Esse verò linguæ hanc apud Latinos significationem, si ex optimis quibusque
 & elegantissimis scriptoribus doceam; tempus inani opera perdidero: quando nemo
 est, qui Græcorum distinctionem in Latino hoc vocabulo sit secutus. Quia tamen om-
 nis Philosophia è Græcis fontibus ad Latinos est deriuata; nec id quod proposui rectè
 tradi potest citra illorum adiumenta; necesse mihi erit, vocem inuenire, qua, pro lin-
 gua, sapientiæ professores vtuntur, poëtis & vulgo hac parte neglectis. Aristoteles in
 scientiis via & ratione tradendis longè omnium primas tenens, vocem ab arteria & la-
 rynge fieri dicit, vocis verò articulatam formationem à lingua, atq. hanc vocis διαρθροσιν,
 quasi

Lingua no-
mine quid
capiendum.

γλώττων
Lason.

Dialectus.

Glossa.
Glossemata.

Glossographi.

Vox

quasi articulationem dicas, proprio linguæ officio factam, dialectum esse definit; addens, omnes vocales ab arteria & larynge, omnes consonantes à lingua proficisci, labiis, & ut alibi tradit, dentibus quoque in auxilium vocatis. Eodem dialecti nomine in libris De anima vsus est in eadem significatione, pro quavis nimirum locutione siue potius dictione; quamquam Grammatici ut glossam, ita hanc quoque vocem alio quodam modo adstrictione vsurparunt, eam eiusdem linguæ Græcæ varietatibus applicantes, quas in quinque partes distribuerunt, Doricam, Ionicam, Æolicam, Atticam, & communem. Quoniam igitur quævis articulata vocis formatio Aristoteli dialectus est, videamus an dialecti descriptio linguæ vniuersitatem comprehendat. Quid? Num eum Græcæ linguæ peritum dicemus, qui vnam Græcam dictionem norit efferre, vti definitio dialecti videtur indicare? Minimè, immò ne eum quidem linguam Græcam callere fatebimur, qui cum totam aliquam, vel plures etiam Demosthenis Orationes sciat pronuntiare; nequeat intetum de rebus vulgo tritis cum Græco sermonem habere. Aliud igitur Aristotelis dialectus, aliud lingua in communi loquendi consuetudine. Peripatetico enim in quarto animalium propositum erat inuestigare, quæ cuique animali vis ad sonandum à natura data fuisset; quam rem ita concludit, ut vocem sub sono collocet, eamque solis faucibus tribuat in iis animantibus quæ pulmonem habent: sub voce dialectum ponat, linguæ & labiis præcipuè adscribendam, quibus alibi dentes addit. Nec fistula dialectum habet, tametsi articulatum sonum edat; eo quod is à vocis natura excludatur: neque item Psittacus, & ceteræ aues; nisi per similitudinem & analogiam: propterea nimirum, quod licet humanam vocem modulatione quadam imitentur; id tamen non faciant ad ea significanda quæ vocibus notantur. Quamobrem definitioni id adiiciendum, quo explicetur, imaginationem ad quicquam indicandum articulatae voci è naturali principio adiunctam esse debere, quo dialecti nomen mereatur; ut in iis quæ De anima scripsit Aristoteles ostendit. Accipitur itaque Dialectus hoc modo vel pro potentia, qua homines à natura apti sunt ad loquendum; vel pro ipsius potentia effectu siue actu. In libris De anima dum auditus examinatur, dialectus ad tertium qualitatis genus spectat, omnem vocem articulatam, ut sensum ferit, comprehendens. At nobis, dum dialecti & linguæ nomine pro eadem re vtimur, in alia longè significatione dialectus interpretanda; ut dum quempiam dicimus dialecti vel Latinæ vel Græcæ peritum, quam non vna magis dictio absoluit, quàm vna hirundo visa certum est veris argumentum. Aliis igitur limitibus dialectus siue lingua nobis definienda; ut sit videlicet facultas, vel vsu, vel præceptis, vel ambobus acquisita; qua qui præditus est, de quavis re, in populari consuetudine tractari solita, apud nationis cuiuspiam homines emendatè loqui possit. Quamuis enim quispiam de Binomiis & Trinomiis, & numeris animum apud Platonem dimetientibus, & iusta Solis & ceterorum siderum reditione, differere nesciat; non tamen idcirco dialecti habebitur ignarus, modò popularia & plebeia, sermone correcto exprimere possit. Hac notione Latinam, Græcam, & Hebræam linguam dicimus; quam siue præceptis, siue vsu, siue duobus hisce adiuuentis didicerimus; nihil refert: id vnum refert, ut emendatè loquamur; ad quod præstandum, in vsu olim omnis norma locabatur. quod Horatius sic expressit:

*Multa renascentur quæ nunc cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.*

At post Gotorum & ceterarum eiusdem linguæ nationum in Græciam & Italiam irruptionem, vernaculus Latinæ & Græcæ linguæ vsus periit, nouis linguis è confusione subortis: quod Hebrææ quoque accidit in captiuitate Babylonica, magno ante Christi natiuitatem seculorum interuallo. In his ergo addiscendis, omnia præcepta ad illius ætatis vsus sunt referenda, qua in præcipuo vigore & summa elegantia fuerunt: ita ut eum Latinæ linguæ peritissimum iudicemus, qui se Cæsaris & Ciceronis temporibus in loquendo quamoptimè accommodarit. Iam quoniam quid Dialectus Aristoteli, quid nobis sit, ostentum est; quærendum, quæ dialecti siue linguæ eadem, quæ diuersæ sint habendæ. Græci, more suo locuti, quinque diuersas dialectos sub vno sermone Græco complexi sunt: Nos populari loquendi more, quem hîc sequimur, ita statuendum arbitramur; ut eas linguas diuersas dicamus, quæ sic inter se discrepant, ut non

*Dialecti, seu
Lingua definitio.*

*Linguarum
vsus.*

*Lingua diuersa
statim*

Lingua eadē.

statim qui vnam intelligit, alteram quoque intelligat. Easdem verò; quæ licet nonnihil differant, tantum tamen non recedit altera ab altera, vt discrimen earum colloquendi communicandique auferat facultatem. Hoc modo linguam Brabanticam aliam dicimus à lingua Sueuica siue Allemanica; Hispanicam item à Gallica & Italica; quandoquidem in his communicatio colloquiumque inter homines impeditur: Verùm linguam Brabanticam, Flandricam, Thungricam, Geldricam, Saxoniam, Gedanicam, Reuelensem, & his similes, easdem dicimus; eo quòd, licet diuersitate quadam disteant, sic tamen non disteant, vt Gedanicus nõ possit cum Antwerpiano aut Bruxelensi fabulari. Et hoc quidem pingui Minerua dixisse satis est. Quot verò linguæ vel nunc sint, vel olim fuerint, quamuis quidam definire tentarint: ego tamen nemini puto liquere, & aded non magnopere nostra interesse. Clemens Alexandrinus, genera linguarum, sub quibus varia sint idiomatica, septuaginta duo fuisse credit, quod è numero eorum, qui ante confusionem linguarum è tribus Nochi liberis nati dicuntur, acceptum videtur. Euphorus, nescio quis, nisi Ephorus, vt reor, sit legendum, apud eundem, septuaginta quinque tradidit fuisse. Verùm hunc numerum longè superant aliorum assertiones; inter quos Plinius, à Timosthene memoriae proditum, scribit, in vnam Dioscuriadem Colchorum emporium, trecentarum linguarum homines solere conuenire: addens, à Romanis postea per centum & triginta interpretes negotia ibi gesta fuisse. Mithridates non magnam Asiæ partem, si toti conferatur, imperio tenens, viginti duas & in ditione sua habuisse, & didicisse, constanti Scriptorum testificatione perhibetur quibus si reliquas addas, quæ toto tum orbe diuersæ fuerunt; an non putamus maximum numerum euasurum? Quot sint in orbe Atlantico, & apud Hyperboreos, quis explicabit? Et multas tamen esse, plurimorum peregrinatione satis est exploratum. Complures post Christi natalem nouas exstitisse scimus, numquam antea vel factas, nedum cognitatas: inter quas cum in sola Europa, minima totius orbis parte, quàm plurimæ ab illo tempore exortæ sint; quid de ceteris gentibus innumeris cogitandum? Græcia tota cum suis insulis, Italia, Sardinia, Sicilia, Hispania, Gallia, Anglia, Scotia, nouis linguis vtitur, post dilaceratum Romanorum imperium, è diuersa priorum & mistione & corruptela enatis. Quòd si ab illo tempore tantus linguarum numerus non antè cognitarum sit exortus; num mala quis ratione suspicetur, antea quoque quàm plurimas è gentium confusione coaluisse? Quæ verò, quibusque initiis, ex aliis aliæ linguæ sint progressæ; non difficile sit ab exemplis peruidere. Hispania, quæ antea sermone vsa sit, quàm Phœnicum, & Astorum, & Romanorum armis est impetita; necdum statuo: id saltem clarum est, & extra controuersiam, totam ferè Latino sermone ab eo tempore vti cœpisse, quo iugum legesque Romanas suscepit, atque inde fieri, vt hactenus vernaculam suam linguam, Romanam appellet: tametsi sic ab ea degenerarit, vt nec Latinum Hispanus, nec hic illum intelligere possit: qua nota linguarum metimur diuersitatem. Scio equidem nullam ferè linguam diu per omnia eandem manere; eo quòd paulatim vel ea quæ longo vsu trita sunt, incipiant displicere; atque ita veteres voces à Carmenta & Euandro fabulosis prisca sermonis Latini auctoribus vsurpari solere creditæ, abeant in obliuionem: vel de vicinarum gentium commerciis noua nomina surrepant, vt ad Latinos è Græcia non pauca vocabula transferunt. Nec ignoro, inflexiones vocum, longo temporum lapsu, aliquando immutari; constructionem item non perpetuò eandem manere. Verùm ob has permutationes, lingua non abit in diuersum omnino genus: propterea quòd non sic de statu suo moueatur, vt in paucorum transformatione intelligendi pereat facultas. Credibile enim est, Numam, si Ciceronis ætate reuixisset, sermonem Latinum, tametsi longè à prisco recessisset, intellecturum fuisse; & si quæ vel voces vel loquendi formulæ minus ab ipso percipiendæ incidissent, eas à Latina interpretatione, citra alterius linguæ adiumentum non difficulter fuisse cogniturum: haud secus atque obscuriora poetarum loca per eandem linguam qua vsi sunt, intelliguntur. Quamquam in hoc vetusti nouique sermonis discrimine non parum est momenti; tantum tamen non est, vt inde linguarum diuersa genera dicamus exoriri. Tantisper eandem locutionem manere statuimus, dum ipsa sua, non alterius linguæ, luce, tenebras omnes discutere potest, & ex omni regione sua profligare. Hispanus itaque à Latino non hac via tantum recessit, sed diuerso prorsus modo

*Linguarum varia genera.**Lingua alia ex aliis quomodo progressa.**Lingua Hispanica.**Lingua nulla diu per omnia eadē manet.*

alium

alium sibi sermonem acquisiuit. Is autem qualis fuerit, nemo nescit eorum qui veteris memoriae non sunt imperiti. Irruerunt in Hispaniam Goti, Vandali, Alani, & nonnullae aliae gentes, omnes sermone Teutonico, vel inferiore vel superiore loquentes; quos cum Hispani non intelligerent, factum est, ut & hi, & illi, diuersum sermonem, quoad possent, imitarentur: quo vtriusque partis studio effectum est, ut mista quaedam lingua, neque cum Latina, neque cum Germanica consentiens, enasceretur; quae tamen tanto vicinior Romanae locutioni redderetur, quanto Teutones in aliena lingua imitanda dexteriores fuere. Eadem ratione, in Italia & Gallia nouae linguae sunt exortae; quae & ipso tanto plus habent à Latio vocabulorum, quanto Teutones facilius Romanos, quam hi illos, in loquendo sequerentur. Quod si Germani tam ambitiosi fuissent, in gentibus à se subactis ad linguam suam pertrahendis, quam olim fuere Romani; iam olim omnis Italia, Hispania, & Gallia Germanico sermone loqueretur. Qua igitur via & ratione, in his regionibus, linguarum non antè cognitarum fuit exortus; eadem infinitae aliae & olim potuerunt, & nunc possunt exoriri; praeter eas quas è vocum primae linguae confusione diuina voluntate repente facta extitisse, de sacra Mosis historia scimus; qua de re necdum differemus; ea solum in quaestionem vocantes, quorum vel veritas, vel probabilitas ingenij nostri viribus peruestigari potest: in quibus quidquid à nobis asseretur, ad Philosophorum dumtaxat scholas volumus pertinere; quo cernatur, quousque sapientiae in his pertingere queat humani ingenij captus. Postremo tamen libro qualis haec primi sermonis fuerit corruptela, & quid inter eam & vulgarem sermonum corruptelam sit discriminis, aperiemus. Quamobrem quaestione de numero linguarum, uti frustra suscipienda, prorsus abiecta; illud inuestigandum, an omnes linguae similiter extiterint ex aliarum priorum commistione; an verò in his terminus aliquis sit statuendus, ne ad infinitum fiat progressus; & si terminus sit statuendus, an vna aliqua prima lingua fuerit, an multae. Quae inuestigatio ut ordine procedat, ea primogenia lingua nobis vocetur, quae ex nulla alia originem ducit. Principio itaque dubitatio animum subit, si prima aliqua lingua sit, unde ea significandi vim acceperit, an natura ne, an à casu, an verò ex hominum arbitratu & conuentione. Antiqua prorsus, & pænè Ogenia, haec est quaestio, in qua multorum veterum ingenia sese exercuerunt; aliis ad naturam, aliis ad hominum consensionem & pacta vocum significationem referentibus, casu prorsus excluso: quo nos itidem relicto, vtram partem sequendam putemus, breuiter aperiemus. Qui vocabulorum notationem naturae adscribunt, Aegyptios, quibus antiquissima rerum praeteritarum memoria videtur extare, habent auctores: apud quos Psambitichus rex duos pueros à pastore iussit educari, ea lege, ne vel ipse, vel alius, coram eis loqueretur: qui post bimatum, dum panem poscerent, *Βετ* sapius iterarunt; qua de re intelligi datur, ab ipsa natura homini sermonis usum tributum esse. Est profectò non Aegyptiorum modò haec opinio, sed plurimorum etiam in Graecia celebris famae scriptorum; non homini tantum à natura loquendi communicandique vim inesse, sed brutis etiam animantibus eandem tribui facultatem, qua, quae velint, suo generi exponant. Si in caenum ceciderit elephas, è quo se neque solus, neque vnus ope liberare queat, idque alteri cuiquam videnti indicet; is statim monitus, aliis casum nunciat, atque ita re intellecta, plures elephantum lapsò suppetias ferunt; uti à Clemente Alexandrino primo Stromatum libro memini scriptum. Apollonius Ephesi passerum sermonem esse interpretatus. Et Paraca vrbs Indiae celebratur, cuius ciues draconis vel hepate vel corde comesto, omnium animalium voces murmuraque intelligunt. Si igitur brutis animantibus ea sit à natura vis tributa, ut sua inter se significare atque conferre possint: cuius tandem erit peruersitatis, negare, homini colloquutionis usum ab ipsius naturae fontibus emanasse? Si ipsa Dialecti apud Aristotelem definitio generis loco vocem habeat, quam omnibus naturalem esse nemo it infitias: qui, rogo, fieri potest, ut id quod generis essentiam necessariò sequitur, id à forma generi subiecta queat remoueri; nisi omnem ratiocinandi artem velimus exulare? Nec porrò illud stare permittam, admirabilem quandam vim nominibus quibusdam inesse, si de nostra dumtaxat voluntate ortus sui principia habere dicantur: cum ex cogitatione nostra siue affirmante, siue negante, nihil in rebus immutetur; tantum abest, ut concedam, vocibus ex arbitrio cuiuspiam confictis, miraculi aliquid effici posse. Si videamus itaque verbis certis morbos

Lingua Itali-
ca & Galu-
ca.

Lingua pri-
mogenia vbi
de significan-
di vim acce-
perit.

Βετ.

Loquendi co-
municandique
vis etiam bru-
tis animanti-
bus inest.

Nominum
quorundam
vis admirabi-
lis.

difficillimos, & frustra à medicis tentatos, curari: qua fronte quisquam asserat, has vires ex humana dumtaxat voluntate pendere? Habet Marcellus Virgilius, habent & alij medici quamplurimi, varias verborum formulas, quibus graues morbi depelluntur: nec decantata ab omnibus Catonis grauitas ab incantamentis abhorruit, dum, quì luxum membrum in pristinum statum restituatur, ostendit. Iamne quis ex arbitrio id genus curationes, aut dæmonum ope fieri putaret; remedia hæc Physica vocarunt; quasi sola naturalium titulo præ ceteris digna viderentur. Ne tamen in re omnibus manifesta prolixi simus; vel magicarum vocum exemplis, quæ infinita apud varios scriptores existant, totum volumen impleamus; vel poëtas omnes huc vocemus, qui perennes naturæ leges carminibus solui rumpique tradunt: hoc vnum addemus, ab omni hominum memoria, communi omnium gentium, quotquot vñquam fuerunt, consensu, ad hæc vsque tempora, credi; vires ingentes, atque adeò stupendas in vocibus latere, & iis non alia modò fieri admiranda; sed ipsos dæmones etiam cogi. Nónne prisca homines deos vrbiū tutelares euocare certis verbis consueuerunt; quorum formam apud Macrobiū licet videre? Qua quidem de causa Romani Latinum vrbi suæ nomen diligenter celauerunt; ne si ab hostibus cognitum fuisset, Numen vrbi præsidens elici posset. Quòd si diis sua nomina quædam sunt; ab ipsa natura ea esse facta necesse est: cum absurdum sit vel dictu vel cogitatu, deos ab hominibus propria sibi nomina mutuari. Sicut autem suas quædam appellationes natura diis dedit; ita videretur rationi consentaneum, ceteras quoque res peculiare nomenclaturas accepisse; quas si quis sciret, admirabilia efficere posset: & has quidem Pythagoras semper easdem permanente dixit; tantamque vim in vocibus occultari, vt si quis mali ominis nomine vocaretur, ei censeret nomen permutandum; ne eius occulta contagione infortunium aliquod eueniret. Quamuis verò nulla alia hominum natio sic de vocabulorum natura & efficacitate sentiret; vel vna tamen Hebræorum gens satis esset ad hanc opinionem stabilendam confirmandamque: quandoquidem tanta est apud eam diuinorum quorundam nominum admiratio, vt iis tantum non omnia fieri posse existiment, non magis de innata ipsis vi, quam de Solis lumine dubitantes. Quid non ei pollicentur, cui Tetragrammaton bene pronuciare diuinitus fuerit concessum? quod non nisi paucissimis ab omni æuo, singulari Dei munere, contigisse arbitrantur: qua de causa ne in eo peccetur loco, quatuor litterarum, quibus scribitur, modò Adonai, modò Elohim, efferre consueuerunt. Quia porrò diuinas prorsus res, & omnem humanarum virium captum egressas, vocabulorum vi effici, omnibus est persuasum: in eam plerique sententiam descenderunt, vt voces sacras, vel à Syris, vel ab Hebræis in solennibus ritibus vsurpatis, minimè putent in aliam linguam transferri oportere; ne videlicet vnà cum vocibus sublatis, omnia mysteria, & præsentis orationis vires è medio tollantur. Adde his, nomina non pauca Magis in vsu esse, quorum significationem nemo vñquam vel exposuit, vel intellexit, vel inuenire potuit, siue Hebræos, siue Chaldæos, siue Ægyptios interrogaret; cum interim tamen ingentis sint efficacitatis ad mirabilia quædam patranda. Quocirca non ab hominum arbitrio, sed vel à natura, vel ab ipsius naturæ opifice, sicut vires, ita origines quoque sortiuntur. Præterea cum extra controuersiam positum sit, orationum aliam veram, aliam falsam esse, veram quidem, quæ res vti sunt, ita enunciat; falsam verò, quæ contra dicit res ac sunt: necesse est, partes quoque eiusdem naturæ esse; ac nomen quidè illud verum esse, quod verà rei significatæ naturam explicat: falsum verò, quod aliter, quam natura postulat, rem quampiam indicat. At veritas rerum minimè de voluntate nostra, sed de ipsa rerum natura pendere scitur; nisi Protagoræ opinio placeat, veritatem imaginatione nostra stolidè metientis. Reicienda itaque vocabula, tamquam spuria, quibus non res ipsæ sic notentur, veluti quibusdam quasi imaginibus, ex ipsius naturæ sinu effluentibus, perinde atq. à Sole lumen emanat. Hinc fit, vt aliæ rerum imagines ad deos è rebus ipsis ferantur, aliæ ad homines; pro eo atque in speculis fieri videmus; quorum quæ purissima sunt & optima, imagines præstantissimas à rebus suscipiunt; quæ impolitiora, imagines capiunt rudiores. Quanto enim excellentiores purioresque sunt animi, tanto imagines perfectiores in iis ex ipsis rebus existunt: quanto obscuriores, tanto imagines quoque obscuriores redduntur. Sicut aquæ quietæ & limpida, & ab omni cæno & motione libera, rerum imagines

Nomina unde vires & origines sortiantur.

Nomen verum.

Nomen falsum.

imagines absolutas capiunt; contrà, motæ mutilas & minimè cohærentes, cœnosæ ob-
 scuras: ita Diis, utpote tranquillis & puris animis, multo perfectiores imagines, quàm
 hominibus, perturbato & obscuro carcere conclusis, offeruntur: è quo fit, ut alia apud
 Deos, alia apud homines eiusdem rei sint simulacra: & quemadmodum simulacra di-
 uersa; ita diuersæ notiones: & de notionum diuersitate nomina quoque diuersa exi-
 stunt; cùm hæc illas, veluti defluxus quidam, sequantur. Hæc enim causa videtur, ob
 quam Homerus aliter eundem fluuium apud Deos, aliter apud homines, dixit vocari:
 cùm alioquin Deorum inuidiæ adscribendum esset, quòd vocibus iis vterentur, quas
 homines non essent intellecturi. Quocirca, si eadem res aliud apud homines, aliud
 apud Deos nomen habeat: eius discriminis causa alia inueniri nequit, quàm ea, quæ in
 simulacrorum diuersitate consistit. Accedit his quotidianum in militia experimen-
 tum, iam ab aliquot annis ad omnes propè peruulgatum, quo vulnera vel maximè le-
 thalia verbis curatur: quæ qui nouisse uolet, Barptolomæi Sanctobarolitani chirurgica
 commentaria consulat, quæ admirabilem casum miseræ mulierculæ in capite vulne-
 rata, & sub Tiberis ripa diu latitantis, exponunt. Hæc & id genus plura cum Cratylo
 Platonis in Physicis præceptore facere videntur; quæ exponere, quàm copiosè & latè
 possunt, superuacaneum arbitrati, paucis indicauimus, quæ mantissa (ut priscam vo-
 cem in consuetudinem reuocemus) ex Atticis noctibus petita placuit finire: Nomina,
 inquit earum auctor, verbaque non positu fortuito, sed quadam vi & ratione naturæ
 facta esse, P. Nigidius in Grammaticis commentariis docet, rem sanè in Philoſophiæ
 dissertationibus celebrem. Quæri enim solitum apud Philosophos, *φύσει τὰ ὀνόματα ἢ
 θεσει*. In eam rem multa argumenta dicit, cur videri possint verba esse naturalia magis,
 quàm arbitraria: ex quibus hoc visum est lepidum & festiuum: Vos, inquit, cùm dici-
 mus, motu quodam oris conueniente cum ipsius verbi demonstratione, utimur; & la-
 bias sensim priores emouemus, ac spiritum atque animam porro vorsum, & ad eos qui-
 bus cum fermocinamur, intendimus. At contrà, cùm dicimus, Nos; neque profuso
 intentòq. flatu vocis, neq. proiectis labiis pronunciamus, sed spiritu; & labias quasi intra
 nosmetipsos coërcemus. Hoc idem fit in eo quod dicimus, Tu, & Ego, &, Tibi, &
 Mihi. Nam sicuti cùm adnuimus & abnuimus, motus quidem ille vel capitis, vel
 oculorum à natura rei quam significat, non abhorret: ita in his vocibus, quasi gestus
 quidam oris, & spiritus naturalis est. Eadem ratio est in Græcis quoque vocibus, quam
 esse in nostris animaduertimus. Hæc ille in suis Noctibus: quibus ingens auctarium
 à nobis adiici hoc loco posset de vocabulorum formatura, naturalem quendam littera-
 rum sonum obseruante; nisi pòst de eadem re tractare nonnihil statuissimus. Rebus
 enim asperis canina littera conuenit, uti lenibus Lambda: iis quæ vehementer nobis
 cordi sunt, illa sunt adhibenda elementa, quæ ex pectore volunt pronunciar: atque ita
 de ceteris iudicandum. Nomina itaque rectè posita, rerum naturam naturali vocalium
 instrumentorum habitu exprimere debent, geminos litterarum sonos, pro eo ac de-
 cet, rebus significandis applicando. Hoc si ita est, quid reliquum, quàm ut fateamur,
 totam vocum fabricam à natura ipsa proficisci? Summatius ergo hæc Cratyli & Hera-
 cliti sententia videtur fuisse, ut nomina dicerent naturæ opus, si illa quidem recta verà
 que nomina essent; atque ita vocabula rerum propria similia esse imaginibus, non ab
 artificis cuiuspiam voluntate, sed ab ipsa natura expressis. His ex diametro repu-
 gnat Hermogenes, Parmenidis & Pythagoræorum sectator, & Platonis in prima sa-
 pientia magister, nomina statuens, non imagines, aut naturales rerum similitudines,
 sed signa dumtaxat ex pura puta hominum voluntate & consensione profecta; atque
 hinc apud diuersas gentes diuersas linguas extitisse, proinde atque cuique hominum
 communitati placuit rerum notas vel has vel illas inter se pacisci: & hac causa symbo-
 la & esse & dici, quæ ab aliis alia eisdem rebus constituuntur. Nam ut tubæ clangor
 quibusdam prælij committendi signum est; ita aliis potest esse facis ardentis coniectus,
 ut licet apud Euripidem videre:

*Ἐπι δ' ἀφείθη πυρός, ὡς τυρρηνικῆς
 Σάλπηγος ἤχος, σῆμα Φοινίου μάχης. id est,
 Iacta ignea face, ut sono Tyrrenica
 Tuba, cruenti prælij tunc indice.*

*Nomina di-
 uersa vnde.*

*Verbis vulne-
 ra curantur.*

*Ὅσα τὰ ὀνό-
 ματα ἢ θεσει.*

*Cratyli &
 Hermogenis
 sententia con-
 traria de no-
 minum for-
 matione.*

*Signa vana
 prælij com-
 mittendi.*

Infinita itidem signa dari possunt pugnae ineundae, vel per hastam, vel per sagittam, vel per globi fulminei coniectum, vel per erectum sanguinei coloris vexillum, vel per chlamydem ducis purpuream, qualem Cæsar sibi sumere consuevit, vel per alia innumera, de quibus ante in exercitu sit conuentum. Spartanis tibiae in proeliorum signis fuere, vti haecenus quibusdam gentibus fistulae vtricularis, quibus apud nos rusticorum tripudia incitantur & accenduntur. Germani acutissimo exiguae tibiae sono ingens tympanum addunt, quos tota ferè Europa hodie imitatur. Romani tuba populum in Comitium vocabant. Antuerpianis raucum cornu de vetusta Cimbrorum consuetudine ad similem usum placet retinere. Sed frustra ad rem per se claram exempla proferenda. Eodem autem modo eadem res apud alios alio nomine significatur: nec id solum, sed quemadmodum tesserae militares frequentissime mutantur, eadem re significata permanente: ita eundem hominem, modò hoc, modò illo nomine vocari videmus. Nonne plerique omnes, qui ad celsissimum summi Pontificatus gradum ascendunt, veteri nomenclatura deposita, nouam sibi sumunt? Nonne in confirmationis Christianae Sacramento nomen cuique suum permutare licet? Nec id tantum hoc tempore inter religionis nostrae homines vsitatum, sed prisca etiam Graecis, vt interim de Hebraeis, de quibus aperta in sacris Bibliis sunt testimonia, taceamus. Qui prius Tyrtamus apud eos nominabatur, post à diuino suauissimae orationis fluxu Theophrastus est dictus. Splendidissimum illud Academiae iubar, à quo tota Peripateticorum natio lumen accepit, cum ab auo Aristoclis nomen accepisset; postea Plato coepit nominari; ita Aristone luctae magistro volente, vel ab humerorum latitudine, vel à latissima felicissimi ingenij ad dicendum disputandumque copia, ducta mutationis ratione. Longinus Cassius, doctorum confessione Criticus merito vocatus, discipulum suum nomine Malchum, quo rex prisca Phoenicum lingua significatur, Porphyrium, à regum purpura, nominauit: aded cuique semper licuit, nomina ex voluntate arbitrioque suo fabricari. Quae igitur hinc naturae ratio, vbi sic, vt cuique visum est, nomina & fiunt & mutantur? Mutatur scilicet illa ex nostro arbitratu, & de imperio nostro nunc hanc, nunc illam faciem sumit, vt aliam aliud nomen eidem rei producat. Aliter sanè res habet, atque ea, quae natura facit apud omnes nationes, quamuis magno terrarum interuallo distitas, eandem speciem faciemque seruant. Equus vt vbique eiusdem est naturae, ita vbique locorum eandem sui gignit notionem: quocirca imago equi, à natura diuersorum hominum animis impressa, & eadem est, & idem omnibus animal repraesentat, vtpote ab eadem specie, tamquam à causa cum efficiente tum formante, promanans. Quamobrem cum eiusdem animalis non eadem apud omnes sit nomenclatura, necessariò efficitur, vt nomina minimè dici queant ortus sui causam à natura habere. Alij animal hoc equum, alij ἵππον, alij Sus, alij Μάρ / alij Πέρτ / alij Ἰός / alij Γούτ / alij Ἰόρς / alij alijs vocibus appellant; cum tamen tam diuersis nomenclaturis eadem notio eademque imago in mentibus subsit. Hinc fit perspicuum, non perinde nomina, atque rerum simulacra, à natura effluere: quandoquidem si ab ea proficiscerentur, vbique gentium eadem essent, haud secus ac rerum significatarum notiones. Si igitur ab hac non emanant, reliquum est, vt à posito voluntario, & hominum formatura, natales suos ducant. Possent haec copiosius & elegantius ab iis concludi: sed nobis satis est, argumentorum capita indicasse, quibus Hermogenes & eius sectatores sententiam suam alijs suasissent. Quoniam verò duae hae modò expositae opiniones prorsus sunt contrariae, & vtraque magnis nixa patronis: propius inspiciendum, quid sit non modò huic, vel illi; sed ipsi etiam veritati consentaneum. Principiò itaque sic aio, neutram sententiam veram esse; cum neque nomina à natura fiant, vt Cratylus opinatur; neque rursus à pura voluntate, citra naturae considerationem. Nam si illud verum esset, apud omnes nationes eadem rerum nomina inuenirentur, sicut res eadem vbique sunt, & easdem imagines effundunt. Si contra alterum daretur, confestim è medio omnis etymologia tolleretur: quod quàm à recta ratione, & ab omnium auctorum consensu sit alienum; omnium eorum constat testimonijs, qui rationes nominum diligenter inquirendas arbitrantur. Quid igitur existimandum? Id sanè, quod verissimum est, Vocabula non ab ipsa natura, sed à ratione fieri, naturam conuenienter & aptè sequente: qua in re tota Etymologia continetur. Ammonius Hermias, diligens ille quidem Aristotelis commen-

Nominum priorum mutationes.

Theophrastus.

Plato.

Malchus.
Porphyrius.

Cratylus & Hermogenis sententia reselluntur.

Vocabula à ratione naturam aptè sequente fiunt.

tator,

rator, sed sic tamen, ut vetus Academiæ studium non deponat, idem quod modò statui, prolixius paulo exponit, distinctione quadam in medium adducta, qua vtrumque & *θεοσι* & *φύσει* vocabula significare, duobus modis intelligi posse, demonstrat. Et primum quidem, voces naturaliter significare, duplicem habet intelligentiam: vnam quidem, qua sic naturaliter significare dicuntur, quasi ab ipsa natura omnem significandi vim nacta essent, quod ut Heraclito & Cratylo placuisse videtur, ita cum veritate pugnat: alteram, ut naturaliter vocibus res notari dicantur, quia conuenienter naturæ ab ipso architecto sunt factæ. Simili bimembri diuisione, alterum, quod erat, Vocabula *θεοσι*, siue positi significare, distinguendum: Vel enim ex positi & voluntate notatione habere dicuntur, quia de mera fabricantis voluntate, nulla habita naturæ ratione, significandi vim nanciscatur, quod Hermogenes contendit, & modò falsitatis est conuictum, è consensu eorum, qui veras nominum rationes non è nudo placito hominum, sed à naturæ rei significatæ peruestigant: Vel vocabula sic ex arbitrio & impositione voluntaria significare intelliguntur, ut habeant ipsa quidem significationem ex voluntate eius qui ea fabricatus est: habeant tamen ex voluntate non vaga aut libera, quæ ex libidine sua quamuis vocem cuius rei notandæ temere ponat, sed ex ea voluntate, quæ rei naturam intuetur, & ad eam voces aptat. Vtriusque huius partitionis, tum in significatione ex natura, tum in significatione ex arbitrio & positi, priora membra falsa sunt: cum vocabula neque purè naturaliter, neque purè ex arbitrio significandi vim habeant: at duo posteriora membra in vtraque distinctione vera sunt, neque villo modo inter se pugnant. Significant enim nomina & naturaliter & ex voluntate: naturaliter, quia conuenienter naturæ; ex voluntate, quia ab homine posita sunt, sed sic posita, ut rei significatæ naturam sequantur. Nominum igitur rectitudo ex voluntate, non quauis, sed rectam rationem secuta, dependet; quæ naturam rei contemplata, vocem fingit ei quam potest maximè accommodatam. Hæc Socratis est sententia, quam scepticòs à Platone expositam, Hermias ipsi Hermæ quam conuenientissimè ad veritatis normam concinna redegit distinctione, quam si Aristoteles adhibuisset, claris in hac controuersia fuisset versatus: sed qua fuit ambitione, maluit præceptoris sui aduersarius, quam discipulus videri. Dixit enim imagines naturaliter res ipsas notare, & idcirco apud omnes gentes easdem esse: nomina verò ad placitum, siue ex pacto posita, esse symbola ipsarum imaginum siue simulacrorum, quibus res representantur. Quod si τὸ κατὰ συνθήκην, siue ex conuentione & pactione significare declarasset: addidissetque, non quauis quorumuis pactione recta nomina fieri; sed ea dumtaxat, quæ naturali rationi est innixa: pleniorē dedisset nominis & verbi definitionem; in qua nunc hoc desideratur, quo omnis Etymologia & vocabulorum rectitudo definitur. Neque enim tota nominum origo, eo quòd κατὰ συνθήκην dixit, absoluitur; sed illud etiam adiumentum sibi requirit, ut hominum placitum siue conuentio naturam rei denotandæ quam optimè sequatur: quod nisi ita esset, ridiculum se magnus hic magister præberet, dum de recta nominum formatura argumenta ducit. De corpore cælesti disputans, docet, motum perpetuum proprium cælorum esse, ex eorum auctoritate, qui cælum voce Græca *Æthera* vocarunt, quasi corpus semper currens diceretur; eaque de causa Anaxagoram accusat perperam & contra significationis rationem igni hanc nomenclaturam dedisse, cum is minimè feratur motione sempiterna. Quæ tōgo hic conclusionis firmitas, si nomina de solo hominum arbitrio fiant, nulla naturæ habita ratione? Eundem videas in Physica auscultatione veritatem venari ex vocum Græcarum consonantia, quæ sunt *αὐτόματον* & *μάτην*; eundem iterum in voce *κέρων* arguari; nec in prisca solum vocabulis quærere veritatis argumenta, sed noua etiam nomina fabricari, non ex solo arbitrio, sed ex voluntate solidis rationibus fulta, ut in *κατιήσπια* & *ἐντελέχεια* quiuis cognoscat. Nonne idem in Topicis suis hunc ratiocinandi modum ceteris adiecit, quo ex vocis formatura argumenta ducuntur; ut si quis de vocis eudæmon, qua felix significatur, fabrica colligat; suum cuique animum Dæmonem suum esse, eo quòd in Dæmone bono felicitas statuat, quæ reuera non in alio est quam in animo. Maluit ergo in nominis definitione præuaricari, quam videri eadem cum Socrate & Platone sensisse; quòd nimirum non tam Platonicus, quam totus suus, videretur. Quid quòd hic tam ambitiosus in præceptorem cauillator clarè confessus est, auditum

Vocabula φῦσει, siue naturaliter significare, duplicem habet intelligentiam.

Vocabula θεοσι siue positi significare, dupliciter intelligitur.

Nomina significant & naturaliter & ex voluntate. Nominum rectitudo unde dependeat.

Aristotelis sententia de nominum significatione refellitur.

ἄλλοι μὲν
ἀδελφοὶ
ἐπισημαίνουσι
τὸν ἄνθρωπον
ὡς εὐδαίμονα
ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ
ἐστὶν εὐδαίμων.

ditum ad intelligentiam mentemque instruendam plus facere, quam visum; quod sit sensus, quo nomina rerum percipiuntur, & nomina symbola sint rerum significatarum. Quid potuit dici apertius? Num est adhuc cur dicamus nomina ad meram voluntatem res ipsas denotare? Teneamus itaque, nec Cratylum, nec Hermogenem ad veritatem adspirasse, sed voces partim naturaliter, id est, naturæ conuenienter & accommodatè; partim ex arbitrio, rectam rationem secuto, habere notationem; ut Sociates copiosè dedit intelligendum iis, inquam, qui epochen ipsius ad veritatis definitionem norunt referre. Hoc nunc statuto, prius Heracliticæ opinionis firmitate conuellenda; deinde Hermogenis quoque rationes, qua parte vitium faciant, explorandæ. Vtrumque tamen breuiter, & quasi per syllabum, quem, qui volet, latius poterit explicare. Primum igitur, quod obiiciunt, qui naturæ omnem vocum tribuunt notationem; nomina voces esse, & voces omnes à natura proficisci, ideoque nomina quoque à natura procedere; id quidem non ineptè concludunt; si in eadem vocabulorum significatione, eademque forma, & in antecedente, & in consequente consistant. Nomina enim, ea ratione qua voces sunt, ab instrumentis naturalibus fiunt, totaque sunt naturæ adscribenda: sed hac nuda consideratione non sunt signa siue symbola, sed auditus tantum obiecta, ad tertium qualitatis genus referenda. At si vocabulorum essentia expendatur, ad ea quæ significant collata, iam non ad qualitatem, sed ad ea quæ ad aliquid dicuntur, pertinebit: atque hoc obrutu, nomina, quidquid sunt, ex hominum voluntate acquisiuerunt. Neque verò vox in nominis definitione verum est genus, sed fundamentum dumtaxat relationis ex hominum arbitrio nata. Quis nō videt vitiosam esse collectionem: scamnum est lignum, lignum est res naturalis, scamnum itaque naturale; nisi, ut Dialectici loquuntur, materiali sensu, id quod infertur, intelligatur. Hederam naturæ opus esse, nemo inficiatur; at ei à natura datum esse, ut vinum venale signet, omnes negabunt; esset tamen confitendum, si proba de nominum significato fuisset conclusio. Est quidem nomen res naturalis, quatenus vox est: sed quatenus nota est, ad artificium eius, qui ut significaret, voluit, totum spectat. Ad illud autem quod prius de Ægyptiorum monumentis est allatum, non est hinc prolixè disputandum: cum Indoscythica nostra docuerint, non historiam hanc, sed fabulam esse, qua sacerdotes monebantur, Ægyptiorum ritus ab illis acceptos fuisse, qui eo sermone utebantur, in quo *Wec* panem notaret. Iam quod de auibus & brutis animantibus est adductum, nihil facit ad linguarum ortum: propterea quod ea quæ de natura proficiscuntur, in omnibus quæ eiusdem naturæ sunt, eadem cernantur: quo fit, ut contra sit colligendum, voces animalium signandi vim à natura habere, quia nimirum vbique gentium eadem sunt, & eiusdem rei indices; cuius contrarium in hominum linguis videmus euenire. Vanissimum porrò illud est quod ex Philostrato est adductum, cuius Apollonius nihil habet vel Apolline vel Musis dignum; adeò ut satis mirari nequeam, huius nomen à D. Hieronymo celebrari, atque addi, vitam eius plenissimè à Philostrato perscriptam esse; quem tantum abest ut plenissimum iudicem, ut nihil unquam vanius, nihil inanium, nihil ab omni sapientia remotius me legisse credam: & legi tamen veras Luciani narrationes, & Milesias aurei asini fabellas. Bonus hic nugator sic lectoris opera abutitur, ut neminem quidquam cernere putet, præter eos qui draconis cor ederint. Huic scilicet, sine cibo, sine pharmaco, omnis augurij veritas debetur: hoc deuorato, auium voces intelliguntur, & è brutis animantibus cognoscitur, quid sapientibus sit agendum. Egregiam verò sapientiam, & Apollonio mendacissimo impostore dignam, quæ inde diuina promittit secreta, ubi ne rationi quidem vllus locus inuenitur. Quid mirum, ab hoc auium garritus intelligi, qui etiam ab vltimo clara voce sapiens est appellatus. Quis enim vltimo loquenti non credat? fecit certè Philostratus, ut mirum videri non possit; quercus olim in Dodona locutas fuisse, cum apud Gymnosophistas vltimo cum hominibus fabulètur. Relecto igitur vanissimi nebulonis testimonio, quo nemo unquam mortalium vel impudentius, vel ineptius est mentitus, id vnum respondeamus, naturalia quædam signa brutis inter se esse, atque ea nusquam non eadem: qualia & homini quoque quædam insunt, in quo risus, fletus, gemitus, naturalem habent significationem: sed sermonem ab arte, non à natura prodire; quoniam non vbique idem sit. Auguriorum autem omnis disciplina, qua quidem parte liberis hominis actiones tangit, ut merum est inanium cerebro-

Signa quædam naturalia brutis inter se sunt.

Auguriorum disciplina.

cerebrorum delirium; ita à Mosollano Iudæo, apud Hecataum, & reapse, & ratione
 quam optima, est elusa; dum alitem præpetem, quam diuinator itineris militaris indicē
 pronunciauerat, sagitta confixit; adiecta collectione, si lethalem itineris sui exitū auis ea
 non præscierat, quinam providere posset, quid vtile foret cohorti. Iam ad carmina &
 incantamenta in quibus triarium eorum robur, qui naturalia nomina opinantur, con-
 sistere videtur; maxime, si superstitioni homunculi, & amentes ancilæ, consulantur.
 Quam tamen insana sit hæc persuasio, in Saxonis breui rationum ambitu conclusi,
 & hic non prolixius puto repetendum. Nomina, vel vt voces, & ipsius auditis obie-
 ctum accipiuntur; quæ via non aliam vim, quàm vt hoc, vel illo modo, aures feriant,
 possident: vel sic considerantur, vt sunt symbola rerum significatarum, quæ quidem ra-
 tione nihil aliud sunt quàm pura signa, ex hominum voluntate, vt aptæ sint rerum no-
 tæ, adepta: quibus quæ vires ad quidquam efficiendum esse possunt? Arbitrij nostri
 est, res vel hoc, vel illo nomine insignire: sed non est item nostri arbitrij, vt ea quæ vo-
 lumus in rebus fiant. Solius Dei est, natura, quam fecit, imperare: ceteroquin omnia à
 naturalibus causis, non è voluntate cuiuspiam pendent, tantum abest, vt vel cogita-
 tione nostra, vel symbolorum arbitrato nostro positorum denotatione quidquam effi-
 cere queamus. Sed dicer quis, constantem & perpetuam omnium seculorum confes-
 sionem, & gentium ferè omnium, quarum notitia ad nos peruenit, experimenta pa-
 lam contraria videri: quandoquidem frequenter stupenda quædam miracula certis
 verborum susurris euenire cernantur. Quid quod vniversus poetarum chorus, ipsam
 naturam, & caelorum vices, carminibus impediri posse cantat? quorum sigillatim testi-
 monia proferre, eo esset odiosius, quod nemini non in animo memoriaque versentur.
 Quid ergo his facias, quid medicis respondeas, deploratis morbos verborum vi curan-
 tibus; quid aliis omnibus, obstinatè credentibus, maximas verborum esse vires? Vna
 sponsa omnium horum incantamenta, siue potius nugamenta, deleri possunt. Si, vt
 verum est, dicantur verba nullam habere potestatem; sed si quid effici videatur, id to-
 tum dæmonum imposturis acceptum ferri oportere, qui hac via miseris & deuias ho-
 minum mentes in veterem idolomaniam pertrahere moluntur. Hoc autem quod fa-
 cilius faciant, sintque stulta mortalium corda ad credendum procliuora; ea vanitatis
 huius magistris verba suggerunt, quæ partim ignotæ sunt, vel nullius significationis;
 partim è sacrosanctis voluminibus suppilantur. Illa enim, quia non intelliguntur, maio-
 rem mouent sui admirationem, vel potius stuporem: hæc verò, quia diuina sunt, non
 solum efficacia putantur, sed hoc etiam mali secum ducunt, vt indocti homines
 stolidam & impiam superstitionem in piis operibus ponant. Nam quemadmodum
 apud sapientes homines, Catoniana illa incantatio à nemine intelligenda, ridicula est,
 quia inanibus sonis constat; nec plures ea sunt quæ apud medicos à significatione sua ad
 aliud accommodatur, in quibus est, *φύλαξι κατὰ εἶδος, λύκος ἄγριος ἀμυδιώκει*, & simi-
 lia: ita nihil magis nefarium & scelestum quàm diuina nomina & preces soli Deo cum
 omni reuerentia fundendas non solum anili superstitione profanare, sed cacodæmo-
 num etiam seruitiis aduocandis adhibere. Vidi ego in Italia Psalterium Dauidicum
 Græcis litteris in Magna Græcia scriptum, quod ad singulas odas minio annotatum
 habebat, quibus rebus profanis, quibusque scelestis vel cogitatis vel operibus con-
 uenirent: in quo inter cetera, Psalmum consexi vnum eò destinari, vt ungulas
 equinas, perditis ferreis soleis, à læsione conseruaret: alterum, quo masculam spongi-
 vim in thalamo iacentis profus eneruaret; alios item aliis non dissimilibus re-
 bus applicari. Num quidquam hoc sacrorum carminum abusu magis fanaticum?
 Num quidquam magis impium? Num quidquam plus habet idolomania? Quid
 hoc aliud est, quàm preces diuinas, vel sanctissimorum hominum, vel ipsius etiam
 Christi verbis conceptas, abominanda impietate, Dæmonibus & impuris spiriti-
 bus, pessimarum cogitationum & ducibus & ministris, offerre? Eiusdem sceleris
 est, quod cum in ceteris Dei nominibus, tum in eo quod de litterarum apud Hebræos
 numero, tetragrammaton vocatur, pseudomagi moluntur: quo dementes homines,
 & ab omni rectæ rationis arce depulsi, non mirabilia modò alia se facere, sed ipsos etiam
 Cacodæmones vi pertrahere ad quiduis perficiendum posse, stolidissimè opinantur.
 Quid? an non liber Nizahon impudentissimè mentitur, Christum omnia miracula per

Carmina &
incantamen-
ta.

Nomina du-
pliciter acci-
piuntur.

et cetera
et cetera

Tetragram-
maton Deū
nomen.

hoc no-

*Iesu Christi
nomen.*

*Iehoua Dei
nomen.*

*Ev.
Ens.*

*Deus anonymus
dicitur.*

*Nomine Dei,
filius Dei in-
telligitur.*

hoc nomen edidisse? Aben item Ezra asserit, Moſen in Ægypto vi nominis huius omnia illa opera miranda, quæ ſacris ſuis ſcriptis prodidit, patraſſe. Hinc incantatorum omnis apparatus, & ſtola linea, & ſceptrum, & gladius, & diadema, & cetera fere omnia, quatuor huius nominis litteris inſcribuntur: quaſi vel figuræ, vel ipſum etiam vocabulum pronuntiatum, quicquam efficere poſſit. Scimus, in nomine Chriſti ab Apoſtolis dæmonia eiecta: ſed ea vis non inerat verbis, ſed diuinæ potentia, quam firma fide credentibus concedebat: quò ſignificatu legimus, In nomine Ieſu ſectitur omne genu, cæleſtium, terreſtrium & infernorum: id eſt, omnia maieltati eius qui hoc nomine ſignatur, ſunt ſubiecta. Eſt quiſquam tam amens, vt credat, his verbis, Surge & ambula, vires tantas fuiſſe, vt claudus ſtatim, citra omne ſcipionis adminiculum exileret? Experiatur quiſquam an eiſdem idem præſtare poſſit; cognoscet, ni fallor, fidei munus, non verborum, fuiſſe. Nomina nihil aliud, quàm ſymbola ſunt rerum earum, quibus ſignandis ſunt applicata: quibus non alia vis eſt, quàm commonefaciendi. Sit quiſquam vel ſtultiſſimus, tam ſtultum tamen neminem eſſe puto, vt hederæ vim inelle credat vini eius, cuius ſignum eſt, efficiendi. Quod ſi vinum, cuius notam gerit, non efficiat; quanto minus aliud quippiam hedera, quatenus ſignum eſt, producet; cum ſignum ad ſolum ſignatum referatur, tamquam ad eſſentia ſua, quæ in ſola collatione conſiſtit, terminum. Non plus ergo virium in nomine tetragrammato, quod adſcriptis punctis Iehoua plerique efferunt, reperietur, quàm in quouis Dei nomine; niſi quòd vox Iehoua, ſi Hebraicâ eſſe à prima origine concedamus, quod quibuſdam fortaiſſe non placebit, eſſentiam notet, quam alia voces non perinde exprimunt. Nullum enim proprium Dei nomen eſt, ſicut nulla infinitatis eius determinata intelligentia; ſed ab iis quæ fieri à Deo intelligimus, nomina ponuntur. Cum igitur captus humanus illud ſummum in Deo cernat, quo ab ipſo omnium rerum eſſe producit: fit, vt Iehouæ nomen, quod ab eſſentia, vt recentioribus quibuſdam placet, deriuatur; præſtantiſſimum omnium iudicetur. Quoniam autem ſignum dumtaxat eſt; non magis eſſe cuiquam dabit, quàm ſuſpenſa hedera vinum producit: nec magis propriè Deo congruit, quàm vel Græcorum *Ev*, vel ens Latinorum; quam vocem Seruio Flauio Philoſophorum ſcholæ acceptam ferre debent. Siue igitur *Ev*, ſiue Ens, ſiue Iehoua dicam, ad illud notandum, quod vt omne eſſe ſuperat, ita omnem eſſentiam rebus adſtat; idem omnino ſignauero, non aliud videlicet, quàm me de infinita Dei potentia ſic loqui, vt ab ea omnia creata procedunt, & eſſentiam ſuam nanciſcuntur. In iis quæ Mercurio Trimegiſto, licet titulo falſiſſimo, tribuuntur, illud in primis notatu eſt digniſſimum, quòd Deus dicatur anonymus, id eſt, omni nomine carens, eo quòd ſolus ſit & vnus. Neque enim opus eſt proprio nomine, vt Lactantius addit, niſi cum diſcrimen exigit multitudo, vt vnâquamque ſua nota & appellatione deſignes, tametiſi hæc ratio mihi non ſatis faciat. Latiùs Clemens Alexandrinus quinto Stromaton libro, è variis cum Philoſophorum veterumque Poëtarum ſcriptis, tum è ſacris libris docet, nullum omnino Deo nomen propriè dari poſſe, tantum abeſt, vt nomen Iehouæ proprium eius dicere oporteat. Sciendum, inquit D. Auguſtinus, Deum nullis verbis propriè exprimi, nulla poſſe cogitatione comprehendere. Hinc crediderunt plerique, ſuperſtitionum quàm veritatis ſtudioſiores, mirificum hoc verbum non ab Adamo, ſed ab ipſo Deo factum eſſe; Eſaiæ ſe auctoritate munientes, dum dicit, Tu es Iehoua pater noſter, redemptor noſter, ab æterno nomen tuum. Hinc concludunt, nomen hoc ante hominem creatum Deo fuiſſe: quibus ex diametro Iuſtinus Martyr aduerſatur, qui aperte affirmat, Deo minimè viſum fuiſſe, vt ſibi ipſe nomen daret. Neſciunt argutuli iſti ſophiſtæ, nomen Dei ab æterno eſſe, ſic dici, vt ſignificetur potentia eius æterna; vti modò in nomine Ieſu eſt annotatum. Iam Dei nomine filius Dei intelligitur, vt dum Lyricen noſter canit: Benedictio Domini ſuper vos, benediximus vobis in nomine Domini. Iſychius hunc verſiculum ſic interpretatur, vt nomen Domini filium Dei eſſe dicat; eo quòd quemadmodum nomen (ipſius verbis vtor) manifeſtat vnumquemque qui non videtur; ſic & Chriſtus apparens cognosci fecit Patrem in ſemetipſo, quamuis inuiſibilem, Atqui non hæc tantum cauſa, quam Presbyter Hieroſolymitanus adducit, Dei filius patrem ſuum manifeſtum nobis reddidit; ſed & illa, quòd cælos & totam rerum vniuerſitatem ex abditis patris abyſſis eduxerit. Samuelis vaticinium

cinium apertissimè declarat, Christum esse nomen patris, quod sic Latinè redditur: Nam non deseret Dominus populum suum propter Nomen suum magnum, quoniam placuit Domino ut vos sibi faciat in populum. Hic cernimus, Deum Iudæis, quamuis immanibus sceleribus sese conspurcarent, ideo pepercisse, ut ex eis nomen suum, id est, Christus, nasceretur. Genua igitur non voci, quæ merum est hominis opus, sed Iesu Christo, qui simul homo est & Deus, flectuntur, & huius potestate dæmonia eiciuntur, minimè verò verborum aut voculæ alicuius viribus. Sed video magno contrà sentientium applausu mihi opponi illud quod ab ipso Deo Mosi dictum est, Ego Dominus, qui apparui Abraham, & Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen meum Iehoua non indicaui eis. Ex hoc enim firma conclusione colligi videtur, nomen Iehoua non esse Abraham indicatum, eoque non ab homine vlllo, sed ab ipso Deo constructum; cum alioquin Abraham, Isaac, & Iacob illud nosse potuissent non aliter ac cetera à maioribus accepta. Verùm his idem responderi potest quod modò dicebam, nomen Iehouæ hîc pro immensa Dei accipi potestate, ut hæc sit verborum intelligentia: Quamuis ego, uti Deus omnipotens, apparuerim Abraham, Isaac, & Iacob; tantam tamen eis potestatem minimè reuelauit, quantam nunc in Ægypto & toto itinere versus promissionis terram sum ostensurus. Vocat ergo Deus nomen suum Iehoua opera sua sibi soli possibilia, quibus se non aliter Deum esse demonstrat, quam quivis homo nomine suo sese significat eum esse, qui sic vocatur. Perspicuum igitur, quod neque Abraham, neque cuiquam priorum patriarcharum Deus tantum operum mirandorum, & quæ solius Dei propria essent, ostenderit, quantum ipsi Mosi, tum in Ægypto, tum in mari Erythræo, tum in deserto: Opera itaque soli Deo convenientia, quæque ab alio, quàm à Deo, fieri nequeunt, dicentur Dei nomen esse; quoniam per ea Deus sic declaratur, uti homo quivis per suum nomen. Et hæc est verissima huius loci interpretatio, tametsi haud ignorem, aliter hunc scrupulum eximi posse, si vocem Iehoua de Hebraica lingua interpretemur: Sic enim dicere possumus, Deum Abraham, Isaac, & Iacob eam potestatem, cuius effectus nomine Iehouæ designatur, nequaquam miraculis & ostentis reuelasse, perinde atque Moyse erat reuelaturus. Cum enim alia aliis nominibus à Deo effluere notentur; tum nullo alio nomine apud Hebræos significatur omnium rerum essentia ab ipso & fluxisse & dependere. Monstraturum igitur se pollicetur, nomen Iehouæ meritò Deo attributum esse; quod præstitit, dum de novo res crearet, atque eas, quas creasset, rursus subito è medio tolleret: quod luculentum erat & necessarium argumentum, ab ipso solo, & non ab alio, omne esse rebus aduenire, atque idcirco ab hoc effectu omnium excellentissimo, meritò nomen apud mortales habuisse. Quamobrem Iehouæ nomen ea ratione dici potest prioribus reuelatum non fuisse, quia ipsius etymon iis nec fuerit à Deo expressum, nec tam stupendis miraculis confirmatum. Quando verò rectam nominis Iehouæ rationem Mosi aperuit: tum haud dubiè cum diceret, Ego sum qui sum, quod Hebræis dicitur *אני ה' אלהי*: quo loco futurum ponitur pro præsentem, & id quidem ex recepta consuetudine, cum præsentem tempore verba apud Hebræos careant. Bene igitur Latini verterunt, Ego sum qui sum, & Græci, *ἐγώ εἰμι ὁ εἶναι*. cum verò Deus repetit, Qui est, misit me; vel Græcè, *ὁ εἶναι ἀπέστειλέ με*: Hebræa littera habet, *אני ה' אלהי* quod ad verbum sonat, Ero, siue, sum, misit me; quo loco rursus Futurum positum est pro præsentem, & verbum pro participio, ut indicetur purus actus essendi (sic modò Grammaticorum pace loqui liceat) Deo convenire ea ratione, qua essendi actum omnibus largitur, ipse interim infinitis spatii omnem essendi actum excedens. Huc respexit Christus, cum apud diuum Joannem dicit, Priusquam Abraham fieret, ego sum; aperte indicans, ipsum se illum Deum esse, qui Mosi dixerat, Ego sum qui sum. Iustinus Martyr Platonem putat in Ægypto hoc ipsum didicisse, Mosi quidem nomen Dei proprium nullum apertum fuisse; sed ipsum dumtaxat *δὲ*, siue ens loco nominis fuisse reuelatum, atque idcirco *τὸ δὲ* in Timæo ab ipso celebrari. Sciuisse enim eum, eorum monitu qui Mosi libros in Ægypto intelligebant, vnum solum Deum esse, atque ei soli nullum nomen posse excogitari; ceteros verò qui apud Athenienses pro Diis colebantur, non esse, sed gignidumtaxat, id est, esse res creatas: quod ut obscure indicavit, ita non ausus est clarè profiteri, metuens ne ad præceptoris sui cicutam cogeretur. Duabus igitur rationibus no-

*Iehoua pro
immensa Dei
potestate ac-
cipitur.*

*Ego sum qui
sum.*

*Qui est; mi-
sit me.*

*Iehoua quare
dicatur Dei
nomen.*

Israël.

Jacob.

Isaac.

*Vocales è lit-
terarū classe
non sunt ex-
cludenda.*

men Iehouæ Mofi potiffimùm est reuelatum; & quia ipsi Deus indicarit, ab essentia se nominandum esse; & quia ostenderit, se solum esse, à quo omne esse penderet. Dicitur ergo Iehoua Dei nomen, eo quòd à Deo omnis essentia fluat, vti Mofi plurimis ostentis est demonstratum: quid tamen Deus esset, non est adiectum; propterea quòd quid Deus sit, nulla mente queat comprehendi, nedum vel simplici voce, vel pluribus, efferrì; vti non à nostris modò, sed à Platone etiam, & eius interprete Proclo, frequenter admonemur. Quamobrem bene dixit, Sum misit me, non adiciens quid esset; at satis ostendens quidquid vsquam vel in cælis, vel in terris esset, id esse suum ab ipso; non ab alio, accepisse: יהוה enim & Iehoua ab eadem radice deriuatur; illud vt verbi futurum, hoc verò vt nomen ab eodem verbo communi formula deductum. יהוה namq. siue יהוה facit יהוה, adiecto Iod in principio, tam vulgato deriuationis indice, vt in ipso Israël etiam, à quo toti genti nomen, inueniatur; quo Deus Iacob vocauit, quia præualuisset; à Sara, nimirù verbo quo præualere & dominari notatur. Est itaq. Iod ex deriuationis formula adiectum, minimè verò è verbi primogenij natura; quamquam haud ignoro à diuo Eucherio sic nomen Israël exponi; vt, Vir videns Deum, Latine dicatur. At hanc interpretationem, non expresso auctoris nomine, D. Hieronymus vt duram reiecit, addens se magis scripturæ, & angeli, vel Dei, quàm cuiusuis eloquentiæ secularis, tametsi eius vmbra opprimatur, auctoritate duci: quam eius sententiam mihi quoque sumere possum contra eos qui de nomine Iehoua admiranda, aut potius delira somnia, scriptis prodiderunt; in quibus Capion Israël nomen non malè meretur, eo quòd ceteris in hoc genere longè anteuixerit. A verbo itaque יהוה Israël deriuatur, quem D. Hieronymus vel principem Dei, vel *ὁ θεὸς Ἰσραὴλ* vocat; nos eum, qui Deo præualuit, malumus interpretari. Eodem modo Iacob eiusdem viri prius nomen, Supplantator dicitur, à verbo עקב, quod est Supplantare, cui Iod præfixum עקב format. Nec alia forma קצח, quod est Ridere, adiecto Iod, facit Isac à risu nominatum. Quid ergo miri si ab יהוה fiat יהוה, quo is significetur qui non aliud nomen sibi dari voluit, quàm quo ipsum esse designaretur; hoc ipso vsitatum Dei apud Hebræos nomen ad veram originem reducens. Huic ergo potius credamus, quàm iis qui tota somniorum plaustra in hoc nomine commenti, latissimos vanissimæ superstitionis campos pseudomagis & eorū simiis aperuerunt. An verò quatuor dumtaxat sit litterarum, necdum definitio; eorum veritus auctoritatem qui in hoc nomine quaternarium non solum constituerunt, sed ferè adorarunt; hoc interim æquis iudicibus æstimandū relinquens, an vocales queant à litterarum classe summoueri: quod nisi statuatur, non quatuor tantum elementis, sed sex constabit. Certè vt fiat ἀνεκφώνητον siue ineffabile, τὰ φωνήεντα, id est, vocales, adimendæ: quas vbi ademeris, id protinus effeceris, vt non modò nihil significet, sed vt ne nomen quidem dici queat; cum citra vocales nulla vox articulata formari enunciariq. possit: consonantes enim per se, Hebræorum etiam testificatione, immobiles sunt, id est, pronunciari minimè possunt. Quamobrem si Iehoua vocales non habet, nomen esse definit, & tantum abest, vt vocales è litterarum numero excludi debeant, vt eum etiam habeant inter omnia elementa principatum, vt ab ipsis Hebræorum magistris matres locutionis vocentur. Neque porrò illa valet excusatio, vocales idcirco litteras non censeri, quia non scribatur; cum eadè ratiocinatione Cantabrorū siue Biscainorum lingua non modò non habere vocales, sed ne vllas quidem litteras diceretur, propterea quòd à nemine hætenus, quod sciam, sit exarata. Ineptè & perperam Aristoteles & Nomen, & Verbum, & Orationem, & huius omnia genera definiuisset, si natura eorum citra scriptionem constare non posset. Lingua Hebræa & quæuis alia litteras suas habuit antequam scriberetur; & scriptura post accessit, aded non necessaria, vt Thamo visa sit non tantum superuacanea, sed memoriæ etiam, ad quam iuuandam Thot eam inuenerat, noxia & exitiosa. Atque hæc quidem de nomine Tetragrammato fat sit in medium attulisse; iudicij potestate iis relicta, qui nullis anticipatis opinionibus à recta sententia se patientur abduci. Interea tamen nobis liceat vocales etiam inter litteras numerare, & in Iehoua plures quàm quatuor litteras statuere; nulla habita scriptionis ratione, quæ tota ipsi locutioni externa est, nihil prorsus faciens ad eius naturam, quam tamen qui pluris faciet quàm ipsam locutionem, ei liberum esto, Iehoua Tetragrammaton dicere, quia quatuor dumtaxat litteris apud Hebræos notetur: sed idem sciat,

mono-

monogrammaton & digrammaton hoc ipsum nomen sæpius inueniri: & apud Romanos celeres notarios non effecisse, vt vel verba, vel nomina ob id pauciores litteras habere dicerentur, quia paucioribus ab iis notabantur: alioquin Respublica nomen duarum fuisset litterarum, & Marcus vnus litteræ, & ita in ceteris, simili notatione decurtatis, existimandum fuisset. Quid refert nominum Hebræorum quibus notis designentur: nūquid ob id vocales non habebūt, quia vocales cogitari quàm scribi Gràmatici maluerunt? Aliis hæc scholis canantur: Academicis, sat scio, & Peripateticis minimè veritati consonare videbuntur. Vide, obsecro, qua vanitate de quaternario in hoc nomine, de quo agitur, fuerit disputatum: qui quamuis admitteretur, non tamen quidquam virium ad rei cuiuspiam effectiōnem possideret, quia nulla efficiendi vis numeris sit tributa: qua de re alibi latius & copiosius, si duodecim Cimmericorum numeros mihi Deus permittat explicare. Ceterum Moses Ægyptius, nemini Rabbinorum secundus, in Talmudicis quæstionibus explicandis huic etymologiæ minimè consensisset, eo quòd videatur nomen tetragrammaton facete peregrinum, ex alia nimirum lingua ad Hebræos translatum. Post alia enim quibus hoc nomē ab omnibus rebus creatis remouet, Fortassis, inquit, significat secundum idioma, de quo habetur parum apud nos: quo suo dicto confirmare mihi videtur, paruas admodum reliquias primi sermonis apud Hebræos repetiri, & ex illo nomen tetragrammaton remanuisse, quod Moses antiquus in Ægypto de occultiore sacerdotū disciplina didicit, in qua maximos fecerat progressus, quod non solum ipse de se fatetur, sed clavis etiam aliquot vocum exemplis demonstrat, in quibus frustra se Rabbinī fatigant, vt potē eius sermonis ē quo sumta sunt, imperiti. Tantum autem abest vt Rabbi Moses Ægyptius tetragrammaton nomen ab essentia dictum putet, vt magnum discrimen inter *יהוה* & *יהוה* agnoscat; hoc quidem separatim faciens ab omni re creata, illud verò participatum ea ratione qua res à Deo esse suum accipiunt: vbi clarè videas, eum minimè putasse nomen tetragrammaton à verbo substantiuo deriuari: & haud scio an quisquam omnino Rabbinorum ab hoc dissenserit, cum nemo eorum nomen Iehoua sic interpretetur. Nunc fortè plus satis de tetragrammato Hebræorum, in quo si non plus sit efficacitatis, quàm in Græcorum aut Latinorum vocibus quibus idem significatur; quid pseudomagis reliquum est, quo naturalia esse nomina defendant? Si in hoc in quo totius scientiæ suæ columen constituerunt, nihil sit virium; quid de ceteris vocabulis, vel notæ vel ignotæ significationis, iudicandum? Si quid credula superstitio ad vocum fufurros videat euenire, id totum dæmoniis pactis, & impiis vel odorum, vel herbarum, vel sanguinis, vel ossium, vel diuinorum nominum sacrificiis, vel aliis peruersis ritibus acceptum ferendum, quibus fraudulentis spiritus se vel allici, vel cogi fingunt, quo miseros mortales dementent, & à caelesti patria exules reddant. Quo verò naturalis hæc disciplina videatur, non herbas tantum, & hominum vel aliorum animalium partes ad incantamenta adhibent; sed ipsum etiam cælum ad auxilium vocant. Partiuentur id in duodecim regiones, & singulis regionibus imperatores suos assignant, iisque nomina comminiscuntur, quibus certis temporum momentis, & astrorum irradiationibus inuocati aduolent ad ea quæ insanus incantator velit, perpetranda. Huius impietatis (neque enim artis nomen scæda professio meretur) patrum memoria, Abbas Tritemius, vir ceteroqui sacrarum litterarum bene doctus, magistrū se præbuit, cuius fanaticum opus Stenographiam nomine, licet ipse viderim, & percurrerim; de eo tamen malim Caroli Bouilli, quàm meum iudicium audiri, qui in epistola quadam ad Germanum Ganaium Regis Francorum consiliarium scripta, impium esse dicit, & vlticibus flammis exurèdum, quòd nihil præter scælera cõtineatur. Non est igitur cur admirari debeamus, cacodæmones simulare se pseudomagogorum verbis cogi, cum nihil lubentiùs faciant, quàm vt se præbeant turpissimis hominum vitiis vel impulsōres vel administrōs: qua in re tam callidè versantur, vt si quis incantandi formula exciderit, mox ei aut ingentem terrorem, aut vitæ periculū, aut mortem etiam ipsam inferant; quasi vel læsæ maiestatis suæ, vel seruitij coacti vindictam: cum nihil tamen minus quàm lædantur, aut cogantur inuiti. Iam quo magis etiam malè credulos & malè feriatos homunciones fallant, simulant se sanctissimarum rerum nominibus maximè percelli: & interdum quo fraus melius procedat, vera quædam produnt, & nonnumquam ea faciunt, velut quadam verborum vi coacti, quæ in

Pseudomagi.

Abbas Tritemij Stenographia.

Cacodæmones simulans se pseudomagogorum verbis cogi.

speciem bona piæque videntur; non illa quidem veritatis pietatisque studio, quod nullum ipsis est; sed ut commodiorem aptioremque imposturæ suæ larvam prætexant. Quicquid enim à pseudomagis verborum efficacitate fieri videtur, id totum immundis spiritibus, & pactis cum illis, vel palam, vel occultè initis, & firmæ fidei à dementibus hominibus ipsorum fallaciis tributæ, est imputandum; per cuius impietatis immensa latifundia cui libebit expatiari, habet innumeros, quos duces sequatur; qui quàm immani scelere tum se obligent, tum religionem descedent, Theologis relinquo ponderandum. Nobis in hoc pelago hæc sacra anchora figatur, verbis, ut voces sunt naturæ instrumentis articulatum expressæ, non aliam vim esse, quàm aures vel hoc vel illo modo ferendi: at qua ratione significant, non aliam quàm Symbolorum siue signorum esse facultatem. Rabbi Moses modò à nobis ad partes vocatus, quo loco de tetragrammato & nomine duodecim & quadraginta duarum litterarum agit, idolaniam abominandam esse dicit, si quis vim antiquam litteris inesse credat, ad miracula vel res quasuis perpetrandas. Quod si Iudæus tantæ fuit sapientiæ, ut non solum ita sentiret, sed apud omnes etiam scriptis suis testatum relinqueret, quid nobis Christianis cogitandum de illorum impietate, qui certis verbis vel è collo suspensis, vel alia quavis ratione vsurpatis portentosas vires inesse sibi persuadent? Ridiculi sunt, qui Pythagoram opinantur tam stolidum fuisse, ut in propriis hominum nominibus eas vires esse crederet, quibus vel bona vel mala fortuna conciliari posset, nisi fortasse cum vulgo scriptorum sentiant, qui Pythagoram non sapientiæ, sed Dæmoniæ superstitionis, siue Magiæ, populari sermone nominatæ, studuisse commemorarunt. Longè equidem aliter de præstantissimo viro sentio, non illum quidem ob id mali ominis nomenclaturas commutari voluisse, quasi ipsarum vi infortunium accerferetur, sed quo bonorum nominum monitu homines ad honesta studia incitarentur. Optime enim filii consulunt, qui nomina iis ponunt, quibus auditis, perpetuò moneantur pulcherrimarum actionum, quibus & vitæ decorum continetur, & summa felicitas comparatur. Sic Aristoteles nomine suo monebatur, tum nihil ut faceret, quod non ad optimum finem conduceret; tum ut quæcumque moliretur, ea & optime perficeret, & ad summum bonorum referret. Pythagoras item non malè sic vocabatur, eo quòd non satis sapientiæ præceptor sit, quàm optime de rebus sentire & concionari, sed vltèrius etiam requiratur, ut quod docet, populo hominumue conuenticulis persuadere possit. Credo sanè Socratem non raro nomine suo permotum fuisse, ut & in primis se saluum seruaret omni ex parte, & ad hoc semper niteretur, ut alios quoque quibuscum vivebat, sospitaret, non illa quidem salutè quam plebeij diuitiis & firma corporis valetudine metiuntur, sed vera & solida, quæ in pura animorum integritate consistit. Non dubito, quin Plutarchus quoties nomen suum audiebat, cogitarit hoc sibi in omni vita sedulo laborandum, quo in veris diuitiis, quæ solæ in potestate nostra perpetuò manent, principatum teneret: qua in re quantum præstiterit, diuinus operum eius thesaurus omnibus solidarum opum amantibus ostendit. Cui Ioannis nomen à parentibus inditum est, is ab omnibus, à quibus nomine suo vocatur, comonetur, gratiam Dei ad omnia esse inuocandam; & quicquid in vita accidit, siue aduersum, siue prosperum, videatur id ad gratiam Dei, vbique salutè nostræ consulentem, esse referendum. Nec alia trutina aliæ nomenclaturæ expendendæ; in quarum monitu si quid est omnino virium, non malè Pythagoræ visum, ut bona nomina hominibus ponerentur, quorum frequentissima auditione ad recta vitæ officia vocarentur, in quo solo omnis eius ratio continetur, non verò in friuola Magorum naturalem vocibus vim tribuentium superstitione: quod ut maximè consentaneum Pythagoricæ disciplinæ, & prisicæ Cimæriorum, à quibus omnis Græcia eruditionis suæ antiquitatem supremam accepit, obseruationi in nominibus hominum propriis fabricandis: ita longè diuersum ab illorum stolidi opinione, qui ex numeris vaticinia, nescio quæ, comminiscuntur, quorum Terentianus Maurus sententiam his versiculis indicauit:

*Et nomina tradunt ita litteris peracta,
Hæc ut numeris pluribus, illa sint minutis:
Quandoque subibunt dubia pericula pugnae,
Maior numerus qua steterit, fauere palmam*

Præfagia

Verba quid præsent.

Nomina propria hominibus qualia imponenda. Aristotelis nomen.

Pythagora nomen.

Socratis nomen.

Plutarchi nomen.

Ioannis nomen.

Præfagia leti minima patere summa.

Sic Patroclon olim Hæctorea manu perisse,

Sic Hæctora tradunt cecidisse mox Achilli.

Egregiam verò Philosophiam, quæ de nominum numeris per litteras signatis futura conicit: quasi diuinitus non ex arbitrio nostro & nomina darentur, & litteræ ad numeros denotandos venirent. Quia scilicet ego prolem meam vel hoc, vel illo nomine vocavi, ex eo aut plures, aut pauciores annos consequetur. Sanè si res ita haberet, infaniret oportet, qui non quàm maximos numeros nominibus intexeret, quo carissimis suis pignoribus vitæ spatia quàm posset maximè prorogaret. Verùm si quis contendere, diuino instinctu, non de libero hominis arbitratu, nomina fieri, atque idcirco absurdum esse minimè, si quid portendere dicantur; ei non aliud hoc loco respondebo, quàm id omnium confessione, & quotidianis experimentis, falsum deprehendi; cum plerique parentum nomina, pro eo atque visum fuerit, liberis indant: & præterea non eandem esse in omnibus linguis numeros notandi rationem, atque adeò apud Græcos notas quasdam interfieri, quæ nullius elementi habent figuram, quod item apud Latinos est vsitatum. Haud inscius sum, quibusdam viris, diuino afflatu, vel expresso numinis monitu, nomina tributa: sed id nec omnibus, nec multis contigisse quis ignorat? Iam si Cabalistas, quorum secreta ferè mysteria litterarum numeris intexta dicuntur, obicias; eos equidem extra humanæ sapientiæ limites summouebo, quo veritatis opinionem, quam apud quosdam sunt consecuti, non ratione, sed fide & religione sua tueantur; quæ quanti fieri debeat, Theologi trutina sua expendant. Nobis propositum non est, ultra rationis humanæ metas extendere præsentem disputationem, intra quas non plures erunt, quàm ij qui falsum Pythagoræ nomen vesaniæ suæ prætexunt. Diuinitatis arcana diuinis viris relinquo; & cum ipsis fateor, quædam nomina diuinitus facta, vt alibi crebrò declarauit: quæ tamen quorsum spectent, non ferè ab aliis, quàm à Vatis intelligitur; vel tum demum agnoscitur, cum modò quæ notabantur, effecta sunt & peracta. Scio non defuisse, qui de hoc Vaticinij genere bestiam, cuius numerus sexies centum & sexaginta sex complectitur, eum designatum interpretarentur, cui nomen fuit in vernacula sua lingua, *Martin Lauter*; eo quòd adamussim his litteris numerus bestię denotetur, vt ei clarum erit, qui ad vanitatem hanc Pythagoricam diuinos hos Apocalypseos numeros ex litteris Latinorum supputabit: quòd an ita faciendum sit, an non, ij examinent, quorum est, id genus oracula ad conuenientem religioni nostræ intelligentiam accommodare: Nos pede Philosophico nostra dimetimur. Porrò quòd apud Platonem est, orationis veræ etiam partes veras esse, quàmuis nihil faciat ad eorum opinionem qui nomina naturalia statuunt; sed dumtaxat velit, non citra rationem nomina rebus imponi; tamen quia nihil aliud est, quàm Sophistica cauillatio, reiiciendum. Neque enim quicquid de toto verè dicitur, idem quoque de partibus dicitur; nisi quis credat, quia binarius vnitati duplus est, ob id vnitatem quoque duplam esse: vel, quia affirmatio vera tribus consistat partibus; idcirco nomen, quòd affirmationis pars est, tribus partibus constare. Veritas enim toti orationi perfectæ, absolutam sententiam, vel affirmando, vel negando continenti, dumtaxat est attributa: è quo minimè concludendum, eam partibus quoque conuenire, immo proflus contrarium. At cum dicimus, Verum, & Bonum, & Ens æquè latè patere; longè alia est veri significatio, vt illud videlicet verum dicatur, de quo ipsum ens verè possit pronuntiar: eoque modo vox vera dicitur, quæ rem aliquam in rerum natura consistentem notat. Iam apud Platonem nomina ea vera dici videntur, quorum impositionis ratio inuenitur ei, cui nomen datur, conuenire: falsa, quæ non quadrat cum eo cui nomen applicatur. Sic *Ægislaus* nomen falsum esset, si cuiquam tribueretur, cui minimè conueniret, vt populum duceret: at verum fuit in Lacedæmoniorum rege, qui omnibus imperatoriis laudibus fuit clarissimus; non in suo modò regno, sed in tota etiam Asia & Ægypto. Quæ mobrem veri notiones diligenter distinguendæ, ne ambiguus vocis vsus faciat imposturam. Quòd verò ex Homero adducunt, alia rerum nomina apud Deos esse, alia apud homines; id quale sit, quidue sibi velit, paullo post suo loco declarabo: hinc contentus, id vnum monuisse, Diis sicut nec pulmo est, nec lingua, nec larynx, nec quicquam aliorum, quorum adminiculo voces eduntur; ita nec vllam tribuen-

Cabalista.

*Martin
Lauter.*

Ægislaus.

*Nomina sic
posita rebus,
ut earum na-
tura quàm
optime cõne-
uient.*

*Hermogenis
opinio de vo-
cum signifi-
catione & no-
minum impo-
sitione.*

*Argonica
lingua.*

*Ægyptij fal-
si, Cingali di-
cti.
Cingulus si-
ue Cinglus.*

*Nota occulta
in scribendo.*

dam esse locutionem. Quod autem Nigidius attulit, non reiicimus; quin potius luben-
ter fatemur, nomina sic posita rebus à priscis fuisse, ut earum naturæ quàm optime
conuenirent; litteris etiam aliis ad alias res notandas certa quadam ratione accom-
modatis: de quo artificij genere post latius. Hinc tamen minimè efficitur, ut nomi-
na naturalia rerum simulacra dici oporteat; cum ipsa illa vocum compositio, & tota
litterarum diuersitas, ex humano arbitrato sit profecta: atque idcirco apud alios plu-
res litteræ, apud alios pauciores inueniantur: nec apud omnes eodem modo eadem
pronuncientur. Sunt litteræ aliæ quidem aliis rebus signandis aptiores, certa quadam
rerum & vocum symphonia: quam tamen ipsi sibi homines finxerunt artificiosa qua-
dam naturæ imitatione: è qua fit, ut nomina secundo illo modo, quem Ammonius an-
notauit, naturaliter significare dici queant, non queant tamen dici simpliciter ita si-
gnificare; cum minimè apud omnes gentes eadem sint earundem rerum appellationes.
Atque hæc quidem satis sumto contra eos, qui naturalem vocabulorum notationem
tuentur. Nunc contra Hermogenis argumenta, qui temerè, absque omni ratione, no-
mina fuisse rebus posita contendit, agendum esset; nisi eius opinionem paullo antè fa-
tis infirmassem; Aristoteli etiam placuisse docens, nomina à priscis non citra veram
rationem ab ipsa rerum significatarum natura petitam natales accepisse. Nam si huic,
qui maximè Hermogeni fauisse videtur, ab etymologia ducere argumenta visum fuit:
quid de ceteris existimandum, qui propius ad Cratyli sententiam accessisse videntur?
Nolim tamen negare, fieri posse, ut hominum quædam multitudo à veterum placitis
recedens, sermonem sibi fingat, in quo temere vocabula rebus signandis applicentur,
vel de nouo facta ex pura voluntate veræ rationis experte, vel ad aliam significationem
à priore detorta. Quid enim vetat, quo minus inter quosdam conueniat, ut dum ho-
minis nomen auditur, bestia intelligatur: vel noua etiam nomina rerum imaginibus
indantur; quale sit, si qui velint, Sindapsus equum notare, vel Brulot camelum. Ad
hoc genus eorum lingua referri potest, qui se Argonicè apud nos loqui dicunt: & illo-
rum item hominum pessimo instituto viuentium sermo, qui furtis & imposturis vi-
ctum sibi pagatim quærentes, Ægyptios se mentiuntur; quos Itali non malè omnino
Cingalos appellant, propter vitam motoriam & vagabundam: Cingalum enim, siue
Cinglum alij maritimam quandam auem, alij Iyngem siue torquillam, alij motacil-
lam, in quibus Galenus est, nominarunt; omnes certè à frequenti motu nomen hoc
mutuati. Crediderim itaque vagabundos mendicos sic etiam apud Veteres vocatos
fuisse, atque inde vocem prius in Magna Græcia, deinde per totam Italiam iis attribu-
tam esse, qui nullas certas sedes haberent: & quemadmodum olim in prouerbio fuit,
Cingalo pauperior, ut ex Menandro docet Sudas; ita nunc rectè dici posse, Cingalo fu-
rator; propterea quòd hoc genus hominum furandi artem palam profiteatur, ingenti
magistratum, qui hos non statim vel remis vel glebis addicunt, ignominia. Hi igitur
detestandi nebulones quo faciliùs machinamenta sua eos apud quos furta moluntur,
celarent; linguam sibi peculiarem confinxerunt, quam ego libenter concessero non
plus habere rationis, quam omnia ea quæ temerario ausu inter Christianos nimis stoli-
dè & supinè scelerum patientes designant. Verùm de hoc sermonum ficticiorum ge-
nere non magis hîc nobis quæstio est, quàm de occultis in scribendo notis, quibus hac
ætate principum ferè secretiores litteræ pinguntur, longè profectò occultius, quàm olim
vel permutatis elementis Cæsar, vel in Scytale sua Lacedæmonij fecerint. Nobis enim
de vîtatibus clararum gentium linguis disputandum, non de ignobilibus scurrarum
commentis; in quibus Hermogeni & Hermogenianis lubenter locum suum concede-
mus, modò ne inde plus præiudicij adferatur ad rectum sermonis ortum, quàm ex
huiusmodi hominum moribus ad vitam bonis legibus constituendam. Nec verò ex eo
iuuantur, quòd apud Græcos quibusdam hominibus propria nomina immutata vi-
deamus: propterea quòd ea, quamuis singulorum hominum sint propria, quorum
consideratio ad scientiam nominum fabricandorum non pertinet, cum in ipsis rerum
formis sit consistendum; tamen, citra rationem non sint facta. Qui enim commutatio-
nis eiusmodi auctores fuerunt, ij non mera sua voluntate, sed ratione etiam ducti sunt;
ut in Platone, Theophrasto, Porphyrio, & ceteris omnibus, quibus nomina permutata
leguntur, cuius promptum est videre. Quocirca cum ex his quæ modò allata sunt,
proffi-

profligari queat & Cratyli & Hermogenis opinio; ea teneatur sententia, quam cum Socrati & Platoni placuisse videmus, tum Aristoteles etiam, licet dissimulanter, est secutus; cui præceptoris sui omni philosophorum familia summouendi, quam eius rectè commodeque interpretandi, maius semper videtur studium fuisse. Quamobrem hic omnium gentium consensus statuatur; in nominibus quibus hominum colloquia constant, rationes quasdam latere, quas primi eorum architecti è naturali quadam rerum & vocum inter se convenientia educentes, omnem fermocinandi artem aptè concinneque rerum imaginibus fabricarunt: è quo tota etymologia dependet, quam doctissimus quisque in quavis lingua magni semper fecisse, prisca melioris notæ scriptorū monumenta satis apertè testantur.

HERMATHENÆ

LIBER II.



HIS NUNC iactis fundamentis, ulterius assurgamus ad eas rationes examinandas quas primi vocabulorum fabri sunt secuti. Aristoteles ipsis vocabulis primū affectus animi, quos ipse pathemata nominat, significari tradit. Affectus autem, siue passionēs, uti aliis placuit pathemata vocare, similitudines esse siue imagines ipsarum rerum; has autem licet ubique gentium easdem, non iisdem tamen nominibus, quæ earum Symbola vocat, notari. Optimè hæc quidem Peripateticorum magister; sed non ad aliud utilia, quam ut appareat, nomina non habere significandi vim à natura: quia ubique non eadem, quemadmodum imagines eadem, & res eadem, reperiuntur. At hoc nihil ad Platonem, ut modò satis est ostensum, cui Cratylus sententiam suam minimè probavit: nec verò etiam quidquam facit ad interpretationem quam Socrates ex veris rationibus quæsiuit; sed ad illam dumtaxat interpretationem qua animi nostri sensa nominibus, & verbis, & oratione declaramus. Iam quod dicit, easdem rerum earundem ubique imagines esse: id quidem verum; sed nihil hoc ad fabricam vocum, cum nominandi artifex non illas imagines, quæ primū è sensibus existunt, consideret; sed eas quas ex istis æstimando elicit, quæ nequaquam eadem sunt apud omnes. Solem quidem omnes eundem intuentur, & eandem eius imaginem primo interiori sensui, quocumque tandem eum nomine voces, impressam habent: sed ex ea non eadem omnibus oriuntur cogitationes. Alius ex prima eius imagine animo impressa immensam eius considerat magnitudinem, cæterus è siderum quotidiano aspectu terrenæ magnitudinis non maiorem, quam vnius puncti rationem haberi posse: alius pedaneum existimat, & aliàs minorem, aliàs maiorem: præterea alius magnitudinem, alius figuram, alius motionem, alius situm, alius actionem, alius aliud in eo contemplatur: atque ex hac considerationum diuersitate fieri potest, ut alius aliud nomen indat: quod idem in omnibus rebus, & omnibus nominibus, existimandum. Nec hoc solum ita habet in primis vocum architectis; sed in iis etiam videmus euenire qui veras nominum rationes quarunt. Anaxagoras eum qui Ætheris nomen primus excogitauit, ad vrendi vim respexisse putat, atque ex eo hoc nomen igni propriè conuenire: Aristoteles ad perpetuum cursum, & inde Cælum eam primū notatum fuisse. Hinc iam liquet, Cælum apud Græcos ab alio aliud nomen accipere potuisse; pro diuersitate non imaginis primæ animo impressæ, sed eius quæ inde est deducta. Quod enim alius vocat æthera, id alius Ouranum nominat, ad aliud videlicet simulacrum hac voce, ad aliud illa accommodata: quod ne ipse Aristoteles quidem inficietur, nisi velit sibi ipsi repugnare. Deinde eidem rei diuersa nomina ab eodem dari possunt, pro diuersitate eorum quæ in eadem re considerantur: ut apud Græcos eisdem *ἄνθρωπος, βροτός, μέγας, θνήσκων* homo vocatur, non ex prima illa similitudine hominis cuius impressa; sed ex diuersis simulacris in animo nostro eadem de re fabricatis. Primæ igitur rerum similitudines, quas à patiente siue recipiente sensu *παθήματα* Aristoteles nominauit, easdem quidem sunt apud omnes; sed minimè sunt

*Vocabulorum
primi fabri
quas rationes
sunt secuti.*

*Nominandi
artifex quas
imagines con-
sideret.*

*Ætheris no-
men.*

*Nomina di-
uersa eidem
rei ab eodem
dari possunt.*

Imagines rerū ubiq. eadem esse, quomodo intelligendum.

Symbola.

Hedera vinū venale quare signet.

Nomina quomodo symbola sint.

eādem quas inde vel æstimatiua (si vim interiorem æstimandi nobis cum brutis communem hoc nomine mihi licet vocare) vel mens variarum formarum opeatrix deriuat. Clarum est in equis eiusdem rotæ, formam aliàs terribilem, aliàs non terribilem videri; quod in ceteris quoque animantibus perinde euenire nemo nescit. Quod ergo Peripatericus docet, rerum imagines ubique eādem esse; id sic capiendum, vt de primis, non de iis quæ vel sensu interiore, vel intellectu ex ipsis eliciuntur, intelligatur. At ex iis nequaquam nomina rebus dantur; sed ex notis quibusdam cuique rei peculiaribus, quas alius alias sibi in eadem re fingit, non minus imaginum, quàm ipsorum nominum ipse sibi fabricator. Quod sic esse, cum per se sit apertum; tum ex Aristotelis confessione clarius euadit, qui nomina rerum symbola nominauit. Quis, rogo, vniquam tam malus fuit symbolorum artifex, vt illis vtendum sibi putaret, quibus nulla esset cum rebus significandis affinitas? Eam esse symbolorum naturam, vt similitudine quadam ad alia quædam intelligenda, quàm quæ sensui exteriori offerunt, animum nostrum deducant; neminem puto ignorare, qui modò vnde vox hæc deriuetur, attendat. Quamuis enim quædam Symbola è sola pactione & voluntate quorundam concipiuntur, vti militaria verba pro tesseriis à ducibus data; ea tamen nec perpetua sunt, nec veram Symbolorum rationem ab ipsa rerum natura pendentem sortiuntur. Physici de iis quæ inter se symbolum habent, sic loquuntur, vt quæ talia dicunt, ea velint in qualitate quapiam communicare. Sic ipse Aristoteles lib. secundo De generatione & corruptione, terram cum aqua, & ignem cum terra symbolum habere dicit: quia nimirum terra & aqua in frigore, terra & ignis in siccitate communicent, atque ita similitudinem quandam custodiant. Cum igitur non eadem sit symbolorum ratio, sed alia è solo pacto, vt symbola sint, accipiant; alia iuxta ipsam naturam talia dicantur: Aristoteles priorem vsurpationis modum secutus, nomina & verba dixit ex conuentione, quod est *καὶ συμβῆναι* significare: qui si veram symbolorum naturam, sibi ceterisque Philosophis notam, sequi voluisset, & cum Platone concordasset omnino, & notationis nominum causas veriùs clariùsque expressisset. In iis enim quæ symbola dici verè merentur, vt in sit similitudo quædam necesse est, è qua de significato fieri coniectura possit. Hedera vinum venale signat, non è sola pactione, aut hominum consensu, sed ob similitudinem quandam ab Hammonio contra Tryphonem apud Plutarchum explicatam, qua cum vite cernitur conuenire: Vitis enim modo ad minicula pedamentaque complectitur, lubrico lapsu per arbores serpens, cirrhis suis, non secus ac capreolis, firmiter hærens, baccarum corymbis vuas æmulata; & hac quidem de causa Baccho placuit in corollis: quæ licet satis magna sit; à me tamen maior reddatur. Hedera semper in sublime nititur, non suis quidem viribus, sed alienis freta: quo monet, vinum eo bibendum, quò terrenis curis soluti ad diuina subuolemus, & alacres hilarèsq; Deo tanti muneris datori hymnos concinamus. Iam arcta illa hedera cum ad miniculo suo copula, an non monet vini potatorem, vt ei cuius beneficio vinum accipit, perpetuo amore conglutinetur? Deinde perennis viror, quid aliud sibi vult, quàm & vinum viridem iuuentam hominibus conciliare, & præterea semper nos virides esse debere in æterno diuini amoris complexu? Hæc aliaque permulta de hedera vitifque cognatione, Hammonij dictis non aliena, à Dionysio adici possent: nisi ex his factis liqueret, quàm hedera vini signum esse merteatur, non è sola pactione hominum; sed ipsa rerum conuenientia, quam Aristoteles ipse symbolum nominauit. Quamobrem bene quidem nomina Symbola vocauit: sed dum eorum significationis rationem in nominis verbi que definitione sic exponit, quasi è sola consentientium hominum voluntate siue conuentis significandi vini accepissent, citra omnem naturæ conuenientiam; malè cum de præceptore, tum de veritate ipsa meretur. Nam quemadmodum non quibusuis rebus notandis, quæuis symbola conueniunt; ita nec quæuis nomina quibusuis rebus applicata à primis conditoribus fuere. Quocirca vt in symbolis, ita in nominibus quoque necesse est quandam naturæ conuenientiam constare, si rectæ formationis rationem tuebuntur. Verùm ne in re perspicua prolixus fiam, hoc tandem statuatur, Aristotele non repugnaturò, si ab etymologia argumenta ducere sibi permittat; nomina symbola esse, non solùm secundum nudam pactionem; sed iuxta rerum etiam conuenientiam & cognationem. Neque verò nota quæuis Symboli nomen meretur;

meretur; sed ea dumtaxat, quæ aptè conuenienterque rei cuiuspiam significandæ applicatur. At quæ hîc est conuenientia spectanda, si non illa quæ de naturæ quadam affinitate apta est, ita vt signum congruens & appositum reî denotandæ, symbolum vocetur: at notæ solo arbitratu nostro, nulla naturæ cognitione positæ, in symbolorum albo minime censeantur. Num quisquam est, qui Ægyptios putet temerè, citra omnem delectum, quasuis notas quibusuis rebus dedisse? Non equidem opinor; sed contrà diligenter rerum inter se similitudine animaduersa, Sculpturas sacras, siue hieroglyphicas notas excogitasse. Iam quæ ætatis nostræ homines Emblematum nomine litteris mandarunt, ea nihil aliud sunt, quàm Symbola sententiis quibusdam notandis accommodata. Quemadmodum autem in his illa aliis sunt meliora, & maioris ingenij dexteritatisque argumenta, quæ propositæ sententiæ explicandæ sunt congruentiora, ita in vocabulis quoque existimandum, ea optima esse, quæ rerum significandarum naturam quam optime imitantur. Pictores rerum imagines coloribus & lineamentis, quàm possunt proximè, ante oculos ponunt: quos vocabulorum fabri vel secuti, vel priam antegressi, vocum varietate res ipsas auribus insinuant. Vocû verò elementa & minimæ partes sunt ipsæ litteræ, quas proximè syllabæ consequuntur; quibus qui optime rerum naturam scierit imitari, is optimus præstantissimisque nominum architectus habeatur. At si nouerimus, quanam ceteris antecellat omnibus; primam quoque nouerimus: eo quòd eadem sint & optima, & antiquissima siue prima. Primam autem aliquam linguam & omnium vetustissimam esse, & eandem optimam; iam mox demonstrare nitar. Certè si mundus æternus est, omni carens exordio; possumus alium quidem sermonem alio facere vetustiore: sed nullum omnino primum reperiemus; cum nulla gens, eo dato, cogitari queat, quam non alia præcèsserit. Aristoteles sanè hanc opinionem prolixè in postremo Physicorum libro tuetur, quam ex ipso Platone quibusdam videtur hausisse. Is enim in tertio de legibus ferendis Dialogo sic de diluniorum frequentia loquitur, vt ea innumera fuisse existimasse videatur. Idem tamen in Timæo mundum genitum esse tradit: quæ sententiarum discordia, si qua sit, nullam diuino viro adfert vituperationem, si rectè quidem vtraque de suis auctoribus ponderetur. Cùm enim in epistola quadam ad Dionysium scripta, aperte profiteatur, se nihil scripsisse, sed ea quæ extant, Socratis esse; necessariò sic erit in libris Platonis versandum, vt diligenter còsideremus, quam personam inducat loquentem. In Legibus sanè Atheniensis hospes in Creta disputat ad Iouis antrum ambulando: vbi si sub Atheniensis persona Platonem Plato occultauit, eiusdem eum Aristotele sententiæ fuisse, Simplicio fortè videretur. Ego, quo sua epistolæ modò citatæ veritas constet, malo Atheniensis nomine antiquum quempiam Philosophum Athenis institutum intelligi; licet Marsilius refragetur, atque illud sub hac larua indicati, ad Athenienses eam ex Ægypto venisse opinionem; infinitas mutationes terræ marisque olim extitisse, quarum numerus in nullius gentis memoria integer mansisset; tametsi Ægyptij plurimos seculorum millenarios computarent. An verò omne temporis initium Attica hæc secta excluderit, vt quidam æternitatis mundanæ patroni fortè contenderent; an contrà, ante multa seculorum volumina, nullo certo historiæ calculo comprehensa, principium aliquod statuerit, vt Marsilius & alij veritatis contra Simplicium pattoni arbitrantur; non magni nostra refert, dummodo hoc nobis constet, Pythagoram Mundo exordium dedisse, cuius doctrinam Timæus tradit. Quamuis enim ita esset, vt contrà in Legibus atque in Timæo de mundi origine statueretur; longè tamen Pythagoræ auctoritas firmis rationibus nixa nudæ Atheniensis hospitis narrationi præponderaret; propterea quòd antiquioribus in vniuersitatis antiquitate tanto magis sit credendum, quanto vetustissimis fuere propinquiore. Equidem nihil dubito, Pythagoram à Cimæiis sapientiæ suæ fundamenta accepisse; vel ab iis qui in Cumano diu oraculis & perenni Philosophia à maioribus accepta floruerunt; vel ab aliis, è quibus Abarris Pythagoræ potiùs præceptor, quàm discipulus, genus duxit, vti alibi à nobis est indicatum. Post Mosèn, omnium scriptorum vetustissimum, maximè inter philosophos laudandus Pythagoras: cui tamen Homerus & Hesiodus, poëtarum principes, præferendi; vtpote qui Theologiæ priscae fuerunt propinquiore: quorum vterque mundi exordium agnoscit, alter e Chao, alter ex Oceano: quæ nomina eòdem tendunt, principium

Hieroglyphica nota.
Emblemata:

Vocabula & prima nota sunt.

Antiquitas.

Pythagoras à quibus sapientiæ suæ fundamenta accepit.

Mundi exordium.

cipium materiãve ducens, quam Anaxagoræ mens siue τὸ ἀπείρονον ἐν, id est, ineffabile
 vnum Platonis, siue Iuppiter Homericus, à quo omnes dij pendent, ad hanc vniuersita-
 tis pulchritudinem perduxit. Verùm quòd Timæum dico mundo initium statuisse, id
 Proclus mihi & Simplicius negabunt, contra asserentes, Deum perpetuò mundum fa-
 cere, citra omne temporis exordium, quia ei perpetuò eadem adsit voluntas bonitatis
 suæ communicandæ. His explodendis, quia cùm aliorum, tum Ioannis Grammatici,
 cui à studio diligentiaque Philoponi nomen fuit, rationes subtilissimè verissimeq. col-
 lectæ sufficiunt, non erit mihi proluxè hoc loco laborandum: hoc vnum satis sit, ipsum
 Aristotelem, cuius se Simplicius commentatorem fecit, contra sensisse, dum Platonem
 auctorem facit, tempus vnà cum cælo genitum esse; hanc ipsam assertionem magna
 argumentorum vi euertere laborans, sed frustra, & sophisticè: eo quòd Plato nunquam
 dixerit, mundum in tempore factum esse, sed vnà cum tempore creatum. Aristoteli
 itaque potius hoc loco credam, quàm vel Simplicio, vel Proclo: idque maximè ob eam
 causam, quòd ipse Proclus fateatur, Pythagoricum esse, Orphicas sequi genealogias:
 at in iis primum omnium est, à Deo mundum formatum esse, quem κόσμος τυπωτός
 appellat. Quamobrem si Plato in Timæo Pythagoræ sententiam exposuit, necessariò
 fatendum, sic eius verba capienda, vt ab Aristotele intelliguntur: quibus nimirum as-
 seratur, mundum exordium sui habere, nec ipsum tantum, sed ipsum etiam tempus.
 Sed frustra hæc pluribus hoc loco docerem, cùm ipse etiam Aristoteles statim in Poli-
 ticorum initio insuperabili veritatis vi coactus sit fateri, primum aliquem fuisse huma-
 næ societatis auctorem, qui quisquis fuerit, maximorum fuerit auctor bonorum. Viden-
 vt vel inuitis, vel aliud agentibus, ipsa veritas aliquando excidit? Et alioquin ea quæ in
 octauo Physicorum, contra mundi fabricam & exordium disputantur; nulla demon-
 stratione conuincere queunt, tempus & mundum simul creata non esse: neque quæ
 posteriores ex infinita Dei bonitate argumenta duxerunt, mundum magis reddunt æter-
 num, quàm infinita vel magnitudinis vel multitudinis, quæ perinde ad infinitam boni-
 tatem sequi videntur, atque infinita duratio: nec quæ à determinata ab æterno Dei vo-
 luntate fiunt, si nunc fiant, cùm antè non fierent, mutationem aliquam voluntatis di-
 uinæ inducunt, non magis sanè in toto mundo, quàm in quauis re creata. Quid ni ergo
 in eo in quo nulla scientia hæctenus homini per demonstrationem contingere potuit, id
 credamus & teneamus pro certissimo, quod antiquissimi de ipso memoriæ posterorum
 reliquerunt? Si enim quæ antiquissima sunt, maximè sunt honoranda, vt Aristoteles in
 primo primæ Philosophiæ libro asserit, ea opinio summo honore digna videatur neces-
 se est, quam quis poterit docere antiquissimam esse. Magni sanè fecit Peripateticus
 prisca opinio, earum fide vsus, tum hoc loco quem citavi, tum altero De cælo libro;
 qua in re non præceptorem modò suum, sed omnes veteres est secutus, qui vno ore ab
 omni æuo cecinerunt, veritatem à maioribus esse discendam, non aliam videlicet ob
 causam sic arbitrati, quàm quia firmissimè crederent, maiorem ipsis, quàm posteri-
 bus, omnium rerum notitiam diuinitus contigisse; quæ paulatim tanto obscurior eua-
 serit, quanto à primis hominibus longius recessit. Placuit hoc loco ad antiquitatis lau-
 dem confirmandam eo magis Peripatetica testificatio, quòd non solum vetustis sermo-
 nibus fidem habendam ostendat, sed inde etiam colligatur, Orpheo potius & Pythago-
 ræ mundi exordium agnoscētibus, quàm Aristoteli, id citra demonstrationem neganti,
 esse credendum. Deinde illa etiam hinc cōuellitur opinio, quam tertio Legum suarum
 libro Plato de innumeris diluuiis exponit. Quæ enim esse potest antiquitatis auctoritas,
 nisi id ih. confessis & manifestis habeatur, antiquissimos, omnium rerum fuisse peritissi-
 mos: quod neque de æterna humani generis duratione, neque rursus de tempore, mul-
 tis cataclysmis obnoxio, vel dici potest, vel cogitari? In illa enim quæ constabit antiquos
 fuisse diis, siue hominibus à Deo doctis, propinquiore, si æquè olim, atque nunc, homi-
 nes ab omni principio distent infinitatis, in qua, infinitis vicibus, modò ignoratia, modò
 scientia regnarit? In hac verò diluuiorum frequentia, quæ laus antiquis adscribenda;
 nisi in singulis diluuiis id euenisse dicamus quod in vno Mosis diluuiio euenit: vt nimi-
 rum is superstes maneret, qui simul & omniū artium, omniumq. scientiarum esset do-
 ctissimus; & is etiam qui de Deo & mundi creatione veras narrationes à patribus audi-
 uisset? At Plato, tantum abest, vt de primis illis hominibus ita cogitarit; vt eos etiam
 rudissi-

*Antiquitatis
 laus & au-
 thoritas.*

*Antiquitatis
 laus & au-
 thoritas.*

rudissimos faciat, & tales, vt nullam omnino Reip. aut societatis humanæ memoriã habuerint, nedum artium, aut scientiarum. Quòd si ergo commentum hoc Academicum verum esset, quænam fides esset habenda veterum sententiis, penes quos tanta omnium rerum imperitia dicitur fuisse? Num caprarios & homines montanos, quos solos reliquos à cataclysmis suis fecit, tam putabimus omnium rerum peritos, vt illorù sententia magis standum sit, quàm eorum qui multis post etatibus in liberalium artium studiis diu multumque se exercuerunt? Sani certè nihil habet, antiquorum opiniones laudare; siue humani generis æternitatem, siue Platonicos cataclysmos admittamus. Atqui in Philebo sic scriptum meminimus, vt non extollantur tantùm priscorum hominum sententiæ; sed causã etiam addatur luculenta, cur ita de vetustate sentiendum. Socrates enim ibi docet, veteres ob id nobis esse præstantiores, quòd diis propius habitarent: quòd sic explicat, vt omnem scientiam, omnemque veritatem à diis dicat emanasse, atque eam quidem suscipiente Prometheo vnà cum lucidissimo igne. Quanto igitur propius homines ad Prometheum illum antiquissimum accedunt, tanto diis veritatem omnem humano generi largitis sunt propinquiores, eoque magis audiendi. Est quisquam qui hic non apertissimè cernat, primum quendam hominem satum; atque ab ipso deinde progressum paulatim à luce veritatis ad tenebras tendentem? Quis autem hic fuerit Prometheus, per cuius manus scientiarum omnium principia à Deo homines acceperunt, à nobis est quinto Originum libro indicatum. Huc & illud referendum, quòd Saturnum veritatis patrem Romani dixerunt; quia nimirum à Saturno, quòd nomen Nocho quoque tributum fuisse docui, omnis veritas originem duxisset. Quòd si ad ipsum vsque Adamum placeat ascendere, inuenietur & is omnem suam scientiam à Deo accepisse: cui quòd fuerunt posteri viciniore, eò plus habuerunt solidæ & diuinæ eruditionis, quæ optimo iure auro comparatur, quo Saturni regnum veteres insigniuerunt. Nam Adamus potiore ratione Saturni nomen, quàm Nochus, meretur: tametsi vtrique de singulari Dei gratia & conueniat, & à priscis sit attributum. De vtrovis igitur Saturno, siue de Adamo, siue de Nocho loquamur, rectè dicemus, hominibus per Saturnum omnem veritatem, omnemque solidam scientiam à Deo reuelatam. Verùm quæ de Prometheo à Socrate dicuntur, ad Nochum videntur propius pertinere, per cuius diuinum os purus omnium scientiarum fons ad omnes diluuii posteriores limpidißima scaturigine defluxit. Hoc ergo fundamentum est communis omnium gentium consensus, quo vnanimi concordia, quotquot vmquam viri sapientes fuerunt, venerati sunt antiquissimorum hominum auctoritatem, vt sanctam atque diuinam. Meritò igitur Socrates Hippiam, & in eo ceteros eiusdem arrogantis sophistas, ludibrio habet, quòd se Biante, Pittaco, Thalete Milesio, & aliis vetustis viris doctiorem, sapientiore, & ad res gerendas meliorem putaret; quamuis illi non veterum inter omnes, sed inter Græcos dumtaxat, quos Ægyptij semper pueros esse dicebant, laudem mereantur. Timæus Locrus Pythagoricæ disciplinæ sectator, quam nos non ab Ægyptiis tantùm, sed ab Hyperboreis etiam Abari docente plurima accepisse, non sine magnis causis, suspicamus; id quòd à Socrate de voluptate disputante vetustissimis tributum dixi, clariùs exponit, dum de Laribus, siue Dæmonibus ageret. Credendum nimirum est, inquit, veteribus & priscis, vt aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant, itaque eorum vocabula nobis prodiderunt, nosse autem generatores suos optimè poterant; ac difficile factum est, à diis ortis fidem non habere: quamquam nec argumentis, nec rationibus certis eorum oratio confirmatur; sed quia de suis rebus notis videntur loqui, veteri legi morique parendum est. Hæc ille Ciceronis verbis de Platone conuertis: quibus ostensum est, non auctoribus tantùm, sed legis loco vetustissimas sententiã habendas esse: quòd omnino friuolum esset, ac sanissimæ cuique mentis viro omnia ad principia prima resoluenti ludibrium, si vel humani generis æternitas, vel innumera aquarum illuuias admitterentur: cum illo prima hominum origo excludatur; his illud fiat, vt primi homines omnium sint imperitissimi, nec magis posteris suis præferendi, quàm rudes pastorum casæ elegantissimis palatiis omni arte Græca expolitis. Si detur ergo Aristotele etiam laudante, antiquitati citra demonstrationem credendum esse in iis quæ humanis rationibus nequeunt definiri, in quibus omnia illa sunt quæ de mundi exordio & creatione à priscis accepimus; confiteri necesse est, primos mortales ab ipso

Promethes
veritatis
susceptor.

Saturnus ve-
ritatis pater.

Saturni no-
mē & Ada-
mo & Nochi
conuenit.

*Mortales pri-
mi ab ipso
Deo, vel eius
Ruachis om-
nem verita-
tem edocti.*

*Lingua vna
tantum, ma-
sculo & fe-
mina princi-
pio creatæ,
opus fuit ad
communione.*

*Lingua pri-
ma vna fuit,
& à viro fa-
cta.*

*Lingua pri-
ma perfectis-
sima.*

ab ipso Deo, vel eius Ruachis siue spiritibus ministris omnem veritatem edoctos fuisse: quod nisi dicamus, nulla ratio legis ab omnibus æquè cōprobata possit inueniri. Compello hīc Proclum, compello Simplicium, num quid habeant quo hanc legem Pythagoricam, quo primam illam lucem Prometheo datam, id est, quo priscorum hominum auctoritatem docere possint inter sanctissima venerandam esse, nisi ad huiusmodi ali- quod hominum initium adscendant. Id si faciant (vt factu necessarium est, nisi Aristotelem & Platonem duces suos turpi fuga deserant) non poterūt ea quæ contra Mosē, & Pythagoram, & vetustissimos poetas sophisticis imposturis, & fragili fallaciarum contextu machinati sunt, diutius tenere. Effectum itaque nunc hoc nobis est ē concordī omnium sapientum suffragio, vt & primos aliquos homines fuisse constet, & eos ipsos à Deo puram accepisse veritatem. Quod si igitur duobus hominibus principio creatis tota deinde terra masculi & feminæ commistione potuit impleri, nec natura, nec Deus, naturæ opifex, frustra quidquam molitur; non erit de pluribus in primordio factis cogitandum. Ad horum igitur communionem vna dumtaxat lingua opus fuit, cum ea satis esset ad idola animis concepta, omnemque eorum compositionem exprimenda; ad quæ si plures linguas fecissent, contra naturæ rationisque decreta, superuacaneam sibi quæsiuissent difficultatem. Vna igitur prima lingua fuit, & ea quidem à viro, vtī à capite, facta; & tanto posterioribus melior, quanto rerum omnium peritiorem habuit architectum; illum, inquam, qui ab ipso Deo, nullis mediis canalibus, totum humanæ scientiæ fontem hausit. Non est autem piæ de diuina bonitate & prouidentia cogitationi congruens, arbitrari, hanc linguā penitus abiuisse in obliuionem: tum quia non dubium est, magna omnis sapientiæ mysteria ea fuisse consignata, quæ verisimile est, Deum eisdem notis ad posteros transire voluisse, ne vlla ætas de tam benigno dono primis mortalibus benignè collato celaretur: tum quod videam in omni sæculo de prima lingua extitisse quæstionem, quæ frustra inter gentes agigaretur, nisi inter varias locutiones eam adhuc quæ prima fuisset, putassent remansisse, aut eius saltem tantas reliquias, quæ dignæ essent, accurata inquisitione: *φήμεδ' εἴργα πάμπαν ἀπόλλυ' ἴν τινα λαοὶ Πολλοὶ φημίζωσι*, vt Hesiodi verbis, ab Aristotele ad aliud quàm quo dicta sunt, tractis, vtat. Demus itaq. primam ad hæc vsq. tēpora durare, vel eius saltem multas superesse voces: quo dato, illud addamus, de iis quæ modò de antiquitatis laude sunt explicata, eam primam esse, quæ omnium perfectissima deprehendetur. Perfectissimam autem eam dicimus quæ quàm apertissimè, & quàm breuissimè, vnà cum sono contuentissimo, imagines animi, & earum compositionem dat intelligendas: cui si hoc accedat, vt eas rerum notas habeat quæ non solum significant res ipsas, sed de iis illa etiam consideranda exhibeant, quæ quàm plurimum adferant vtilitatis audienti, vel ad naturæ cognitionem, vel ad recta vitæ morumq. instituta, vel ad eam quæ ad primam causam tendit solutionem; quid erit amplius de primatu eius hæsitandū? Quoniam eius symbola voces esse dicuntur, tanto sunt laudabiliora, quanto vtilium præceptorum maiorem habent fecunditatem; quæ optima est regula in symbolis tum fingendis, tum examinandis. Quod optimè proprium facio, vt sit apertissima; eo excludo omnem intelligentiæ obscuritatem, quæ maximè oritur vel ē diuersa eiusdem vocis significatione, vel ex ambiguo orationis sensu. Cum enim eò omnis tendat locutio, vt animi nostri sensa declarem, siue, quod idem hoc loco sit, interpretemur; quo de fine liber *καὶ ἐρμηνείας* nomen accepit: vitium in primis magnum censendum, cuius impedimento fiat, vt à scopo nostro aberremus. Nam cum in omni actione ea summa laus sit, si ea ad finem optatum adspiretur; necessariò erit maximè vituperanda quæ nos de proposito fine frustratur. Quamobrem nullo modo ea lingua de perfectione laudanda quæ plurimum ad intelligendum dubitationis adfert; siue id de homonymorum frequentia, siue de ambigua orationis structura, siue culpa vtriusque contingat. Quintiliano, & aliis quotquot à communi sensu non recedunt, prima orationis virtus est in perspicuitate; & id optima profectò ratione, cum perinde sit sermone vtī qui non intelligatur, ac tacere; imò multo etiam compendiosius: quod Phauorinum Philosophum eleganter, & non sine sale monuisse, ex Noctibus Atticis accepimus. Quod si obscuritas in quauis cuiusuis oratione vitio vertatur, nec voces vllæ sermonis nomen mereantur, qui animi cogitationem non interpretentur, quod ex Aristotelica inscriptione deducitur: quid de

tota aliqua lingua erit iudicandum, cuius ambiguitas frequentem pariat obscuritatem? Certè ut oratio, quæ non perspicuè loquentis mentem interpretetur, sed ipsa ad interpretandum facta, alia adhuc egeat interpretatione; maximam apud omnes incurrit reprehensionem: ita lingua multis homonymis & ambiguis vocum compositionibus obscura, & intellectu difficilis, effugere non potest vituperationem. Non video igitur, quinam defendi queat eorum assertio, qui Hebraicam linguam omnium primam esse contendunt: cum nulla sit pluribus difficultatibus implicata, nulla plus habeat ambiguitatis, nulla caliginem profundiorum; aded ut in eius abyssis perscrutandis non Delionatore, sed Delio vate frequenter opus esse videatur. Hinc tanta interpretum eius discordia, tot obscuræ incertæque de verborum orationumque intelligentia coniecturæ: quas qui compendio nouisse volet, Lexica ipsorum consulat, in quibus pauca voces videbit vnus dumtaxat notationis. Scio equidem bene ab Aristotele dictum, res esse infinitas, vocabula finita; & idcirco necessarium, ut vnum idemque nomen plures res designet: Verùm ex eo ipso colligitur, tanto minus obscuritatis in linguis fore, quanto maior fuerit copia verborum sigillatim res significantium, quæ quàm potest proximè ad rerum multitudinem accedat. Prima itaque linguæ laus ex eius diuitiis sumitur; quibus videlicet id consequi possit, ut de rebus clarè distincteque, quæcumque in cuiusquam mente versantur, exponat. Qua de causa multum perfectionis Hebraicæ deest, in qua tanta est paupertas, ut in ea, veluti in pauperrima domo, idem instrumentum ad diuersos omnino vsus sit accommodandum. Nec verò inde modò ambiguitatis caliginisque plurimum in ea videmus exoriri, sed ex ipsa etiam vocum connectione atque structura; quæ non rarò facit, ut eandem orationem alius aliter interpretetur: quod neminem latere potest, qui vel obiter D. Hieronymi scripta cognorit, tamen numquam quicquam Hebraicæ linguæ, ne primoribus quidem labris, degustasset. Vel ad hunc igitur, vel ad doctissima Pagnini commentaria eos amando, qui exemplis eiusmodi obscuritatis volent abundare: nobis hîc sufficit indicasse, ei linguæ summam perfectionem tribui non posse, quæ tot tenebris est inuoluta, ut alius aliud ex eadem oratione reddat. Pòst, si Deus ceptis affulgeat, de his latius; dum docebo, quæ quàm plurima Hebræorum vocabula de Cimbrica lingua deducta sint. Iam nec summa laus ei adscribenda linguæ, quæ in pronūnciando magnam habeat difficultatem; quam in Hebraica esse, D. Hieronymus satis declarauit, dum verba eius stridentia anhelantiaque dixit. Porro Græcam & Latinam nemo hactenus ausus est primam vocare; cum Latini plurima se à Græcis accepisse fateantur; & Græci clara voce clament, Barbarorum linguam sua esse vetustiorē.

Lingua Hebraica difficultas, ambiguitas, paupertas, &c.

ACCEDAMVS igitur ad eam, quam nos primam esse contendimus, videamus, que quot rationibus ceteris præstet. Primum, in lingua Cimberia, omnia vocabula primogenia sunt monosyllaba, eorumque tanta copia, ut in ea interpretanda nulla vniquam existat sententiarum diuersitas, quam frequentem apud Hebræos esse, nemo diffitetur. Hac igitur parte, Hebraicam vocum copia, Græcam & Latinam breuitate vincit, in qua alteram perfectissimi sermonis laudem collocamus. Ut autem & breuissima esset & copiosissima, quod mirabile videtur, inde consecuta est, quod pluribus constet elemētis, quàm vlla ceterarum. Diphthongos enim plures multo habet, quàm aliæ; & omnes pariter ceteras vna consonante superat, quam duplex digamma licet vocare. Quanto autem plures sunt litteræ, tanto plures erunt earum complexiones, & inde plura vocum discrimina. Atque sit hæc prima excellentia, qua reliquis anteferatur omnibus, breuitas nimirum copiosa, in maxima consistens vocum monosyllaborum multitudine, ad quam Hebræa non potuit adspirare, tum quia litteras pari numero non haberet, tum quòd ab architecto suo in eas angustias fuerit coacta, ut nullum vocabulum à vocali sumat exordium, nisi Aleph à Grammaticis impetret, ne à vocalium albo eximatur; quod ægrè consequetur, nisi puncta ipsi subscripta frustra posita fateantur: quod eos facturos non opinor, quoniam dicunt, primum hoc elementum non aliam vim apud Hebræos habere, quàm ut spiritum lenem notet. Quanto igitur nobis vocum maior numerus esse potest, quibus à quauis consonante, etiam ab illa qua ceteræ linguæ carent, à quibusuis vocalibus, à quibusuis diphthongis verba incipere nihil vetat. Deinde quamuis monosyllaba sint primogenia nostra vocabula, trium tamen

Lingua Cimberica excellentia.

Lingua Cimberica breuitas & copia.

consonantium numero non sunt adstricta: quo fit, ut magis multo, quàm Hebræi, quibus ea ferè lex est, abundemus. Non tantùm ergo nihil est, in quo nobiscum de primarum vocum copia certent, si modò quas habeant, quod pòst videbimus: sed ne in breuitate quidem earum vllò modo lingua ipsorum cum nostra est conferenda. Quod enim iactant, verborum radices trium dumtaxat esse litterarum; id falsissimum est, nisi vocales à litterarum numero excludant: quod quàm ineptum sit, & ridiculum, nedum rationi omni contrarium: non puto cuiquam omnino obscurum esse, qui modò litterarum naturam atque definitionem non ignoret. Pleraque enim omnes eorum radices, quas פֶּרְשֵׁי vocant, duas syllabas comprehendunt, eo quòd duabus vocalibus efferrantur, quarum nihil interest, siue scribantur in recto litterarum contextu, siue per puncta subtùs annotentur; quoniam ipsa scriptura prorsus externa sit & litteris, & earum pronuntiationi: qua de re & antè non nihil, & mox latius. In nostro sermone nullum ferè vocabulum inuenias, quod quidem non aliunde vel deriuatione, vel declinatione, vel coniugatione, vel compositione defluerit, duabus syllabis constans: adeò ut hac parte immane sit, quantum Hebraico præstet, si illud quidem principium verum sit; frustra pluribus fieri, quod æquè bene fieri potest per pauciora. Atqui nusquam magis compendium & quærendum & laudandum, quàm illic, vbi longior mora vel pretiosissimæ rei trahit iacturam, vel molestiam magnam ei qui longius ducitur, appor-
tat: quorum vtrumque in prolixiore sermone accidit; quia nec tempore quicquam sit pretiosius, nec menti naturæ omnium rerum celerrimæ quicquam odiosius, quàm diu à scopo suo distineri. Huc sanè Hebraicæ linguæ inuentori ante omnia fuisset oculi acies dirigenda, si optimus optimæ perfectissimæque linguæ voluisset videri fabricator: quod quia non fecit, non potest opus eius de summa perfectione laudari, & idcirco nec primum haberi. Quamobrem si ceteræ linguæ cum nostra in hoc breuitatis certamen descendant; omnium suffragiis, nullo omnino intercedente, à nostra in triumphum ducentur. Hoc igitur nunc statuamus trophæum, sermonem nostrum & esse copiosorem, & dilucidorem, & breuiorem, quàm Hebræum: & præterea omnes ceteras linguas à nostra vinci succincta primarum vocum breuitate; quæ tanta est, ut maior esse non possit. His dotibus præclarissimis accedit summa quædam pronuntiationis lenitas, quæ quanta sit, ab aduersariis potius, quàm à fautoribus sciscitemur: qui vno ore omnes conclamabunt, locutionem nostram tam esse lenem, vel, ut ipsi dicent, mollem, & celerem; ut feminas potius, quàm viros, videatur decere. De celeritate non est quod amplius agam, cum ea nascatur de monosyllaborum frequentia, adeò non vituperanda, ut nihil videam, quod maiorem laudem loquenti conciliare queat, quàm si breuissima oratione volucrem mentis celeritatem quamproximè assequatur; nec interim in breuitate pariat obscuritatem, vitium apud Hebræos creberrimum. Cicero in voce duo sequenda monet; ut clara sit, ut suauius: quorum vtrumque à natura quidem petendum; sed claritatem exercitatio, suauius imitatio pressè & leniter loquentium augebit. Quamobrem lenitas inde nobis oritur, quòd primus linguæ architectus eam dederit litterarum pronuntiationem, quæ quàm minimè vocalia instrumenta fatigaret, omnem asperam eorum collisionem, omnem flatum vehementiorem, omnes sibilos acutiores, omnem ex imis præcordiorum visceribus suspirationem, omnia denique, quæ extrema, vel in dentibus, vel in labiis, vel in palato, vel in guttore, vel in lingua videri possunt, diligenter euitans. Hinc fit, ut non lenis modò sit, quod malè sani homines vitio vertunt: sed hoc etiam munus iis conferat qui à teneris vnguiculis ea uti assueuerint, ut quamuis aliam linguam facillimè addiscant, quòd videlicet ex ipsa mediocritate facilis sit ad quæuis extrema declinatio. Nemo est, qui nostrates norit, cui non sit apertum, quàm breuitemporis spatio alias linguas & addiscant, & vernaculis sonis enuntient: quod non perinde alterius gentis hominibus contingit. Huius tamen ita promptæ ad discendas quasuis linguas facultatis non ipsa tantùm lenitas, in media quadam & æquabili vocalium instrumentorum motionem consistens, causa videtur; sed aliud quiddam ad eam accedit, ex ipsa litterarum & diphthongorum, quas plures quàm ceteræ nationes habemus, copia petitum; quæ facit, ut instrumenta omnia in sermone nostro ad plures sonos, quàm in alio quouis, exercentur: Vnde necesse est maiorem quoque ad quiduis ore proferendum facilitatem exoriri.

Eisdem

Lingua Hebraica radices.

Lingua Cimbrica lenitas & celeritas in pronuntiatione.

Eisdem de causis fit, ut alterius gentis homines difficulter nostram linguam loqui discant: quia videlicet medium in leni vocalium organorum motione tenere, homini non assuetum, per arduum fit; ac deinde non minoris ferè negotij, eos litterarum, diphthongorum, syllabarumque sonos imitari, quos quis in sua lingua nec audiuerit unquam, nec didicerit proferre. Quod si accuratè in hac consideratione verseremur, eò nos trahi videbimus, ut non possimus non fateri, eam linguam primas sibi suo iure vindicare, in qua tanta lenitas & prononciationis mediocritas una cum maxima vocum varietate seruetur; ut inde ad quamuis aliam bene sonandam homines euadant promptissimi. Ut autem hæc facilitas discendi partem ortus sui habet ex magno & copioso vocum discrimine; ita ex eodem fonte copia verborum emanauit, ut eiusdem linguæ proprium esse videatur, & vocabulis abundare, & hominem preparare ad quemuis alium sermonem aptè concinneque formandum. Quid quod ex eadem scaturigine illud etiam deriuetur, ut sermo sit distinctissimus vocum plurimarum varietate, atque idcirco summam etiam consequatur perspicuitatem: nec hanc tantum habeat unam cum prioribus dotibus; sed hoc etiam adiungat, ut hæc omnia possideat in summa primarum vocum breuitate? Profectò ita me Mercurius amet, ut non video quid ad has laudes ulterius addi possit. Lucidissima est lingua nostra, nullaque orationis ambiguitate impedita: eadem rursus omnium breuissima, eadem copiosissima, qua de parte lucis est origo, eadem lenissima, minimaque organorum molestia proferenda; eadem hominem maximè idoneum reddit ad quamuis aliam & addiscendam, & bene modulandam. Num quid aliud adhuc desideratur ad summam linguæ perfectionem? equidem libenter & obuiis manibus herbam ei porrigam, qui me docebit, usquam gentium linguam eiusmodi inueniri, quæ pluribus una dotibus sit ornata. Contrà mihi concedi rogo, quod optimo iure postularem, ut pari ratione tantisper mihi liceat sermoni nostro vernaculo palmam & primas asserere, dum quis hæc omnia simul in una eademque lingua mihi monstrarit. Verumenimuerò ut primatum vocum breuitate & copia ceteras superat omnes; ita aliud quoddam habet proprium & suum artificium; quo solo, quamuis ceteroquin non esset aliis præferenda, tamen omnium clarissima esset prononcianda. Consistit autem hoc in vocum conuersione, è qua non magna tantum verborum copia, sed plurimarum etiam rerum notitia comparatur. Cum primus nominum in sermone hoc factor videret, innumeram esse rerum multitudinem, quæ nulla vocabulorum varietate posset æquari; hoc sibi in primis curandum putauit, ut saltem quam proximè posset, rerum formas (quandoquidem singulorum nullus sit finis) assequeretur: in quo non satis esse credidit, plurimas litteras, & diphthongos, & syllabas, è quibus prima nomina fierent, sibi finxisse; nisi & illud ulterius addidisset corollarium pulcherrimum & summa admiratione dignissimum, ut voces quamplurimæ, non solum profræ, sua haberent significata; sed etiam versæ. Magna statim hinc exstitit orationis vbertas, qua ceteras linguas nostra superaret, vel hoc solo nomine admirabilis: sed eo admirabilior, quod sic intra certos limites coerceretur, ut hæc vocabulorum conuersio non numerum tantum nominum augeat, sed præterea aliquid indicet quod maximè faciat ad naturam eius rei cognoscendam, quæ voce profræ denotatur. Qua in re hic rursus fuit delectus, ut illud voce versæ significaretur quod vtilissimum ad cognoscendum fabricator existimauit. In quibusdam igitur ad naturæ scientiam respexit, in qua contrarium contrarij appositum & collatione clarius euadit. Hinc non pauca sunt vocabula quæ conuersa prioris significatus contrarium notant. Exempli gratia, *Dr* omnem perfectionem signat, qua de re post plura; *su* vox versæ imperfectum. *Cel* quidquid pulchrum est, & quauis in re delectabile; *Lee* quidquid turpe & molestum. *Mat* indomitum; *Tam* domitum; & idem in aliis multis, quorum nonnulla in Originibus meis explicata, & plura post suo loco explicanda. In aliis quibusdam vocibus aliud longè secutus est architectus. Videbat nimirum nonnullis in rebus pluris esse, si conuersa voce non contrarium, sed illud significaretur quod rei recta voce denotata sic esset naturæ lege coniunctum, ut nec hæc sine illo, nec illud sine hac perfectionem suam possit tueri. Hoc consilio usus est in *Tacm* & *Maet*, vocibus in Amazonicis à me examinatis; quarum illa decorum, hæc modum siue mensuram significat, citra quam nihil est decorum. Eodem modo *Ken* & *Pek* / *Wort* & *Trow* / *Tes* & *Set* / & alia id genus, tum, cum opportunum erit, latius consideranda. Sed hanc faciendorum no-

Lingua Cimbrica maxime distincta, perspicua & breuis.

Vocum Cimbricarum conuersio singularis & admirabilis.

*Dr/ su.
Cel/ Lee.
Mat/Tam.*

*Tacm/
Maet.
Ken/ Pek.
Wort/
Trow.
Tes/ Set.*

minum formulam, in diuinissimis rebus, & altissima inquisitione dignis, plurimum obseruauit; quo nimirum tanti artificij monitu, diutius iis immorandum videremus; & sapius eadem vestigia, modò prorsà, modò versa relegeremus; perinde atque illi faciunt, qui loci cuiuspiam amœnitate capti, pedem inde dimouere nequeunt: sed eundo crebriùs redeundòque continuò oculis oblectamenta captant, & velut artonitis animis hærentes, sese à præsentibus deliciis diuellere non possunt. Quod enim *Æneæ* belli Troiani picturam oculis perlustranti accidisse Poëta fingit,

Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur,

Dum stupet, obtutuque hæret defixus in vno;

Id primus nominum nostrorum fabricator in contemplatione rerum diuinarum sibi euenire cernens, talia voluit iis nomina dare, vt siue antrorsum, siue retrorsum ea pronunciarentur; tamen in earundem rerum consideratione detinerent audientem, vt in celeberrima illa Atheniensium porticu, quam ob picturæ varietatem Pœcilen vocabant, vltiò citròque spectatores ambulantes modò ab Atheniensium acie aduersus Lacedæmonios instructa, quam prima pictura repræsentabat ordine, vsque ad vltimam paulatim pergebant; ita rursus ab vltima conuersi retrò eadem legebant, simulacra singula contrario ac priùs ordine diligenter intuendo: ita in litteris quoque diuinorum nominum nos versari voluit hic noster de quo agimus, vocalis pictor, non contentus, vt vna directà elementorum auditione, tamquam saturi, discederemus; sed hoc præterea requirens, vt eadem vocabula conuersa auscultaremus. Quoniam verò qui in Pœcile, vel alia porticu, vel templo, etiam pictis imaginibus intuendis operam dant, sapius eadè vestigia legunt releguèque: credimus id genus voces, quæ hoc modo prorsà versæque sunt audiendæ, Ichnæas à priscis Orphicis dictas fuisse; eo quòd animum eisdem vestigiis ad primum contemplationis caput à parte postica reducant, vt à nobis in Themide Ichnæa latius est ostensum. Quid quòd & illud hac sua vocali pictura nos monere voluit, quod Proclus quadragesimo Theologiæ theoremate expressit, res omnes, vt à primo suo principio procedunt, ita conuertit: quod magnus ille Dionysius quoque de diuinis nominibus scribens, exposuit, dum eisdem gradibus omnia ad summum bonum reducit, quibus ab eo progrediuntur. Hinc licet, quasi è summa artificiosa nominum fabricationis arce, insignem architecti sollertiam, & admirabilem, & verè stupendam diligentiam intueri; qui tam accurato in omnibus est versatus delectu, vt aliis quidem alia ratione nomina moliretur: in iis verò quæ suprema sciret, sic se gesserit, vt non solum quæ vellet, aptè congruèque notaret; sed illud etiam adderet, quo mone-remur, in eorum consideratione diu esse commorandum, & modò ab anteriore, modò à posteriore parte contemplationem exordendam. Iam & illud hac sua in nominibus condendis regula nos monuit, vt in diuinis per scalam eam, quam Iahacob in somnis viderat, sapius ascendamus & descendamus, supplicesque Deum oremus, vt Angelos nobis det, qui nos à summis ad ima, & ab imis ad summa, & ipsorum caput, in quo finis est ipsius scalæ, per cognitos sibi gradus & ducant & reducant. Hanc viam Aristoteles in prima sua Philolophia quaesiuuit, dum ab inferioribus ad supremum causarum apicem contendit, & ab eo rursus gradatim ad singulas res inferiores ipsum Esse deducit. Videmus itaque in hac conuersione non tantum rerum diuinarum naturam explicari; sed viam etiam nobis monstrari, quæ in diuinis sit tenenda, qua nimirum sic à principio in diuinis descensus fiat, ne in postremis hæreamus, sed mox ab extremis ad ipsum initium reuertamur. Verum quia latius amplissima huius artificij maiestas patet, quàm vt vel summi oratoris eloquentia satis queat explicari: nolui hoc loco ad eam verbis meis ieiunis extollendam frustra laborare; satis me fecisse arbitratus, quòd ianuam primus referarim, per quam diuinioribus ingeniis ad secretissima sacrorum mysteria aditus pateret: pluribus exemplis ad loca ea reseruatis, quæ eorum expositionem postulabunt. Porro & aliud maximus linguæ noster princeps in nominibus nonnullis ad rerum notationem formandis obseruauit, non minus quàm id quod modò dixi, admiratione dignum, vt essent videlicet circulo in se redeunte comprehensa: qualia sunt, *Ses/ Regen/ Tot/ Anna/* & si qua sunt similia, quæ conuertuntur illa quidem, haud secus ac Ichnæa, verum non cognatù quippiam priori significato, sed idem omnino, vti sonus idem est, denotare cernuntur: quæ vt pauca sunt, ita nullis rebus,

*Ichnæa voces
unde dicta.*

Ses/ Regen/ Tot/ Anna/

*Ses.
Regen.
Tot.
Anna.*

nisi

nisi perpetuo circulo in se redeuntibus, & cetera etiam perennantibus aptantur. Generatim igitur hæc de hac vocum conuersione dicta sint, non ad id solum spectantia quo sermonis nostri, quam vllius alterius, artificium magis docerem; sed eò præterea conductura, quò de hac peculiari, & propria, & prorsus sua linguæ nostræ formula cognosceretur, quænam voces è nostra officinâ ad alias gentes commigrarint. Quæcumque enim verborum moneta hunc characterem præferet, eam nobis, tamquam vernaculam, asseremus: quandoquidem sciamus, nec apud Latinos, nec apud Græcos, nec apud Hebræos, similem esse vocum cudendarum rationem. Quòd si qua tamen apud illos reperiatur, ea nullo consilio certo, nulla ratione sibi adamussim constante, sed casu & fortuitò ita facta cernetur, vt in Sed coniungendi nota, & Des verbo secundæ personæ accidisse, quiuis animaduertit. Idem iudicium de Ad & Da, quorum significata nec contraria sunt, nec connexa, nec eadem. Sedes quidem nomen est in se circulo reuersum, verum è prima lingua deriuatum, vt alibi in Senarij examine dicitur, & nihil alioqui perenne eo denotatur, quod circularium nominum proprium est. Eodem modo apud Græcos ἀνά circulum quidem absoluit, sed nihil eius notationi subiectum, in quo vel æternitas sit consideranda, vel quippiam in se perpetuò reuolutum. Memini apud Eustathium legere, has voces Græcas θυμός καὶ μῦθος prioribus suis syllabis inter se opponi, quod quidem nemo non videt, verum quid in eo est artis, aut quod symbolū aliquam saltem vtilitatem adferens audienti? Num fortè, quòd sermo, qui antiquissimis Græcorū generatim μῦθος dicebatur, vt apud Homerū licet videre, ei animæ parti in qua ita sedem habet, aut aduersetur, aut sic naturæ vinculo cohareat, disungi vt haud possit? Casui, non rectæ rationi, hæc vnus in duobus nominibus syllabæ conuersio debetur: quæ licet rationis aliquid haberet, non tamen conuersionibus nostratibus similis esset, quæ totum nomen, non eius partem, retrò vertunt. Non ignoro, Hebræis metathesim quoque litterarum in quibusdam verbis in vsu fuisse; at in ea non mutatur significatio: quo fit, vt nihil apporet vltioris intelligentiæ, quæ quidem ad fabricationis nostratis normam queat applicari. Quòd si quis obiiciat ψῦ nomen numerale feminini generis non solum conuerti, sed etiam circulare esse; ei respondebo, casu id accidisse, eo quòd in masculino genere conuersio hæc non admittatur, in quo ψῦ dicitur, quod verbum faceret ψῦν, longè à priore diuersum. Atqui si teretem numeri naturam Hebraici sermonis factor spectasset, id potius in masculino genere, quam feminino, fecisset; nisi maiorem feminæ, quam viro, honorem tribuendum esse censemus. Verum sit sanè vt Hostiam siue Vestam hac dignitate potius, quam Apollinē, aut alium quempiam deorum antiqui honorarint; non tamen inde concessero, ex Hebræorum officina hoc vocabulum primum prodiisse: quia certò sciam, vt post sum ostensurus, primogeniæ Cimbrorum linguæ vernaculum esse, atque inde ad Hebræos, & Græcos, & Latinos vario ornatu venisse, חַמֶּשֶׁת verò, quod sonare notat, quamuis videri prima fronte possit, nec conuertitur, quia in aliam vocalem versa desineret, quam à qua recta vox incipiebat, nec cōuersionis circularis habet causam, nisi in sono quo vix cuiquam fugacius aliquid perpetuitatis esse credatur. Non diffiteor interim, quædam etiam sic apud Hebræos transponi, vt aliud prorsus, aliud versa notent: at in iis tamē non ea quam dixi, conuersionis ratio seruetur. Exemplum sit in alio nomine numerali חַמֶּשֶׁת quo quinque significantur, cui חַמֶּשֶׁת ex diametro oppositum videtur, si Hebræi consulantur, qui nullam habent punctorum rationem: quod tamen ipsi daremus, non tamen id quod versa voce signatur, quidquam facit ad quinarium naturam, nec item quinario repugnat. Quid enim Latitia vel ad quinarium, vel contra quinarium? Ceterum vt aliquid hinc esset in rebus ipsis significatis vel aduersitatis vel cognationis, non tamen in his vocibus conuersionem nostratibus vsitatam agnoscimus; propterea quòd non de ratione vocum scribendarum, sed de vocibus pronuntiandis sermo noster agat, sitque non semel à nobis dictum, vocibus ipsis scripturam prorsus esse externam. Quinque Chamesch Hebræus vocat, quod conuersum Schemach faceret de ratione pronuntiationis: at Latari non Schemach efferunt, sed Samach: ita vt non solum vocalibus, sed consonantibus etiam hæ voces differant; cum nos litteras, non figuris, sed sonis distinguamus, nihil solliciti, an diuersos sonos eadem figura Hebræus pingat. Quamobrem neque חַמֶּשֶׁת & חַמֶּשֶׁת ad conuersionis nostræ formulam admittemus, eo quòd prius Moen vel Maen

efferatur, cui Neam siue Neom opponeretur, non Noam, siue Naam: quamuis ne horum quidem significata sint omnino opposita; nisi quis tamen malè sit in Categoriis exercitatus, ut nolle, & dicere siue loqui, contraria existimet. Eodem modo nec bene conuertuntur, nec ullam conuersionis causam habent $\eta\eta$ & $\eta\eta$, non conuertuntur; quia non dicitur $\eta\eta$, quod de priore voce conuersum esset, sed $\eta\eta$. Conuersionis causam non habent, quia nec significata contraria sunt, nec inter se cognata, cum prius regnare signet, posterius erubescere, siue pudore affici: viderentur etiam fortassis $\eta\eta$ & $\eta\eta$ opponi, quæ nec litteris, nec significatis alteri alterum opponuntur, cum prior vox in eam desinat vocalem, à qua posterior non incipit; & hæc quidem connubio iungi, illa in frustra concidere signetur; quæ, non video, quam habeant inter se vel cognationem, vel pugnam. Item $\eta\eta$ & $\eta\eta$ nec conuersione litterarum, nec recta oppositione rerum sunt contraria; quorum illud plenum esse signat, hoc mutum. Sumat igitur sibi hanc lingua nostra perfectionis artificijque laudem, quod sola huiusmodi conuersione sit insignis: qua cum nihil sit in omni vocum compositione admirabilius; non iniuria hac parte sermo noster reliquis linguis præferatur: & idcirco prior vetustiorque illis habeatur necesse est, si iuxta Academicos quidem & Peripateticos, & omnes ceteros sapientia professores, ab excellentia sua cuiusque rei vetustas colligatur. Verum enim uero quia suum cuique pulcherrimum est, nec formosissimum puerum tenerius à matre sua, quam simij catulum à simia, cernimus amari; alias notas, quibus de linguæ nostræ principatu constet, adducam. Id in primis extra controuersiam esse, & ab omnibus teneri cerno, Latinam linguam in antiquitatis certamine Græcæ postponendam esse: propterea quod Latini à Græcis complures voces mutuuntur, Græci à Latinis nullas. Quotquot enim vocabula utriusque nationi communia esse Grammatici deprehendunt, ea ad Latinam linguam è Græca uenisse vno ore omnes consentunt. Eodem modo nemo dubitat quin hodiernus Gallorum sermo Latino sit posterior; quando clarè quibus perspicit, in communibus vocabulis primogenias significationis rationes è Latina lingua petendas esse. Idem cernitur in Hispanico & Italico sermone, ubi nemo ambigit, quin communes voces à Latinis deriuentur; tamen si eam sint passæ commutationem quam gentis utriusque imperitia inuexit. Quod igitur in his linguis perspicuum est, id in aliis quoque linguis quibus voces quæpiam sunt communes, euenisse dicemus. Stultum enim sit, sic opinari, ut casu dicamus vocabula eadem eiusdem esse in diuersis linguis notationis: & licet id in aliquot fortè accidisse daretur, in plurimis tamen, ut casus dicatur ualuisse, Peripatetici non admittent. Quamobrem quibus in linguis multæ voces communes esse deprehenduntur, in iis quæ prior alia sit, non fuerit difficile iudicare. Nobis itaque negotium erit, non ita, ut principio uideri posset, arduum, in linguæ nostræ uetustate comprobanda; si ceteris linguis omissis, Hebræam, Græcam & Latinam dumtaxat ei conferamus: propterea quod sermoni nostro plurima sint cum his tribus linguis communia vocabula; quorum rationes si docuero apud solos nostros uernaculos inueniri, nihil amplius fuerit de principatu ambigendum. Hic tamen illud præmonendum quod Varro ex Chrysippo, Antipatro, Aristophane, & Apollodoro sibi sumsit, uerba à uerbis declinatione quadam fieri, litteris aliis adsumtis, aliis reiectis: cuius rei causa in eo est, ut quæ deriuantur, alia ab illis fiant à quibus manant; cum citra eiusmodi mutationem uoces eadem manerent. Huc & illud spectat quod alia gentes alio sine uoces suas claudant, & quarundam litterarum loco alias substituunt: ut dum Latini Lucianum dicunt, Græci $\Lambda\upsilon\kappa\iota\alpha\upsilon\delta\upsilon\upsilon$ efferunt: quia in uoce loco prioris V diphthongus est, loco posterioris O paruum. Pro Quintium, Κοῖνιον efferunt; eo quod Q littera & V consonante carent. Eodem modo ubi nostrates duplex V, siue digamma duplex habent, Latini simplex digamma & sonant & scribunt. Quod enim nobis est Wijn / illis est Vinum; quod nobis Wal / illis Vallum; quod nobis Wan / illis Vannus: Græci digamma V carentes, pro Win / οἶνος efferunt. Huius nostratis litteræ loco quandoque Qu habent Latini, pro Wie Qui dicentes: quod apud Hebræos etiam aliquando cernas, qui pro Wacht / quod est Expectat, np dicunt; & pro Wort / quod est Fit siue contingit, np efferunt; & pro Wijshet / quo certissima ueritas notatur, wsp dicunt. Sed de id genus mutationibus, nobis suo loco plura sunt dicenda: hoc satis esto monuisse, eiusmodi uarietatem originis inuestigationem impedituram esse, nisi diligenter fuerit animaduersa. Quis neget,

Lingua Latina in antiquitatis certamine Græcæ postponenda.
Lingua Gallica, Hispanica, & Italica posteriores Latina.

Verba à uerbu quomodo fiunt.

Litterarum mutationes.

Wijn .
 Wal .
 Wan .
 Wie .

neget, Vim & βίον, rursus βίον & Vīo, ad easdem pertinere radices; in quibus tamen Beta pro V digamma positū videmus: Est porro & aliud in memoriā ē Græcis & Latinis Grammaticis vocandum; non raro veras rationes in vocabulis iam olim obsoletis latere: vt si Latini Mane dicāt cū Varrone à Manum, quod bonum veteribus significat, venisse. Infinita sunt tum apud Græcos, tum apud Latinos, huius generis exēpla; adeo vt plurima verba & nomina, in nomina iam olim perditā, in constructione transeant. Sic Sum præteritum perfectum facit fui, à suo; & Iupiter in Iouem exit, & Ζεύς in Δία. Verū quia hæc notiora, quā vel ipsis Grammaticorum pueris sint occinenda, non egent maioris illustrationis. Hoc solo opus est scito, frequentissimè primas plurimarum vocum radices inter desuetāta vocabula inueniri; & si vsquam alibi, hic vel maximè, Horatianæ illi admonitioni, quā antea commemorauimus, locum esse, quā cecinit, alia aboleri, alia nomina iam inter mortua renasci. Vt autem multarum vocum vel in præteritis, vel in obliquis casibus vestigia remanserunt; ita in compositione & deriuatione reliquias quasdam cernas vocum iam olim longa desuetudine abolitarū. Quamobrem & illud nobis sumemus, quod à Græcis iuxta ac Latinis vsurpatum videmus, vt è deriuatione & compositione multarum vocum significationes æstimemus, tametsi ipsa prototypa nomina sunt obsoleta. Ne miretur ergo quisquam, si nos noxam interpretemur; quandoquidem Ονωσελις in communi loquendi consuetudine vocatur, qui sine noxa est. Iam quia linguæ nostræ architectus copiosissimam vocum siluam tecit; non mirum est, si non omnes eandem rem notantes sint conseruata apud omnes. Equus multa nomina sortitus est è varia consideratione vel natura, vel seruitiorum, quibus homines solet adiuuare: aliis enim Teutonibus *nos* / aliis *hoxa* / aliis *grat* / aliis *per* / aliis *mar* / aliis alio nomine vocatur. Quamuis igitur nobis *Mar* nunc siue *Mer* in vsu non sit; est tamen *Meri* / pro equa, vocabulū vsitatum. Quid quod in translato ad aliud vocis vsu antiqua hæctenus significatio deprehenditur, dum *Mar* pro incubo in hanc venit orationem; *de Mar nre hem* / id est; equus eum equitat. Eodem modo domum alij *huis* / alij *hou* / alij *heim* vocant; nec mirari debemus, si non omnes omnibus his vocibus vtantur: satis est, apud Teutones alios aliam in vsu esse, & earum cuiusuis rationem in Teutonice lingua inueniri. Huc spectat & illud non parui vsus præceptum, vt è linguis, quas certò scimus ex alia quapiam lingua natas esse, nominum desuetorum, & iam longa obliuione sepulcorum significationem intelligemus, atque inde ad matricem linguam referamus. Quoniam itaque scimus Gallos olim nostrati lingua vsos esse, & apud eos hæctenus quasdam voces inueniri, non è Latino, sed è veteri sermone relictas; liberum nobis erit, eas tum ad interpretationem, tum ad quotidianum vsum reuocare. Sic Complutenis Hebræarum vocum interpres vocem מַחֲרָה dicit in gladij significatione accipi posse; eo quod apud Græcos, quos putat linguam suam ab Hebræis habuisse, gladius vocetur Machæra. Eandem regulam D. Hieronymus secutus, מַחֲרָה apud Sophoniam nugas interpretatur, è Latino sermone Hebræicæ voci quærens notationem; propterea quod crederet, Latinam linguam ex Hebræica primam originem duxisse. Liceat ergo nobis quoque eadem via & ratione in obscurarum vocum notitiam venire; & si quod nomen apud Gotos in Hispania, vel Longobardos in Italia, vel Francos in Gallia, vel Anglos in Britannia, vel alios in alia regione Germanorum colonos inueniamus, cuius & vsus & notatio nostris hominibus perit, postliminij iure in veterem asserere libertatem. *Mar* pro vacuo nostrates non vsurpant; cum tamen olim in vsu fuisse, duo Antwerpæ suburbana loca manifestè demonstrent, sub hac *Lar* nomenclatura omnibus nota, quā sortita sunt ea de causā, quod vacua sint & nuda. *Lar* autem vacuum denotare, Allemani docebunt; quorum lingua cum nostra easdem habet radices. Sic *Fer* pulcrum esse intelligimus, quia quamuis ea voce nunc non vtamur; Angli tamen, quid significarit apud priscos vel Saxones, vel Britanos, quotidiano suo vsu nobis ostendunt: tametsi in huius vocabuli notitiam è deriuatione etiam, per quam *Fer* dicimus; & compositione, quæ ex *Fer*-rom facit *Ferom*, venire possimus. Verū siue voces apud nostrates hoc tempore obsoletas à priscis repetamus, siue eas ab aliis huius ætatis hominibus lingua Teutonice vtentibus mutemur; id semper obseruandum, ne vlla admittatur, nisi claram significationis suæ rationem è lingua Germanica ducat. Quod si hac via sermone nostro copiam & supplementum

Vocabula obsoleta.

nos.
Onnoseli

Equi multa nomina apud Teutones, è varia consideratione, nos / hoxa / Guit / Per / Mar / Meri

Domus nomina, huis / Hou / Heim,

Galli olim Cimbrica lingua sunt vsi

Mar

Fer

ta quæramus, ingenti pulcherrimarum vocum accessione linguam Teutonicam locupletabimus, & maximum eius usum ad ceteras linguas rectè interpretandas ostendemus. Ceterum ne in veris nominum originibus inuestigandis citra demonstrationes progrediamur, principia quædam partium ex iis quæ priore libro tradidimus, partim ex Academicis hortis, partim ex communi hominum intelligentia deducta proponemus; quibus, tanquam rectissima quadam amussi, omnis censura nostra dirigatur.

Voces primogenia Germana in qua que lingua qua censenda.

In primis itaque, si suorum cuique linguæ nominum ratio constare debet, perspicuum fit, vocem primogeniam in ea lingua non esse, in qua nulla eius vera causa reperitur. Deinde si quod vocabulum duabus pluribusue linguis sit commune; id eius linguæ proprium germanumque censeri, in qua rei significatæ convenientissima potest ratio reddi. Hæc duo pronuntiata tametsi ex iis quæ de vocum formandarum ratione conclusi, effici non possent; per se tamen assensum approbationemque merentur, cuius rei clara est apud Platonem testificatio, quo loco, cur ignis $\pi\upsilon\rho$ Græcis dicatur, inquit. Interrogat Socrates Hermogenem, ecquam causam dare possit de Græco sermone, cur ignis rectè hoc nomine $\pi\upsilon\rho$ vocetur: qui cum se nihil habere diceret, Socrates ad hunc ferè modum, Considera (inquit) quid ego de hoc suspicer: Cogito Græcos, cum alios, tum eos qui sub Barbaris habitant, multa nomina à Barbaris accepisse. Quid inde, inquit Hermogenes? Cui Socrates, Si quis, inquit, quærat, quæ sit horum rectitudo, de sermone Græco, & non de illo, è quo nomen manat, scis profectò eum in ambiguo hæsurum. Et meritò, inquit Hermogenes. Vide igitur, inquit Socrates, & hoc nomen $\pi\upsilon\rho$ à Barbaricis sit: Hoc enim nec facile Græcæ linguæ aptes, & clarum est, Phrygas ita ipsum nominare, parua quadam facta declinatione, non secus ac vocem $\upsilon\delta\omega\rho$, & $\nu\upsilon\alpha\varsigma$, aliaque multa. Hæc & alia eòdem spectantia, apud Platonem; è quibus luce ipsa clariùs liquet, cum nominibus omnibus rationem esse quærendam, tum vnamquamque vocem ad eam linguam examinari debere, è qua originem accipit. Hinc Plato $\nu\alpha\lambda\iota\alpha\varsigma$ nomen Græcum esse negat, quoniam nulla eius ratio apud Græcos reperiatur. Nos docebimus, $\nu\alpha\lambda\iota\alpha$ bonum esse, & $\epsilon\alpha$ eius contrarium, & illud quidem vocabulum primum esse de litterarum natura atque potestate factum; hoc verò per Analogiam, Cimbris propriam, ad significatum suum derivari. Quintilianus, & ante eum Varro, & ceteri hos secuti, Græcis, & apud hos Æolibus maximè tantam vetustatis auctoritatem tribuerunt, vt si qua vox Græcis & Latinis communis esset, eius apud Latinos frustra quæri rationem putarent; atque hac ipsa de causa Quintilianus Varro nem, ceu sui oblitum, in Agri nomine reprehendit; & Varro se in Veris vocabulo causam Latinam quærentem castigat, eo quòd apud Iones $\beta\eta\rho$ pro eodem tempore dicatur. Quòd si Plato de his duabus vocibus interrogatus, comperisset, vtriusque exigua declinatione facta, usum apud Phryges & Cimmericos esse; an non mox à Græcis ad Barbaros eas ablegasset, propterea quòd hos illis faceret vetustiores? Certè nobis $\alpha\gamma\rho\varsigma$ arter/ à quo ager; & $\omega\epsilon\epsilon\tau$ / à quo $\beta\eta\rho$, in vernacula est consuetudine loquendi. Sed de his hoc loco non agimus: id agimus, vt hæc nostra axiomata, quorum alterum alteri consequens est, intelligantur, non ex iis modò, quæ antè tradidimus, probabili, imò necessaria conclusione effici; verùm etiam apud grauissimos Græcæ & Latinæ linguæ auctores iam olim in summa fuisse dignatione, & eandem quam nos volumus, vim posse esse fidei in vocabulis dubiæ originis adstruendæ. Qui ergo hæc non concedet, cum eo ne verbum quidem commutare certum est, vt cum homine communis intelligentiæ vel experti, vel aduersario. Si quando itaque fiet, vt fiet non modò frequentissimè, sed in vocibus plerisque omnibus, quæ pluribus linguis sunt communes, vt de primo ipsarum fonte disputetur, hac regula perpetuò vtemur, quæ de Græcorum Latinorumque principum consensu, sola dirigit ad veritatem. Sunt tamen & alia quædam indicia, non illa quidem tanti, quanti quæ ex principiis modò commemoratis sumuntur; attamen non omnino negligenda. Dixi, in vocibus Cimbricis peculiare quoddam & præcipuum artificium inueniri; quo nomina conuertuntur. Hoc itaque vbicumque cerneretur, clarè ostendet, super qua incude vox sit excusa. Vt enim è capitibus, & longitudinis cum crassitudine analogia, columnæ vel Corinthiæ, vel Ionice, vel Doricæ artis esse cognoscuntur: ita hæc conuersionis formula voces nostrates esse conuincit. His igitur argumentorum, quibus in radicibus inuestigatione vsuri sumus, sedibus collocatis,

ωδρ.

ναλία.
να.
εα.

Ager, αγρως.
Ver, βηρ.

locatis, aliud rursus exordium sumamus. Qui vel apud Hebræos, vel Græcos, vel Latinos, de etymologia, quæ recta nominum ratio est, libros reliquerunt; ij ad vnum omnes voces vocibus deducunt: quod tantisper faciunt, dum ad aliquam primam perveniant, cuius nullam sibi causam ulterius quærendam arbitrantur. Cum enim vocum numerus certo fine claudatur, nec circulo ad easdem ex iisdem recurrere via & ratio in disciplinis tradendis observata permittat; ut in aliquo tandem vocabulo originum inquisitor consistat, necesse est. Sic Hebræus radicibus suis nullam ulterius significationis causam vel quærit, vel domi suæ potest inuenire; cum tamen ea plerumque tribus consonantibus, & duabus vocalibus constent, tantum abest ut verborum analysin ad vnam syllabam deducant. Atqui huius ultimæ vocis, æquè erat, ac priorum, ratio assignanda; si verum illud est quod modò explicavi, etymologica doctrinæ principium; quod nullum verbum eius linguæ proprium facit, in qua vera ipsius ratio non inuenitur. Fateantur ergo, oportet, Hebræi, vel radices non esse à lingua sua oriundas, vel non omnium verborum symbolicas rationes posse reddi. Prius numquam concessuros opinor; ne fateri cogantur, priorem aliquam linguam esse, ad quam radices sint ablegandæ: posterius tale est, ut Hebraicam linguam eo prius artificio, quod Aristoteles iuxta ac Plato in vocabulis esse debere indicarunt, dum ea symbola dixerunt. Quo dato, Hebræorum sermo non tantum non esset primus habendus, sed etiam reiiciendus ex ea palæstra in qua de sermonis præstantia certatur. Academiæ princeps in Græcarum vocum originibus inuestigandis duas sibi posuit metas, ad quarum alteram cum venisset, non ulterius quærendum putavit. Quarundam enim vocum primordia à Barbaris petiuit; ad quos cum venisset, gradum sistebat, exteris externorum nominum rationes relinquens. Aliarum vocum quas à primis natalibus Græcas esse censebat, causas quærare non prius cessabat, quàm ad ipsa elementa pervenisset, atque ex iis symbolicam vocum & rerum analogiam assignasset. Et rectissimè profectò, quando nulla verba prima dici possunt in compositione, nisi proximè in ipsas litteras solvantur, è quarum natura vis significationis existat. Quamobrem nulla lingua prima vel esse, vel dici potest, in qua causæ significationis vocabulorum, non ad ipsa simplicissima vsque elementa, nullam ulterius admittentia diuisionem, explicantur. Quòd si hoc mihi cum omnibus conuenit; haud video, qui vel Hebræi, vel Græci, vel Latini, de sermonis principatu nobiscum certare possint: cum in sola nostra lingua, non in alia, hæc vocum ad indiuidua elementa fiat dissolutio: quam ut plurimis exemplis docere possum, ita ineptum sit, & rectæ ordinis rationi contrarium, si prius in ipsis litteris significationum causas reddere coner, quàm natura earum, & symbolica sonorum cum rebus ipsis analogia, fuerit explicata. Nisi enim cognoscatur litterarum & rerum conuenientia & similitudo, frustra ex ea vocum compositarum rationes docebo. Quò igitur recta via oratio nostra progrediatur, primum nobis de litteris & earum potestate fuerit agendum: quod ut minore fiat molestia, ieiunam & frigidam huius laboris exilitatem nouis quibusdam, & hactenus ignotis spectaculis, è scena etymologica petitis, paullo reddam; quàm res ipsa polliceri videtur, iucundiorem.

*Etymologia-
rum scripto-
rum quosque
vocalium
origines in-
quirant.*

HERMA-



Littera definitio.

VMIGITVR primas voces ad ipsa elementa deducendas esse, & Socrates & Socrati consentanea veritas tradat; primùm nobis generatim de horum natura disputandum. Quemadmodum enim eum qui res coloribus imitatur, principio colorum discrimina in singulis pigmentis nouisse oportet; ita nobis etiam quibus propositum est rerum effigiem litteris construere, primùm est omnis litterarum varietas cognoscenda; quod ut fiat, quid littera sit, definiatur. Quoniam autem dictum de lingua nos agere, quæ tota ex vocibus constat; & iis non quibusuis, sed factis ex hominis arbitrio, ad significandas imagines rerum animo conceptas, vel ipsarum imaginum conceptionis modum sub pathematum quoque nomine comprehensum; dicemus litteram esse minimam sermonis partem. Iulius Scaliger, in causis linguæ Latinæ, Litteram definit partem dictionis indiuisibilem: quæ descriptio si tam morosè expenderetur, quàm ipse in aliorum scriptis est curiosus uicilitigator, nescio an totam litterarum latitudinem comprehenderet: cum & apud Latinos, & apud Græcos litteram queas inuenire quæ nullius dictionis pars sit, cum ipsa totam dictionem per se sola constituat, ut A præpositio, O vocandi nota. Sed hoc leuius. Quò verò hanc definitionem construeret, odiosissima sophismatum congerie eos exagitat, qui litteram partem vocis cum dixissent, quo definitionem suam explicarent, vocem quoque finiuerunt. Et cum non rectè id ab eis factum dicat, quòd hoc Philosophi, non litteratoris, munus sit; ipse in eundem lapidem impingit, integro minutiarum plastro è Philosophia in alienum domicilium, ut ipse fatetur, inuecto; quas qui discuteret, multas inueniret nihil solidum tinnientes. Inter alia, carpit, litteram partem vocis dici; quia eo modo litteræ scriptæ, quæ non pronunciantur, litteræ non essent. Quasi verò id absurdum sit, quid ad sermonem, siue scribatur, siue non scribatur. Quòd si scriptio sermoni sit prorsus externa, cur non dicetur & singulis eius partibus externa? Iam & ipsemet fatetur, litteram esse posse sine figura, & figuram ei omnino esse accidens. Sed hic durus censor, quo omnem litterarum latitudinem comprehenderet; vocem homonymam per homonymam definiuit. Neque enim vna substantiæ ratio est, dum littera vocem, & dum figuram ipsius notat, non magis quàm eadem hominis viui, & hominis picti, sub hominis nomine, substantiæ ratio est. Quis non eum scholis explodat, qui res omnino essentia differentes, sub nomine eo definiat, quo secundum diuersam substantiæ rationem significantur? Dictionis nomen, ad dictionem pronunciatam, quæ vox est; & ad dictionem scriptam, quæ figura vel figuris constat, extendit, uti & ipsam litteram; atque ita putat se rectè definitionis munere functum. Nos scimus, nomen plura significans prius in significata sua distinguendum, quàm eius vlla detur definitio: quoniam diuersis significatis & genera & differentiæ sint diuersa, nihil inter se, secundum ipsum illud nomen quo significantur, communicantia. Qui igitur auditoris intelligentiam confundere cupit, is homonyma eadem definitione comprehendat. Aristoteles cum primo De cælo libro, tum eorum quæ post Physica scripsit, lib. vndecimo, disertè præcipit, ut nomen plura significans vel vitetur inter disputandum, vel quid eo intelligi debeat, exponatur: quod præceptum qui prudens negligit, is, eodem tertio Rhetoricorum libro teste, partes sibi sumit cauillatoris, fraudem auditori, non dilucidam doctrinam, quæ ingenuos atque graues viros decet, parantis; tantum abest, ut eadem definitione homonyma complectenda esse tradat. Atque ita sanè est, aliud nihil sibi quæsiuisse Scaliger videtur, quàm ut in Grammaticæ suæ principio lectori parum in Philosophia versato sophismatis illuderet. Quo tamen homonymiam suam excusaret; adiecit, se vocem in his libris pro dictione scripta accipere; quoniam vox esse possit: quod tam subtiliter ab ipso dici video, ut quid sibi velit, obtusum meum ingenium non intelligat: nisi fortasse fieri possit, ut scriptura quæ vel figura est, vel figurarum complexio, vox fieri possit; quam metamorphosin Ouidius libenter admitteret, qui puellam in vocem Echo vocatam mutauit. Scio equidem quæ scriptura notantur, ea voce quoque notari posse: at tam hebes sum, ut aciem meam

meam fugiat, quæ scriptura vox fieri possit. Ut elocutionis præcipua laus est perspicuitas; ita ea nusquam magis est necessaria, quam in quæstionibus ad philosophiæ acumen agitandis; quas Scaliger à litteratoris officio alienas esse, contra veteres Grammaticos criminatus, ipse citra omnem necessitatem & doctrinæ lucem, tamquam salebras quasdam in primo limine lectoribus obiecit, in quas ego quoque inuitus impegi. Transiliissem profectò eas omnes; sed nolui, ut quisquam putaret, de hac scripturæ & vocis apud doctissimum hunc virum confusione, me perperam facere, dum prius de voce, quam de scriptura tracto; dumq. litterarum figuras definitione mea non complector, quod meum factum ipse in veteribus reprehendit. Minima igitur pars sermonis qui totus vobis constat, Littera dicatur. qua descriptione etiam A præpositio, quæ nullius simplicis vocis pars est, continetur. Scaliger acutiùs hæc declinat difficultatem. Nam cum dixisset, Litteram minimam partem dictionis; dictionis voce vsus, pro simplici vocabulo. Accidit enim, inquit, dictioni cuiuspiam, vnica vt littera cõtineatur; ibi enim est pars, & totum, idem. Quid, bone vir, si accidit dictioni cuiuspiam, vnica vt littera contineatur: quæ fieri potest, vt in ea dictione littera sit, quam esse partem dictionis definiuisti? Excusas hîc, idem totum, & partem esse. Fateor, idem & totum & partem esse posse, sed collatione diuersorum. at quæ possit idem sibi ipsi totum esse, & pars, non intelligo. Deinde cum huic dictioni nulla possit contingere diuisio; qua, quæso, ratione partem habere dicatur? Confiteor libenter, te Oedipum, me hîc Dauidum esse: facilius erat dicere, hanc vocalem, quamuis hîc dictio sit integra, eius tamen naturæ esse, vt alibi minima dictionis pars esse queat. Quemadmodû si quis hominẽ animal esse dicat æternarum rerum scientiæ compos; non dicit quosuis homines ad hæc scientiam adspirare; sed eius hominem naturæ esse, solus vt possit inter animantia omnia hanc scientiam adipisci. Verùm video magna vi contra me Grammaticos insurrecturos, qui Litteræ nomen à linendo deducunt. Sed hîc mecum non nihil facit Scaliger, cuius hæc contra eos verba sunt: Neque enim à lituris litteræ, quia deleterentur; prius enim factæ, quam deletæ sunt. At formæ potius atque *ἑστίας* rationem, quam interitus, habeamus. Hæc ille, contra Priscianum, bene fortassis, nisi mortales quoque homines vocarentur, non à forma, neque ab essentia, sed ab interitu. Verùm dicerent alij, à litura litteram dici, at lituræ nomine minimè id intelligi quod Priscianus & Scaliger voluerunt, quasi litura deletionem notaret. Longè aliter res habet. Qui linit, lituram facit; qui lituram tollit, delet. Tectoria lendo, id est, linendo, inducuntur, delendo tolluntur. Cicero de Columnis à Verro restitatis, Dico esse ex qua tantum tectorium vetus deletum sit, & nouum inductum. quo loco quidam delitum legunt, non deletum; quasi delino esset, id quod illitum est, tollere. Nostra non refert, vtrum legatur; id modò constet, tectorium linendo induci, & à lino lituram, pro eo quod illinitur. Sic Columella: Solem etiam & pluuiam arcet eiusmodi litura. Qui igitur ceris tabulas inducebant, vt stylis in iis scriberetur, primam faciebant lituram, quam is qui scribebat, fossularum ductibus signabat; quæ fossulæ, dum littera vel totus versus tolleretur, rursus eadem cera linendo operiebantur. Verùm à priore litura littera dici videtur, tamquam à materia in qua fiebat; at à posteriore litura qua notæ prius signatæ inducebantur, litura in eam suspensionem falsam venit, vt pro deletionem dumtaxat vsurpanda videretur. Scaliger, vt hunc scopulum euitaret, à linea litteram fecit, tamquam lineaturam; atque idcirco primam naturam, non positionem, longam esse. Vellem addidisset, vnde linea dicatur, an à lino verbo, an voce linum; & si ab hac, non ab illo, vnde linum ita vocetur. Sed de hoc paullo post. Scaliger, quasi certissimum esset, litteram à linea deduci, Priscianum & ceteros eiusdem sententiæ litteratores condemnat, quòd nomen hoc deriuent, vel à litura, vel à lego, & iter, ceu legitera diceretur. Nec eo contentus, vltra pergat, litteram dicens minimam esse partem dictionis dicendam: propterea quòd & linea, vnde dicta est, minima quoque sit dimensionum; atque hinc fieri, vt elementi quoque nomen mereatur. Hoc statuto veterum sententiam conuellit, qui falsò litteras notas dixerunt, elementa autem pronunciationes. Litteram quidem notam esse permittit, at elementum pronunciationem negat, sed ipsum illud, quod pronunciat, esse contendit. O subtilitatem cauillatoris! quasi aliud dicere voluerit Priscianus, quam quod Scaliger exponit, cum pronunciationis nomine perinde ille vtitur, atq. oratio sæpè dicitur id quod oratur,

Littera nomen vnde ducatur.

non

non ipsa actio orantis. An non enunciatio, affirmatio, negatio, & similia, eodem modo apud Dialecticos intelliguntur; cum per orationem quæ vox est, tamquam per genus suum, Aristoteles ea definit? Elementum autem non solum id quod pronuntiatur, sed notam etiam esse vult; quia sit pars dictionis, ipsam, ut verbis eius utar, constituens; sicuti ignis, aer, aqua, terra, corpora hæc nostratia. Video hinc collectionem planè Cæsaream, Elementum est pars dictionis, ergo est nota. vult enim vir hic Dialecticæ peritissimus, nos tam acutos esse, ut enthymema hoc ad hunc modum expleamus: Elementum est pars dictionis, dictio est vox scripta, ut post in eodem capite docet, & pars est eiusdem naturæ cum toto: ergo & elementum perinde erit nota eius quod pronuntiatur, atque tota dictio scripta. Optimè sanè Theodecten monuit Aristoteles, cauillatoris esse, homonymis apud audientes uti: ut scilicet Priscianus & ceteri veteres malè videantur dixisse, hic ex dictione scripta argumentum ducit ad dictionem primò, propriè & simpliciter dictam. Dictio scripta haud secus dictio est atque homo pictus est homo; quo fit, ut procedat collectio, non aliter, quàm si quis dicat: Manus est pars hominis, ergo manus est pictura. Non nego, dictionem scriptam, dictionem dici; sed analogicòs: atque ita elementum quoque Priscianus fatetur per vocis abusum de notis dici. Si verum esset quod littera à linea, vel à litura diceretur; rectè antiqui statuisent, nomen hoc propriè ipsis notis conuenire, & analogiæ ductu ad voces transferri; nisi fortasse Scaliger neget, lineas potius notis, quàm vocibus, conuenire. Deinde si à linea littera dicatur, necesse erit fateri, nomen hoc non prius elementis vocabulorù datum fuisse, quàm scriberentur; cum vocibus nulla antea fuerit cum lineis communio; quæ tum demum nata est, cum animi sensa, non solum verbis, sed lineis etiam, homines exponere cœperunt. Nos ex hac opinionum diuersitate in eam concessimus sententiam, ut litteræ nomen antiquius esse credamus, quàm ut eius origo apud Latinos sit quærenda: quam opinionem meam ipsa deinde litterarù natura confirmauit. Propriù enim litteræ est, ut minima pars vocis esse possit: qua nota sic natura eius explicatur, ut vocalibus etiam per se extra sermonem explicatis, siue dictionem integram constituant, siue nõ constituant, conuenire cernatur: ad quam normam priorem etiam definitionem meam intellectam volo. Hoc ipsum autem vocis notatione clarissimè expressum est, non illud quidem in lingua Latina, sed eam quam Cimmerij, primi Italiæ incolæ, sub Iano auo suo loquebantur. **L**et enim membrum significat, quæ vox passim ab aliis delicatioribus **L**it effertur: **E**m autem simplicem vocem notat; vnde **E**mnen, est vocem eiusmodi proferre, ut cum dicimus, **H**i en dar niet emnen/ id est, ne simplicissimam quidem vocem audet proferre: alij pro **E**mnen/ **B**innen dicunt, sono quodam medio ex **V** & **I**. Huius contrarium est **M**uier/ pro eo quod est, nullam vocem edere; hinc **M**uit/ pro tempore eo quo aues in tenebris feruantur ne canant. Hinc Latinorum **M**utus. Multi tamen in **M**u siue **E**m aspiracionem exiguam addunt, ut sit **h**ummen/ vel **h**emmen/ vnde nobis **h**ummen/ pro eo quod est murmur & confusum sonum edere: vnde **H**ummen/ crabrones vocantur, à magno bombo quem edunt inter volandum. Ex eodem fonte Hebræorum **חחח** homa siue hama, quo murmurare & confusum sonum edere notatur. Vocem autem primam nostratem esse, ex analogia formationis cognoscas; eo quod conuersum eius contrariæ sit significationis, quod soli nostræ linguæ suum propriumque esse demonstraui. Et quamuis fortè quibusdam **M**ui non esset in vsu, est tamen eius proles, **M**uit/ omnibus nota, in ea, quam dixi, notione. Hinc etiam **M**uis, pro animali tacitissimo, vnde Latinis **M**us, & Græcis **Μῦς**. **M**uisen item est tacite querere, perinde atque mustelæ domesticæ, siue eluri mures obseruant, magno nimirum silentio; à qua voce **M**usæ Latinis & Græcis: quas sic Orphici vocarunt, quod magna quiete & silentio omnium rerum externarum ei opus sit, qui diuina velit inuestigare: qua de re alibi. A **M**ui etiam fit **M**ustela, quo animal significatur quod clam furatur: nam **stelen** est furari. Esse autem hoc nomen nostras, non Latinum, ex eo perspicuum est, quod nobis apertissima sit etymologia, à natura animalis petita, quam Latini domi suæ nequeant inuenire. Has igitur dictiones **M**u & **M**uitum de conuersionis formula nobis peculiari, tum de vocibus inde manantibus, & earum interpretatione, naturæ rerum significatarum congruenti, quam frustra alibi quæras, constat prius in nostra, quàm in alia lingua fuisse: atque idcirco omnia itidem vocabula, ex his primordiis deriuata, nobis deberi; tamen si

*Cimmerij
primi Italia
incola.*

*Let siue Lit.
Em / siue
Em.
Emnen siue
Emnen.
Hemmen siue
Hummen.
Muen.
Muit.
Mutus.
Hummen.*

*Muis.
Mus. Mūs.
Muisen.
Musæ.*

Mustela.

in defuetudinem quædam apud nos abiuerint, quæ, si quod antè postulati, detur, in vsum matricis linguæ de sobole licet reuocare; quo sensim prima lingua, quoad eius fieri potest, diuitias suas dissipatas colligat. Sed quo magis clarescat, *Um* siue *Em*/ pro voce esse vsurpatum; ex composita etiam dictione argumentum sumemus. Non raro enim fit, vt vox simplex alta obliuione sit sepulta; cum tamen in compositione vsus eius seruetur, quo casu significationem ab ea petemus; quod semel dictum, vt vbiq; in similibus valeat, posco. *Aesum*/ siue *Aesem*/ vt alij efferunt, pro diuersitate dialectorum, anhelitum significat, siue aërem, quem diducto pectore intus rapimus, & compresso expiramus; quod nomen datum est ab vsu homini proprio. Cum enim locutione à ceteris animantibus omnibus differamus; ab hac excellentia vehiculo vocis nomen *Aesum* datum est, quo, ad verbum, alimentum vocis notatur. *Aes* enim alimentum est, vnde *Aesum* alimentum vocis. Subiectum enim, siue materia, ipsas qualitates alere idcirco dicitur; quod eas, non secus atque nutrimentum quoddam, sustentet ac conseruet: quod cum omnibus formis accidentariis est commune, tum nusquam clarius, quàm in voce, quæ pro ratione spiritus innumera recipit discrimina: quæ cum Iuscinia studiosè persequitur, tantum frequenter alimenti voci tribuit, vt seipsam spiritu omni & vita exhauriat. Videmus & illos qui alta voce diu quotidie cantant, plurimum sibi querere alimentum, quod vox plurimum absumat: & hinc inter cetera exercitationum genera, apud medicos non postremum locum ei tribui, quod alta voce constat, vel cantando, vel legendo, vel etiam ad populum orando. Ad magnam enim & diurnam vocem, bonis lateribus opus est, & robustis; ad robur, copioso nutrimento. Bene itaque spiritum hunc quem attrahimus, & rursus efflamus, vocis alimentum linguæ nostræ fabricator vocauit, ab vsu videlicet tanto nobiliore, quanto nobilius est & præstantius, sermocinari, quàm vitam dumtaxat simplicem, qualis communis omnium est animalium, inspiratione tueri. Latini ab *Asem* *Anem* fecerunt, & addita terminatione, *Anema*, ac deinde *Anima*. Hic aliud linguæ nostræ compendium considerandum, quod eadem vox vt verbum, & vt nomen vsurpetur, citra tamen ambiguitatem orationis, quam constructio integrè tollit. *Asem* enim nomen est, dum dico, *ic hael nujuen asem*/ id est, ego duco spiritum meum; at si dicam, *ic asem*/ id est, ego duco spiritum, *Asem* verbum erit. Ab *Asem*/ siue vt verbum, siue vt nomen vsurpetur; fit *Aem* syncopòs frequens nobis in ore, à quo Græcis *ἀνψυ*, id est, *spiro*: verum *ἀνεμος*, pro vento, fit interiectione *Ni*, vt apud Latinos *Anima*, qua voce anhelitus primò significatur; vt in illo Plauti: *An fia tet anima vxori tuæ?* Et apud Virgilium de malo Medica:

Aesum / *siue*
Aesem.

Aes.

Anima.
Aem.
ἀνψυ.
ἀνεμος.

— Animas & olentia Medi

Ora fouent, illo & sensibus medicantur anhelis.

Quia verò in respiratione vitam consistere, Romani prisca videbant, ita vt esset idem & vitæ & spirationis finis, animam pro eo posuerunt, quod homini vitam dat. Græci à prima lingua longius recesserunt, dum quemuis ventum *Anemon* vocarunt. Ex *Asem* itaque anima, *ἀνψυ*, *ἀνεμος*, quorum Etyma è nostra lingua petita, monstrant, vt paulatim à primo vocum vsu sit recessum. Cum igitur clarum sit, *Asem* siue *Asem* ab *Um* siue *Em* fieri; clarum item erit, *Um* siue *Em* vocem notare, si vt nomen vsurpetur; sin vt verbum, idem esse quod vocem emitto. Quamobrem *let-ter-em* notabit membrum ipsius vocis. *Ter* enim siue *Ter* articulus est: sed quia *Let* dicimus, & *Lit*/ex *Litterem* Latinus fecit *Litteram*, quæ nominandi casu *Littera* dicta. Nobis breuitatis, quam vbiq; querimus, causa, per caudæ incisionem, *Letter* nunc vocatur, haud dubie *Let* dicenda: nisi discrimen esset seruandum inter *Let*/ quo generatim quoduis membrum significatur; & inter *Letter* decurtatum à *Letterem*. Ipsa itaque nominis origo demonstrat, *Litteram* vocis membrum esse; at illud maximè membrum est, quod à toto, quod oppositum est, quamlongissimè recedit. Minimum igitur membrum, dum simpliciter membrum vocis dico, intelligetur, quod à totius natura maximè distat. Hinc modò constat, *litteræ* nomen prius voci, quàm voci scriptæ conuenire; nec dici à *Litura*, nec à *Linea*; & ita tolli omnem illam Grammaticorum de elemento & *littera* disputationem: tum etiam per duplex *τ* scribendum esse, atque ita ob duplicem consonantem primam produci. Cum ergo *Letter* vocabulum nostrum, & *Littera* Latinorum, hanc habeant symphoniam, vt alterum ab altero deductum videatur; necessarium erit, con-

Littera, id est, membrum vocis.

d fiteri,

Elementū & littera quo modo differant.
Elementi definitio.
Elementum unde dictum.

Et.

Men.
Mem.
Mino.

Littera nomē quomodo scribendam.

fiti, primogenium ius penes illam esse linguam, in qua ratio rei naturam explicari inuenitur. Elementum igitur & littera non illud habebunt discrimen, quod Priscianus annotauit: sed elementum prima pars cuiusuis rei compositæ; littera prima, siue minima pars orationis dicetur. Quoniam autem de linguarum primatu agimus, & is penes eam sit, quæ pluribus est prior, & prior nostra deprehensa sit in vocabulo Littera: tentemus an etiam prior sit in Elementi nomenclatura. Elementi nullam apud Latinos video Etymologiam: qua de re si principio à Platone confirmato consentanea dicemus; fateri oportebit, ex alia lingua ad Latinam venisse: non è Græca, aut Hebraica, ex alia igitur; videamus ergo an è nostra. Cerno hic latissimum campum, & multarum vocum elementa in vnius elementi nomine aperiri, quæ nihil est necesse sigillatim ad viuum refecare. Et & Le opposita sunt, è quibus duobus conuersionis apud nostrates vsurpatæ generibus, varia vocabula nascuntur; & inter alia, *Et* significat quicquid subtile est & nobile: eo quod, quanto quæque res simplicior est & minus composita, tanto propius ad primæ causæ simplicitatem accedat: de quo alibi latius, ne hic omnia simul congeram. *Et* igitur inter alia exile quoddam significat: *Mem* membrum esse, modò dictum. *Men* idem quod ducit, siue agit ad aliquid; cui contrarium est per conuersionem *Mem* quod est, abducere ab aliquo, siue abigere. *A Men* verbum est antiquum Latinorum *Mino*, apud Bibliorum interpretem eleganter vsurpatum: quod si quis, vt minus Romanum, reiiciat; Festum audiat, qui Agastones minantes, & Agere minare interpretatur. *Mino* autem à *Men* esse, mutato E in I, palam est; quandoquidem conuersionis nostratium propria, hanc vocem ab origine prima nostram esse conuincit; quæ cum nobis & Latinis communis sit, ad Latinos à nobis venit. Elementum igitur particulatim diceretur, *Et* *let* *ment*; sed Tau apud nos frequentissime in compositione, & simplicibus etiam vocibus, Euphoniæ causâ, eximi, in Originibus sæpius monui, quàm in eo hic multum me esse oporteat. Exempto igitur Tau, de more nostro, elementum idem est, quod res subtilis membrum adducens, siue secum agens. Cernimus hinc principio elementum esse quid exile & simplex, deinde ex ipso membra constitui omnium corporum compositorum. Nullum enim membrum est animalis tam exile, quod non ex elementis constat. Postremò, tertia dictionis parte docemur, elementum non propriè de illis dici, quæ non moueant. Singulis enim elementis suis est motus: Igni, aëri, aquæ, & terræ, quorum mistione, dum alia ab aliis aguntur, & mouentur; membra corporum producuntur: ita vt Elementum, de vi nominis, describi queat, subtilissimum & simplicissimum quiddam esse, quod motione sua membra adducit: vel, Elementa esse corpora simplicissima, quibus inter se agentibus, membra fiunt. Vnde cernas, elementum non quamuis partem esse, sed eam, in quod vel minimum membrum ulterius, vt in partem subtilissimam, resolui possit. Ex his igitur elementis, quorum mistione & agitatione membra viuentium constituuntur, appellatio transiit ad litteras, quarum motione, verba, quæ sunt membra sermonis, in medium proferuntur, & quasi minantur: eo quod instrumenta vocibus edendis destinata, ipsa verba quodammodo ad aures, quibuscum loquimur, minant; quod in iis, qui magno conatu, & grandi spiritu, voces suas proferunt, quales sunt Alemanni & Sueui, clarissime videtur. Et hæc quidem de nominum litteræ & elementi rationibus: quibus si Latini meliores, & propius rei naturam aperientes, adducent, libenter eis de primaria harum vocum possessione cedemus. Tempus iam esset, vt ad litterarum diuisionem accederetur: quod equidem facerem, nisi Scaliger remoram puppi inieciisset, qua reatum cursum impediuit. Quia enim litteræ nomen per simplex T scribendum contendit, eo quod à linea deducatur, possétque summa viri vndiquaque in omni scientiarum genere doctissimi auctoritas sententiæ meæ pondus prorsus eleuare; putauit non abs re fore, si nonnihil adhuc momenti lanci meæ addam; & quantum addidero, tantundem eius rationibus demam. Dicit litteræ primam syllabam naturâ longam esse, quia à lineatura fiat: è quo efficitur, vt malè per duplex T scribatur: cui scripturæ omnes antiqui codices reclamât, quod Paullo Manutio, accuratissime veterem orthographiam in lucem reuocanti, & perpetuò vetustos codices voluenti, potiùs credendum existimo, quàm nouam legem Iuliam in Grammatica recipiendam, qui, præter indubitam veterum exemplarium, & inter cetera Pandectarum, qui Florentiæ magna religione

religione seruantur, fidem; addit etiam inscriptionem Prænestinam, quam me quoque memini vidisse, cum illic cum Pigghio, antiquitatum omnium curiosissimo inquitore, vetusta monumenta, & inter alia, Syllæ pavementum lustrarem: Eius quintus versus ita habet,

Cuius ne taceat memorandum littera nomen.

Quocirca unanimi totius antiquitatis consensui potius accedo, quam Scaligero, nonnam sibi etymologiam comminiscenti, & ex ea, omnes Veteres erroris damnanti. Verum ut demus hoc Scaligero, quod ei nemo est eruditorum assensurus, Litteram à lineatura nomen accepisse, non tamen ob id euincat, primam huius vocis originem, potius Latinam, quam nostratam esse. Quæram enim vnde Linea dicatur. Non dicit, opinor, à Lino verbo, quod eius prior syllaba brevis sit; sed à lino nomine, propterea quod ex lino linea fieret, qua prius funiculus tenuissimus è lino factus significatur, quam ductus ille rubricæ, qui ad funiculum à fabris fieri solet; quod ex idoneis auctoribus, qui volet, discat. Verum bene illud quidem, lineam à lino dici: sed vnde linum? Hic, ni fallor, perfugium quæretur ad Græcos, & præsertim Æoles, quorum sermone Latinus & est simillimus, & plurima vocabula accepta refert, Quintiliano id palam confitente, qui hac de causa ridet Varronem, agrum ab agendo deriuantem, quoniam vox ea apud Græcos nata videtur. Sed Varro fortasse respondisset, se & ipsum illud annotasse, ἀγρὸν Græcis dici: At hanc etiam vocem, non minus apud Græcos, quam Latinos ab ἀγρῷ, quæ vox utriusque genti communis est, deriuari. Quintilianus certè videtur Græcos facere, quam Latinos, antiquiores: & idcirco necessariū ei fuisset, cōfiteri, Ago Latinum ab ἀγρῷ Græcorū venisse; cum alioqui quæri posset, cur potius Latinam vocem à Græca, quam Græcam à Latina deduxisset. Nemini dubium est, quin Latini plurima vocabula acceperint à Græcis, ut omnem etiam acceperunt disciplinam: contra verò, apud vetustos auctores Græcos nullam vocem inuenias, quæ Latinis debeat. Festus Græcis aded priores dedit partes, ut breue à βραχύ deriuet, & Camurum à κάμων, & non pauca id genus alia: cuius sententiæ fuit & Varro, vir Romanorū quotquot vmquam fuerunt, doctissimus, Fabij etiam testimonio, à quo dixi in agri origine sugillatum. Plurima enim ad Græcam originem reducit, quæ poterant alioqui Latina videri: ut Ver, quamuis à vertendo formari videatur; suspicionem tamen adiecit, ut paullo antè dixi, posse deriuari à βήρ Ionico. Cauum & Cælum idem à Chaos deducit; & quòd huius sui facti rationem redderet, in voce Terminus, dicit, Euandrum, qui in Palatium venit, Arcadem fuisse. Nihil igitur miri aut noui adferent, qui Linum à voce Græca λινός deducunt. Ceterum nos, qui primam linguam quærimus, non putamus satis esse, si vox Latina ad Græcam refertur, nisi Græcæ quoque vocis etymon addatur. Græci à λείον, quòd lene, planum, & æquabile Latinis diceretur, deducunt; si Græcarum vocum origines scribenti credatur. Quòd si à λείον fiat, nostras erit à primis natalibus vocabulum; quòd λείον à nostra etiam voce deriuetur. Verum quia linum sua natura potius durum est, rude & intractabile, aded ut manus etiam lædat, priusquam multo hominum labore scabras durasque squamas, quibus horrescit, exuat: mihi nemo facile persuaserit, hanc esse veram nominis rationem. Immo quia à Græcis ad Latinos vox venit, ut antiquioribus, nobisque cum Græcis sit communis, conuenienter Platoni dicam, prius apud Cimbro, utpote Barbaros & vetustiores, quam apud Græcos fuisse: cuius & illud indicium est, quòd nobis sit monosyllaba, qua breuitate primariam laudem meretur. Videamus itaque, an apud nos etymon aliquod inueniri queat, quòd lino magis sit proprium & peculiare. Cel & Lee per conuersionem nostratam alterum alteri opponuntur, de quibus iam iam plusculum: A Lee, quò molestum omne & displicens notatur, fit Li/ i longum, id est, patior; & Lien, pati, in modo infinito; hinc Lin/ à quo linum, Græcis æquè atque Latinis vsitatum, priore syllaba longa; à quo deinde Linea, nostris & Latinis commune. Qua verò de causa Linum à patiendo dicatur, in primis diligenti consideratione dignum est, ut quæ nobis apertura sit, quam variè in nominibus fabricandis luserit architectus, quamque omnium rerum proprias notas accuratè prius expendit, quam iis vocabula fabricaretur. Nihil est omnino, quantum ego certè cogitatione vlla assequi possum, quòd maiora tormenta ab hominibus, quam linum, patiatur; ut iure optimo à patiendo nomen duxerit.

Linea vnde dicatur.

Linum vnde dicatur.

Li/ sine i.

Linum tormenta varia patitur.

Primum aded ad pœnas ipsa natura accelerat, vt minimum temporis ei in genitalibus terræ visceribus concedatur, sed vere satum, mox quasi matris vtero molestum, in lucem protruditur, & ipsa statim ætate vellitur, vulsum ardenti canicula torretur, tostum in contrarium ignibus elementum summergitur; & ne possit enatare, graui pondere depressum tenetur, dum cortex, cuius duritie medullam suam tuebatur, cõputrescat: inde rursus ad contraria tormenta raptum, summæ caloris rabiei exponitur: inde, dum satis à duobus contrariis elementis videtur excruciatum, ad hominum iniurias rapitur; vel enim in saxo, stupario malleo diu multumque contunditur, vel in durissima area denticulatis quibusdam malleis, quo magis concidatur, tamdiu à conculantibus frangitur, dum nihil integri cortex referuet, in quo solo vnicum fuit aduersus iniurias munimentum. Nec porro illud satis: Ab area vel saxo euestigio rapitur ad furcam, è qua suspensum diutissimè à mulieribus latissima spatha è durissimo ligno affabrè ad tormenta diuturna comparata, tantisper verberatur, dum ferè omnis fracti corticis munimentum dissipetur. Nec deinde quies: sed iam nudæ ferè medullæ, omnibus pænè ossibus exutæ, ferreis dentibus acutissimis & longissimis miserrimè dilacerantur, nulla clementia sçuas mulierum manus à diuturna carminatione prius reuocante, quàm medulla omnis in tenuissima fila fuerit comminuta, atque distracta. Quid? num hîc truculentæ mulieres finem faciunt sæuendi? Minimè gentium. Simul atque omnia elementa omnem artificum carnificinam ad pœnas exhauserint, euestigiò quæ antea discerpserant variis instrumentis, ipsæ suis manibus contorquent, sæpius interim, dum miserum linum tormentis suis nonnihil resistit, morsibus impetentes, & veluti rabiosæ in ipsum despuentes. Et quamuis hæc, & plurima, & crudelissima videri possint, sunt tamen & alia adhuc nihilo leuiora perferenda. Vbi iam omnem medullam contorserint, & equuleis quibusdam distenderint, confestim inde tractam ad ignes rapiunt: & quasi parum sit, in simplice aqua submergi, in lixiuium detrudunt, in quo, admota ignibus magna lignorum strue, diutissimè ebullire cogunt, & inde violentis manibus diu in aqua alia torquent, rursus suspendunt, & siccant vel ventorum perflatu, vel Solis ardore. Inde iterum variè pars per paxillos distrahitur, distracta liciatorio inuoluitur, & totis neruis per pectines distenditur; pars canaliculis intorquetur, vt distenti staminis viscera penetret, iteratis frequentissimè tramarum iacibus, modò dextrorsum, modò sinistrorsum; interea nec ipsi quidem stamini quiete concessa, quod perpetuò sursum deorsum calcibus impulsu subtemen cogitur arctissimis vinculis colligare, donec tela tandem mutuis filorum nexibus absoluitur. Et quasi parum antea linum perpersum fuisset, iam denuò alia tormentorum genera. Totum id quod tam variis pœnis agitarum tandem quieturum videbatur, rursus feruenti lixiuiò coquitur, ac deinde in frigidam iterum coniectum, magno tortorum labore calcibus teritur, fustibus truditur, atque rectè tandem contorquetur: inde carnificibus delassatis, quod antea vi multa fuit conuolutum, & multis gyris in se retortum, magna vi distrahitur, & paxillis distentum tenetur, dum Sol frigidam excoxerit: ita semper, quod pœnarum vis acerbior sit, ab vno extremo in alteru transitur. Iam niue candidius, vt ossa illa quæ diutissimè in furca pependerunt, nihil amplius videbatur tormentorum experturum; cum ecce subito forcibus discinditur, & infinitis acuum puncturis terebratur. Hinc sordibus variis inficitur, quo rursus noua sit pœnarum occasio, ex aliena culpa, acri sapone illinitur, lixiuiò maceratur, ab aliquibus etiam lixatur, ac deinde ingenti manuum vi tunditur, fricatur, torquetur, aqua frigida mergitur, exemptum Sole torretur; atque hoc tormenti genus tantisper iteratur, dum fila filis hærent, tantisper dum quicquã adhuc est quod eisdem iniuriis subiici possit. Inquinatur vt lauetur, lauatur vt inquinetur; perenni quadam Ixionis rota, ad noua semper & vetera tormenta voluendum. Postremò, tot iam carnificinis profus dilaceratum, ad immundissimos vsus cõdemnatur, vt scilicet vel sordidis vlcibus, & purulentis indatur, ad tetrum viris exsorbendum; vel spongiæ loco sit in sœdo podice tergendo, vel aliis etiam locis virulentioribus emundandis applicetur. Dies me & verba prius deficiant, quàm omnes iniurias lini queam recensere; quid dico recensere, cum diu multumque per varia genera discurrendo vix centesimam partem cogitatione assequar, nedum sermone queam explicare. Quis enumeret, immò quis mente comprehendat, quot linum vulnere in veterum thoracibus pertulerit, quas

tempe-

tempestates per omnia maria vltro citroque ventis raptum quotidie patiat, & semper sit passurum; dum vel sordidæ & inexplebili mercatorum avaritiæ, vel cruentæ diræque regum ambitioni, vel piratis prædæ inhiantibus, vel miseris piscatoribus vitæ suæ ad alienam gulam explendam prodigis, vel aliis aliorum votis & cupiditatibus, quæ sunt infinitæ, cogitur inservire. Quid nunc commemorem belluarum morsus, quibus & in mari & in terra obiicitur ad retia damnatû; nulla sua culpa, crebro vel ipsum dilacerandum, vel misera animalia ad lanienam hominibus traditurum? Sed quid ego in vanum laboro, dum pœnarum persequor infinitatem? satius sit de lini exemplo illud ad animum nostrum transferre, ut quo pluribus in hac tristi miseriarum valle calamitatibus affligimur, eo semper meliores euadamus: quod Plinius verius de lino dixit, quam tempore suo intelligere quiverit, cum eius detriti vsus, necdum tam latè, quam nunc pateret. Postea enim quam variis iniuriis iam ad minimas lacinias, & viles floccos, est detritum; ad nouam rursus rapitur carnificinam, in qua multis pistillorum ictibus aqua guttatim instillante, ad tenuissimam pulvem redigitur, quæ quadrangulis reticulis hausta, chartas dat omni Ægyptiorum papyro innumeris modis præstantiores, quæ quot scribentium iniuriis expositæ sint, nemo ignorat, qui modò sciat, nihil tam nefarium, nihil tam scelestum, nihil tam impium, nihil tam abominandum à pessimo quoque cerebro cogitari, quod nõ lineæ chartæ, ingenti patientis iniuria, illinatur. Fuere Romæ lintei libri, venerandæ illi quidem antiquitatis; sed nihil ad hos nostros, quorû tanta est nunc vilitas, ut linû meritò conqueri possit, maximâ suam, omniq. pretio maiorè, flocci fieri paciētiam, qua prius opus fuit, quàm ad hoc tantû perfectionis culmen adspiraret. His itaq. de causis linum à patiēdo nomen accepit, iniuria semper melius euadens, ut Plinius dixit: ante quem tamen multis sæculis Esaias nouerat, nihil esse quod pluribus tormētis sit subiectû, quàm linû, quod hac demonstrauit cōparatione: *Contriti sunt quasi linû*; qua naturæ suæ nota non ab aliis modò satis est distinctû, sed symbolû etiam præ se fert ad vitam bene instituendam utilissimû. Nomenclator enim, ut sic onomatopœum vocemus, ubiq. diligentissimâ curam adhibuit, ut ex ea rerû proprietate nomina duceret, quæ momentû aliquod vel ad mores formandos, vel ad scientiâ in animis nostris augendam, haberent. Quid verò in exigua totius humanæ vitæ orbita melius præstantiusq. cogitari queat, quàm illud, cuius monitu ad paciētiâ instruamur, cuius, inquam, monitu illam consequamur virtutē, per quam solam, animam nostram & lucratur & possidemus? Qui enim se finit externis malis aut iniuriis turbari, is non habet animam in sua potestate; sed, veluti Triton quidam ventorum index, omni externo flatu, modò in hanc, modò in illam rapitur partem, numquam suus ipse futurus, nisi paciētiæ ancora se firmet. Nouit quidem & Socrates & Epictetus ingentes paciētiæ opes: sed ij ad veram & solidam paciētiâ perungere nequiverunt; eo quòd illam ignorarent, cuius solius dono animam nostram à Cacodæmonis, & peccati, & mortis ipsius æternæ seruitute liberamus; de qua Vates noster cecinit, *Tu es paciētia mea Domine*. Nulla certè virtus est à gentium magistris celebrata, quæ animum magis nostrum reddat, & eius possessionem custodiat, quàm paciētia: nec verò in potestate tantum nostra eum retinet; sed quidquid in ea sordium est & macularû, eluit & expurgat. Aduersa enim, & omnis iniuria, si æquo animo ferantur, non solum eum non lædunt, sed etiâ veluti ignis aurû, & nitrum vestes, puriorè reddunt; & tandem efficiunt, ut reapse intelligamus, nos à nemine quàm à nobis ipsis, lædi posse, in quo fortitudinis apex cōsistit. At hæc virtus, ut maxima quidè fuit, cum in aliis quibusdam, tum in Socrate, ita non potuit animum primi parentis labe contaminatum, & in perpetuam hostis seruitutem reductum, vel penitus emundare, vel manu asserere in primam libertatem: quòd Christi paciētiæ non esset innixa, quæ sola, mortem perferendo, omnium animos à mortali veneno depurgauit. Nostra igitur paciētia, ipsius paciētiæ per fidem, & spem, & caritatem inherens, nos reddit omni lino candidiores. Quamobrem qui linum à paciētia nominavit, voce hac perpetuò obuia perpetuum collocauit monumentum, semper nobis ostensurum, per paciētiâ omnem animis nostris contingere perfectionem; non secus atque linum tanto melius euadit, quanto pluribus pœnis fuerit excarnificatû. Hoc est quod D. Paullus dixit, *Tribulatio paciētiâ operatur*. Et alibi, *Ut non segnes efficiamini, sed imitatores eorum qui fide, & paciētiâ hereditabunt promissiones*. Quoties

*Lineis vesti-
bus cur sacer-
dotes utantur
in sacris.*

igitur linum audimus, toties recordemur, nos patientia, perinde atque linum, conti-
nud fieri debere meliores & albiore. Et hæc vna de præcipuis causis fuit, vt sacerdo-
tes lineis vestibus in sacris vterentur; quo nimirum memores essent, omnem animis
nostris mundiciem per tormenta esse quærendam: & quæcumque in sacris fierent, ea
omnia ad Christi passionem esse referenda; qua, tamquam solidissimo fundamento,
patientia nostra stabilita, nos eò perducit, vbi lino mundo & candido vestiti, in splendi-
dissima luce, felicitate perfruemur sempiterna. Tam quemadmodum lini fructu siue
femine omnia dolorum genera mitigantur & sopiuntur; ita nihil est tam durum aut
molestum in omni vita, quod patientiæ fructus non leniat, & suauè reddat. Sed quia, si
omnem huius symboli latitudinem vellem dimetiri, & sigillatim significata examina-
re, volumen conscribendū esset tota Marci Iliade spissius: hic me continebo; hoc vnum
huic etymologiæ corollarium addens, vt semper patientia nostra linum imitemur, tan-
tis per dum candorem cælestem consequamur. Puto me nunc satis ostendisse, lini nun-
cupandi rationem e lingua nostra petendam esse; & hac parte cerni, eam Græca & La-
tina non paullo esse vetustiorē: tum quia ab ipsa aliæ linguæ vocabulum hoc mutuē-
tur, tum quia hinc perspicuum fiat, quanto sermonis nostri architectus ceterarum lin-
guarum factoribus in symbolis fingendis sit accuratior & diuinior. A lino autem fit, vt
dixi, linea: à qua voce si Scaligero demus litteræ nomenclaturam deriuari, necesse
habemus concedere, eam ab ipsis primis suis natalibus esse nostratam. Verum nos in
eo constanter persistimus, hæc voce nihil aliud significari, quam membrum ipsius vo-
cis, & quidem minimum, per excellentiæ figuram, eo quod pars, quo minor est, eo ma-
gis à totius natura recedat. Habemus itaque ex ipsa nominis notatione perspicuam lit-
teræ tum definitionem, tum orthographiam; quam Scaliger, cōtra omnem veterum &
marmorum & librorum fidem, de falsa nominis ratione, corrupit.

*Littera acci-
dentia, No-
men, Figura,
Potestas, &
Ordo.*

PERGAMVS ergo ad litteræ diuisionem, quam multiplicem veteres tradiderunt,
nescio quæ accidentia litteræ affingentes. Accidit, inquit Priscianus, Litteræ Nomen,
Figura, Potestas; his quidam addunt Ordinem, quod Prisciano non placet, quoniam
cum partem Potestatis litterarum esse dicat. Scaliger Potestatem accidens esse negat,
sed formam esse ait, qui sit flexus in ipsa voce, tamquam in materia. Ego, quid dicat,
non satis intelligo: hoc scio, vocem esse in aëre, tamquam in materia; flexum autem
vocis nihil aliud esse, quam instrumentorum vocalium actionem, de cuius differentia,
tamquam de causa efficiente, diuersæ litteræ nascantur. Si igitur de flexu agentium
organorum loquatur, flexus erit in organis, tamquam in materia siue subiecto: si de
eo quod diuersitas flexuum parit & efficit; ipsum illud erit in voce, tamquam diffe-
rentia in suo genere, perinde atque rationale est in animali. Vox enim cum hoc vel
illo flexu, hanc vel illam litteram constituit; atque ita fit, vt potestas, si hic flexus sit,
vera sit forma litterarum. Porro quid hic flexus est, quam ipsa pronuntiatio, cuius quot
sunt differentia, vt sic dicam, essentialia, tot sunt litteræ differentes? Ceterum quia Po-
testas siue Potentia, plurimis modis in Philosophorum scholis accipi consuevit, nec
additum est à Grammaticis, quo significatu hic potestatem intelligi velint: obscura
est eorum traditio. Equidem apud idoneos linguæ Latinæ auctores sic potestatis nomen
video vsurpari, vt eius nobis potestas esse dicatur, quod vel agere, vel facere possumus:
qua ratione litterarum potestas generica esset, aures mouere; sigillatim verò specierum
potestas, hoc vel illo modo auditus mouendi facultas: atque hanc Veterum sapien-
tiam fuisse, nihil dubito; quam post Grammatici non satis assecuti, quia in naturalis
scientiæ rudimentis minus essent exercitati, magnam pepererunt obscuritatem. Refe-
ratur itaque potestas ad auditus notionem, non aliter à voce differens, quam color à
facultate visum mouendi. Hinc liquet, vocales propriè mouentes, non verò mobiles,
esse dicendas; si de potestate mobilitas & immobilitas sit æstimanda. Tantum, inquit
Priscianus, interest inter consonantes & vocales, quantum inter animas & corpora.
Animæ enim per se mouentur, vt Philosophis videretur, & corpora mouent: corpora
verò nec per se, sine anima, moueri possunt; nec animas mouent; sed ab illis mouen-
tur. Vocales similiter & per se mouentur, ad perficiendam syllabam, & consonantes
mouent secum; consonantes verò sine vocalibus immobiles sunt. In his cernimus,
vocales idcirco mobiles dici à Prisciano, quia per se mouentur ad perficiendam syl-
bam, &

*Vocales pro-
priè mouen-
tes, non mobi-
les dicenda.*

*Consonantes
sine vocali-
bus immobi-
les sunt.*

bam, & simul consonantes mouent. Ceterum hæc omnia absurda & Physicis & Di-
 lecticis videbuntur, & modo quodam à Philosophorum auribus abhorrent. Qui enim
 vocalis mouetur, aut qui consonantem mouet? Moueri non alia ratione dici potest,
 quam quod pronuncietur, & omnis vox motione fiat. Mouet autem consonantem,
 quia dum ipsa pronuncietur, consonans vnà pronuncietur. Nos simpliciter dicimus,
 litteris diuersis diuersas esse auriū mouendarum siue facultates, siue potestates, quæ
 ab ipsa aëris diuersa percussione nascuntur. Vocales autem & ipsæ per se enunciatæ au-
 ditum mouent, & consonantibus adiunctæ. Consonantes, quia per se soni non sunt,
 sed vnà cum aliis sonant; per se aures mouere non possunt. Hinc factum, vt motionis
 mentio, citra quam nec vox fieri, nec aures pulsari queunt, ad Grammaticos venerit:
 qua non bene considerata, mobile & immobile litteris affixerunt, vt illæ mobiles di-
 cerentur, quæ per se aures mouerent; Vel, si omnino in patiendi significatu placet ma-
 nere, quæ per se possent pronunciarī, id est, ex vocalium instrumentorum motione
 per se gigni. Essentia enim siue forma vocum, in aëre moto siue percusso, vt in mate-
 ria qualitati subiecta, subsistit. Vocales itaque per se & auditum mouent, & in aëre
 moto per se gignantur: Consonantes verò fiunt motione quidem, sed per se num-
 quam vel efferuntur vel auditum feriunt. Consonantes enim, Priscianus inquit, sine
 vocalibus immobiles sunt: quod pronunciatum haud video qui cum semiuocalium
 definitione à Donato & Probo data, consentire possit: cum hi semiuocales sic descri-
 bant, vt per se quidem proferri fateantur, tamen syllabam per se facere non possint.
 Ceterum cum non satis liquidam orationem in riuis reperiamus; probè fecerimus, si
 progrediamur ad ipsos fontes, aut certe ad riuiulos superiores, & propius à fonte distan-
 tes. Hac in re bonam nobis operam nauauit Plato, singularis omnis melioris eruditio-
 nis thesaurus: is in Philebo litterarum distributionem ad ipsum Theut retulit, natio-
 ne, vt putat, Ægyptium; in quo quid peccarit, nos alibi. Litteras itaque sic partitur,
 vt alias Vocales, alias Semiuocales, alias Mutas dicat; & Vocales quidem per se vocem
 facere, sic φωνήν interpretamur; Semiuocales vocem per se quidem non facere, habere
 tamen quendam sonum, quem vocant φθόγγον; at Mutas ne sonum quidem vllum per
 se reddere. Ab hoc Philosophorum principe Aristoteles sententiam rogetur; qui in
 poëtica trimembrem item fecit elementorum diuisionem, in qua Vocale illud dixit
 quod citra adiectionem vocem habet quæ exaudiri queat; Semiuocale, quod cum ad-
 iectione vocem habet quæ possit audiri, vt R & S; Motum verò, quod ne cum ad-
 iectione quidem per se possit audiri; at cum iis quæ vocem habent, audiatur, vt G & D.
 Aristoxenus Musicus vocalibus quidem vocem, reliquis verò litteris ψόφους, id est, stre-
 pitus quosdam tribuit. Halicarnasseus alteram addit distinctionem; in qua exemplaria,
 meo quidem iudicio, miserè sunt corrupta, tum quæ Robertus Stephanus Lutetiae,
 tum quæ Wendelinus Rihelius Argentorati excudit. Quo loco itaque sic habent,
 δευτέρα δὲ καθ' ἑαυτὰ τῶν φωνηέντων ἢ μὲν καθ' ἑαυτὰ ψόφος ὅποιος δὲ πινὰς ἀποτελεῖν πέφυκε, ῥοί-
 ζον ἢ σφαιρῶν ἢ τοῖσιν πινῶν ἄλλων ἤχων δηλωτικά. Ego, saluo aliorum arbitratu, sic legen-
 dum existimo: δευτέρα δὲ καθ' ἑαυτὰ τῶν ἐν φωνηέντων ἢ μὲν καθ' ἑαυτὰ ψόφος ὅποιος δὲ πινὰς
 ἀποτελεῖν πέφυκε ῥοίζον ἢ σφαιρῶν ἢ ἀποπτυσμῶν ἢ τοῖσιν πινῶν ἄλλων ἤχων δηλωτικά. id est,
 Altera differentia est, qua eorum quæ vocalia non sunt, elementorum, quædam sonos
 quosdam de natura sua absoluunt, Aridorem, vel sibilum, vel screatum, vel aliquos
 alios id genus sonos præ se ferentia. Et hæc quidem altera pars est secundæ diuisio-
 nis; cui subiungitur ea quæ mutas complectitur. Quædam verò omni voce atque sono
 carent, neque per se vllō modo sonari possunt: hæc quidem ἀφωνα, altera hemiphona,
 quidam vocarunt: Latini illa muta, hæc semiuocalia dixerunt. Perspicuum itaque,
 altera hac diuisione non vocales, sed consonantes litteras, à Dionysio distributas fuis-
 se, quas nomine vocauit aoristo, vt Aristotelis more loquamur, id est, significationis
 non definitæ. Addidit Halicarnasseus aliorum item diuisionem, qui elementa trifa-
 riam partiti, Vocalia quidem, quæ & per se & cum aliis sonantur, nominarunt; Semi-
 uocalia autem, quæ cum vocalibus melius quidem efferuntur; at per seipsa deterius &
 imperfectè; Muta verò, quæ per se neque perfectas neque imperfectas voces habent,
 verum cum aliis dumtaxat efferuntur. Atque hæc quidem apud Dionysium, alterum
 linguæ Græcæ, totiusque artis dicendi, Aristarchum. Nobis ex his suspicio suboritur,

Litterarum
 diuisio in Vo-
 cales, Semi-
 uocales, &
 Mutas.

*R quare dica-
tur littera ca-
nina.*

vetustissimam illam quidem esse litterarum consonantium distinctionem, qua in semiuocales & mutas diuiduntur; verum non satis liqueere, quæ vera vel mutarum vel semiuocalium esset definitio. Cum enim Aristoteles aperte declaret, litteras non quosuis insectiles sonos esse; sed eos tantum, ex quibus oratio constaret: non satis intelligo, qui dici queant semiuocales sonum habere, cum omnis hominis sonus, quo quidem sermo perficitur, vocalem habeat adiunctam, siue eam perfecte, siue imperfecte pronunciet. Quisquis enim S pronunciat, vel E, vel I, vel aliam vocalem auditui occinet: quod si sibilet tantum, nulla addita vocali; iam non edet sonum, qui pars orationis esse possit. Homerus viam venti describens, ostendit in ipso etiam sibilo vocalem audiri, dum dixit, *ἰς ἀνέμοιο*. Iam R littera, E videtur includere, dum sola pronunciat: dum enim canes irritamus, Er dicimus; atque inde littera canina vocata est, eo quod canes ringentes eam quodammodo exprimere videantur. Idem in ceteris iudicium esto: Quis enim L audiat, nisi E iungatur? quod siue perfecte siue imperfecte pronuncietur; à vocalium definitione excludi non potest: nisi fortasse sermo imperfectus, sermo non sit; aut vox imperfecte pronuntiata, vox esse desinat. Sit sanè non omnibus numeris absoluta; ob eam ne causam vocem esse negabis? Quasi verò homo turpis, aut claudus, ab hominis definitione sit eximendus. Forma vocis est, vt audiatur; quod fieri non potest citra vocalium pronuntiationem, siue ea perfecta, siue imperfecta. Est tamen hæc omnium Veterum traditio, quam nescio qui Dialecticis acutioribus probare possint: nec aliam secutus est Terentianus, cuius versus Sotadaeos hac de re adscribere operæ pretium non putauit. Qui volet cognoscere, quot se difficultatibus implicent Grammatici; Priscianum, Donatum, Probum, & ceteros antiquos, & inter recentiores Scaligerum, consulat, qui semiuocalem putat, non quia vocali præposita enuncietur, sed quia natura talis sit, vt perinde atq. S, obscurum quendam habeat sonum; quæ de re quid sentiam, aut si maius quid non intelligam, modò dixi: & lubenter Scaligerum rogarem, an eundem obscurum sonum in Phi Græcorum exaudiat, quando ea littera in locum F Latinorum ferè succedat, vt in Fama, & φῆμα, φῶρ, & fur, & similibus cernas, Verum valeant hæc exiliū curarū impedimenta, quæ cum multis tricis implicarit Grammaticos magistros, tū nihil profusus vtilitatis adferunt auditori. Nos itaq. pace illorum, quos hinc intricatos videmus, licet graui eorum premamur auctoritate, veterum voces in consonantibus distinguendis seruantes, alias iis, quàm Grammatici, definitiones assignabimus; quas non è potestate, vt quidam; aut nominibus, vt alij; sed ab artificio & vsu linguæ petemus. Quia enim nihil emolumentum ex aliorum distinctione video proficisci, nec vllum hætenus scriptorem definitionem suam posse tueri: putauit satius esse, ad illud confugere discrimen, quo consonantes à consonantibus in eadem syllaba differunt; & eas quidem dicere semiuocales consonantes, quæ proximæ vocali in pronuntiatione cohærent, ita vt coaluisse videantur; Mutas verò, quæ longius à vocalibus in eadem syllaba recedunt, minusque soni eius participes fiunt quàm proximè cohærentes. Semiuocales enim & Mutæ illic dumtaxat appellationis suæ locum habent, vbi duæ consonantes in eadem syllaba vocalem vel præcedunt vel sequuntur. Atque hinc fit, vt eadem consonantes alibi semiuocales sint, alibi mutæ. Tau enim in Sto, est semiuocalis; in Est, muta. Lambda & Rho omnium ferè consonantium collatione semiuocales esse possunt: quia in eadem syllaba vocali adhærescant, & quasi sono commisceantur; vt in Patrem, Blæsus, Flaccus, Gloria, Precor, & ceteris generis eiusdem, in quibus omnibus consonans præcedens muta censetur, quia longius à vocalis sono recedit, cuius beneficio pronuntiat, & aures pulsat. My littera muta est, comparatione Ny in Mna, Mnemofyne, Scamnum, Damnum; in quorum duobus postremis My & Ny ad syllabam posteriorem referenda, quia nimirum in principio dictionis in eadem syllaba reperiuntur, quæ communis est syllabarum distinguendarum regula. Lambda, Rho, Ny, nusquam mutæ sunt, nec præpositæ, nec postpositæ vocali. Mutarum itaque atque semiuocalium discrimen ad litterarum in proferendo ordinem spectat; & illæ quidem minus sonant, quia longius ab anima vocis, qua papellatione vocalem merito dignamur, recedunt: quod apertissimè cum in aliis, tum in hac ipsa voce Dignor, licet audire; in qua N semiuocalis, G muta sentitur. Priscianus quadam tenus hoc subodoratus est, dum dixit, Omnis enim littera, siue vox, plus sonat ipsa sese

*Semiuocales
consonantes.
Muta conso-
nantes.*

cum

cum postponitur, quam cum anteponitur: quod equidem verum esse fateor in consonantibus in eadem syllaba vocalem præcedentibus; in sequentibus nequaquam. Quis enim in Ars, non audiat Rho magis sonare, quam Sigma? Et in Est, magis sonare Sigma, quam Tau? Spectabat ergo prisca hæc consonantium diuisio ad ordinem litterarum in eadem syllaba: quod non animaduertentes Grammatici, longè aberrarunt, non habentes qua de causa vel Mutæ vel Semiuocales dicerentur; atque idcirco falsum quoddam consonantium discrimen inductum est, quod quia cum veritate non consentiebat, alius aliter quæsiuit & descripsit. Nos vel hæc nomina, vt prorsus inutilia, & controuersia numquam definienda plena, reiciimus; vel ad ordinem referimus consonantium in eadem syllaba coniunctarum. Priscianus ordinem partem esse vult potestatis, quod Philosophus Grammatico non facile concedet. Potestas enim absoluta est à collatione ad aliam litteram; ordo nisi inter plura elementa non reperietur. Ordo vel est à natura, vel ab arbitrio, vel ab utroque, certa rerum secundum prius & posterius collatio, tot modis varianda, quot modi Prioris & Posterioris reperiuntur. Procedit igitur ordo è potestate litterarum naturali, non vt pars potestatis, sed vt litterarum secundum potestatem in pronunciando debita collatio. Scaliger, vt & illud obiter annotemus, quandoquidem proposito nostro annexum est, huic voci, Ordo, Græcam assignauit originem, ex ὄρος δῶν adspirationem Æolico ritu ademptam dicens. At ego pro certo mihi persuasum habeo, à Cimbris, apud quos hætenus eius usus est, vocabulum hoc ad Latinos venisse; nec ad Latinos tantum, sed etiam ad Hebræos. *Or* apud nos principium notat, vt mox docebo. Hinc *Or* in corporibus illud exile est, vnde corpora incipiunt; vt in gladiis, pugionibus, aciculis, & id genus aliis: At dum ad locum refertur, illum locum signat, qui vnicuique ab origine & principio debetur: exempli causa, *Or* id est, est locus mihi assignatus, siue debitus. Omnis enim ordo à primo principio dependet, quod vnum est, omnia certa quadam catena à summis ad ima vsque connectens, quam Iupiter apud Homerum se dicit tenere. Omnibus ergo, vt Aristoteles docet, natura ordinis causa est; vt merito nomen inde ducat ordo, vnde ducit essentiam. Sumpto igitur nunc eo, quod mox Platonis auctoritate, & ratione deinde confirmabo, ipsum Tau vinculi naturam in vocibus habere, dicimus *Or* nihil aliud denotare, quam vinculum illud, quo res omnes principi suæ causæ, quæ *Or* dicitur, alligantur. Videtne nominis explicatu omnem ordinis rationem contineri, quæ tota in eo consistit, vt omnia primæ causæ certa quadam successione copulentur, ad eum modum, quem in catenæ annulis cernimus? Hæc enim est illa catena, cuius firmitate seruantur omnia; à qua nisi pendeant, è vestigio intereant necesse est: quandoquidem nisi omnia essent coordinata ad vnum, vt libro duodecimo primæ Philosophiæ traditur, omnia statim perirent. *Or* itaque de vera sua interpretatione, significat locum cuique à principio primo, quod est ipsum vnum omnibus boni & essentiæ exordium, attributum: à qua voce *Or* est ipsa debita rerum collocatio, quæ omnibus boni & firmitatis causam à primo principio adfert. Hinc est quod omnia ordinata naturam confirmant, non secus atque exercitus ab ordine vites sibi sumit: firmitatem autem naturæ nostræ ordine conseruari, ipsa monstrat delectatio, quæ in omnibus eo maior est, quo quæ efferuntur, sunt ordinatiora: quod clarissime in concentu sentitur, è quo, quamdiu rectus vocum ordo tenetur, vehementissime delectamur: at si qua vox locum suum deserat, offendit. Hebræi plurima vocabula nostratia litterarum transpositione corruerunt: inter quæ est & hoc, de quo agimus, *Or*: Tur enim dicunt pro *Or*; quo loco Vau per o, non per v, erat pronunciandum. Cum igitur vox hæc communis sit nobis, Latinis, & Hebræis; ex eâ lingua ad alias venit, in qua vera significandi causa reperitur; quam nostram esse tantisper tenebo; dum quis in Tor rationem dabit rectiorem, meliusque quid ordo sit, vnde proficiatur, quid rebus præstet, explicantem. Ab *Or* fit *Hor* aspiratum, & vocalem producens, quo significatur proprium cuiusque esse, siue id quod rem vnam quamque decet. *Or* id est, meum est, vel mihi debetur: hinc Græcorum ὄρος, pro termino, & definitione; eo quod his, quid cuiusque proprium sit, ostendatur. Quamobrem vt darem Scaligero, Ordinis vocabulum ab ὄρος deriuari, ex eo tamen rursus efficeretur, primam radicem nostratam esse. Græci pro ordine, *τάξις* dicunt;

Ordo.

Or.

Ort.

Hor.

ὄρος.

rioribus nugas se venditurum. Num aliter tibi videtur? Hermog. Nequaquam aliter, o Socrates. Socr. Quæ igitur de primis nominibus equidem sentio, mihi sanè quàm simillima insigni ludibrio & derisioni, nedum ridicula, videntur. Hæc itaque tibi, si velis, communicabo; tu verò, si quid alicunde melius accipere potueris, communicare item mihi tentato. Hermog. Ita faciam: at dic audacter. Socr. Primum ergo ipsum Rho mihi videtur veluti instrumentum quoddam esse omnis motionis, quæ quidem quare nobis κίνησις vocatur, non facile dixerimus: sed enim clarum, quòd ῥοις, id est, progressus quidam sit. Neque enim η, sed ε littera quondam utebatur. Principium autem à κίειν, voce peregrina, qui ῥέειν, id est, ire, notatur. Si quis igitur vetus ipsius nomen inuenerit, voci nostræ congruens, ῥοις rectè dici queat. At nunc à κίειν peregrino verbo κίνησις vocata est, mutatione ex ε in η facta, & interiecto η. Oportebat autem κίεισιν, vel εἶσιν. Quies verò per negationem progressionis nomen posceret; at elegantia gratia, ῥοις nominata est. Porro Rho elementum, vti dico, pulchrum motionis instrumentum ei visum, qui nomina condidit ad lationem soni similitudine exprimendam. Ad hanc itaque frequenter eo utitur; primò quidem in ῥέειν καὶ ῥοὴν, id est, fluere & fluxu, per hanc litteram lationem imitatur; deinde in ῥόμῳ, id est, tremore; pòst in ῥαχέει, quod est asperum: insuper in talibus verbis quale est κρούειν, pulsare; θραύειν, frangere; ἐρύειν, trahere; θρύπτειν, terere; κερματίζειν, trucidare; ῥέμβειν, vertere. Hæc omnia per litteram Rho plerumque similitudinem exprimit. Neq. enim, vt opinor, linguam in eo quietam sino, sed concutio. Rursus littera Iota ad omnia tenuia, quæ maximè per omnia penetrare queant, quamobrem ῥέειν & ῥέειν hoc elemento imitatur. Quemadmodum per φ & ψ & σ & ζ, eo quòd flatuosæ sint litteræ, omnia id genus imitatus, per ipsa nomina componens, vti ψυχρόν, frigidum; ζέον, feruens; & σείειν, concuti; & σεισμός, concussio vocatur: & vbiq. flatuosum quidquam imitari Nomenclator vult, eiusmodi litteras inducere videtur. At verò litteræ Δ cōpressionem, & ipsius T vnà cum linguæ innixu, & sustentationis vi, vtilem videtur existimasse, ad vinculi & stationis imitationem. Quoniam porro maximè labat lingua in Lambda proferendo, id animaduertens assimilator, nomina ex eo fecit λείον pro leuibus, & verbū ipsum ὀλιθάειν pro labascere, & λιπαρόν pro pingui, & κολλώδες pro glutinoso, & id genus alia omnia. Quatenus verò labanti-linguæ litteræ γ facultas succurrit, eatenus per γλυκὺ dulce, & per γλοιώδες lubricum. Iterum sonum V intus hærentem sentiens, ἔρδον & ἐρδός dixit pro intus, res ipsas similitudine litterarum exprimens. Iam & ω magno tribuit & longo ipsum η, quoniam litteræ magnæ sunt. Cùm verò ad ερρῦλλον, id est, rotundum, opus haberet ο, plurimū eius admiscuit, vt exprimeret rotunditatem. Ceterum & alia tum per litteras, tum per syllabas rebus seruire cogit nomenclator, vt & signum faciat & nomen. ex his verò reliquas formas his ipsis componere imitatur. Hæc mihi videtur, o Hermogenes, nominum rectitudo esse. Hæc Plato: quem vellem omnium elementorum sonū diligenter tradidisse; quod quia non fecit, ex aliis, quoad fieri potest, reliqua nobis vocalia pigmenta sunt petenda. Dionysius Halicarnasseus, acerrimus sermonis Græci censor, sic a longum pronunciari dicit, vt os aperiatur plurimum, & spiritus sursum ad cælum feratur: η verò quod nostrum ε longum est, sic sonandū, vt oues balant; efferri vult vt sonus ad linguæ basim firmetur, & os minus quàm in a longo recludatur: O magnum, rotundum sonum habere dicit: I longum, circa dentes spiritum eliso & ore minimum recluso: Lambda lingua ad cælum sublata: Mi labiis compressis. Reliqua, quæ addit, non admodum nobis conducunt; eoque breuitatis causa, & quia liber eius De nominum compositione passim doctorum manibus teritur, hinc omittentur. Hoc tamen addam, Lambda suauem sonum reddere, & Rho asperrimū, My & Ny medium quiddam habere, & per nares efferri sono quodam cornicinum: Sigma verò ingratum, & insuaue esse, & odiosum valde, & molestum, si frequentetur: sibilum enim ferinam & brutalem potius vocem, quàm ad humanam pertinere; & veteres idcirco rariùs eo vsos fuisse. fuisse item qui carmina fecerint a sigma, in quibus totis nullum Sigma reperiretur. Hæc Dionysiaca Allemantos & Sueuos malè habebunt, qui non alia magis de causa Saxones, & reliquos Germanos, derident, quàm quòd studiosè Sigma vitent; quòd ipsi contra, tamquam generosissimum elementum, magno spiritu efflant, pro Dat Das / pro Wat Was / & similia pro simili-

Litterarum
diuersi soni
ex Platone,
Dionysio Ha-
licarnasseo,
Martiano
Capella, &c.

et aliorum
et aliorum
et aliorum

Allemāni &
Sueui derident
Saxones &
reliquos Ger-
manos, quòd
studiosè Si-
gma vitent.

bus di-

bus dicentes. In duplicibus autem semiuocalibus, Zeta maximè laudat, de soni suauitate. Mutarum hanc habet prononciationem, vt p cum sua adspirata & media extremis labris efferat, dum spiritus ex arteria propulsus oris compressi vinculum soluit: D verò cum focis ita profert, vt lingua ad superiores dentes figatur, spiritu per dentes eliso: reliqua deinde tria, Cappa, Chi & Gamma, linguam superius ad laryngem dicat referre. Atque hæc omnia ea de caussa diligentissimè discussit, quo doceret, qua nominum compositione sermo suauissimus redderetur. Nobis alia ratione sunt examinanda, quo nimirum intelligamus, quæ vocum pigmenta, quibus rebus designandis sint accommodata. Nunc ad Latinos descendamus, vt ex iis litterarum quoque vis & potestas cognoscatur. Martianus Capella formationem litterarum ad hunc modum exsecutus est: A, sub hiatu oris congruo solo spiritu memoramus: B, labris per spiritus impetum reclusis edicimus: C, molaribus super linguæ extrema appulsis exprimitur: D, appulsu linguæ circa superiores dentes innascitur: E, spiritus facit lingua paullo pressiore: F, dentes labrum inferius deprimentes lingua palatoque dulcescit: G, spiritus cum palato: H, contractis paulum faucibus ventus exhalat: I, spiritus propè dentibus pressis: K, faucibus palatoque formatur: L, lingua palatoque dulcescit: M, labris imprimitur: N, lingua dentibus appulsa collidit: O, rotundi oris spiritu comparatur: P, labris spiritus erumpit: Q, appulsu palati ore restricto: R, spiritum lingua crispante corraditur: S, sibilum facit dentibus verberatis: T, appulsu linguæ dentibus impulsis excuditur: V, ore constricto labrisque promulis exhibetur: X, quidquid C & S formauit, exsibilat: Y, appressis labris spirituque procedit: Z verò idcirco Appius Claudius detestatur, quòd dentes mortui, dum exprimitur, imitatur. Hæc Capella in Mercurij & Philologiæ nuptiis, nec hac nec illo sat benignè fauente. Doctius numerosiusque Terentianus Maurus de eadem re hos nobis versus dedit:

Vocaliū prononciatio ex Terentiano Mauro.

*Nunc singula quam possideant in ore sedem,
Ictusque suos concipiant, & vnde rumpant,
Vt quiuero versu blaterabo Sotadeo.*

*A prima locum littera sic ab ore sumit,
Immunia rictu patulo tenere labra,
Linguamq; necesse est ita pendulam reduci,
Vt nisus in illam valeat subire vocis,
Nec partibus vllis aliquos ferire dentes.
E qua sequitur vocula dissona est priori,
Quia deprimit altum modico tenore rictum,
Et lingua remotos premit hinc & hinc molares.*

*I porrigit ictum geminos prope ad ipsos,
Minimumq; renidet supero tenus labello.*

O Graiugenum longior altera est figura.

*Alter sonus atque temporum nota variata
Compendia nostri meliora crediderunt,
Vocalibus vt non nisi quinque fungeremur,
Productio longis vt daret tempora bina,
Correptio plus tempore non valeret vno.*

*Hinc nra minus scribimus, hinc & os supremum;
Vna quoniam sat habitum est notare forma,
Pro temporibus qua geminum ministret vsum.*

*Igitur sonitum reddere cum voles minori,
Retrorsus adactam modicè teneto linguam:*

Rictu neque magno sat erit patere labra.

*At longior alto tragicum sub oris antro
Molita rotundis acuit sonum libellis.*

*Y quam memorant, vocibus auia est Latinis;
Vocalibus autem quoniam iugata Gracis,
In nostra etiam verba dabat frequenter vsum.
Subiecimus illam, cui nomen V dederunt,*

Vocalem,

*Vocalem, sonantes sibi quæ ingaret omnes,
Et sola sonum redderet ex sua figura,
Quem scribere Graius, nisi iungat OY, nequibit:
Hanc edere vocem quoties paramus ore,
Nitamur ut O dicere; sic citetur ortus:
Productius autem cœuntibus labellis,
Natura soni pressior altius meabit.*

Atque hæc quidem de vocalium pronuntiatione; in quibus postrema quæ de Y & V canuntur, in exemplari Colinaei, quod solum mihi ad manum est, sic corrupta sunt, ut Ramus ea transiluerit; id contentus annotasse, Vocali V proprium sonum non satis apertè à Terentiano assignatum; nec soli V id conuenire, ut sonum reddat ex sua figura: in quorum utroque, mea quidem sententia, fallitur. Nam integrè sonum V expressit, aiens, in V pronuntians, soni initium idem esse cum O; verum in progressu labella coire, & productius exstare: quod dum fit, figura ipsius litteræ labris formatur, quam in aliis vocalibus non inuenias. Nicolaus Brissæus egregiè has difficultates dissimulat, eo interim longissimè errans, ut Ramo erroris causam præbens, quod dum Terentianus dicit, *Hanc edere vocem quoties paramus ore*, scribat in commentariis, de sono Υ λ \omicron locum intelligendum. Nec mirum tamen nihil hinc rectè ab utroque de Terentiani sententia cogitatum; cum eius generis mendæ sint, nihil ut fani, his non expurgatis, elici queat. Nos itaque pro *Ama*, ut est excusum, *Ania* reposuimus, quia nulla vox Latina per hanc litteram eat: quod paullo post sic Terentianus expressit:

*Tertiam Romana lingua quam vocant Y, non habet;
Huius in locum videtur V Latina subdita.*

Rursus pro, *Quam scribere Graius*, reposui, *Quem scribere*; ad sonum nimirum, non ad figuram ipsius V referens: deinde pro Y lego OY, ut dicatur Graium hunc sonum scribere non posse, nisi O & Y iungat. Quod Terentianus ipse alibi his verbis confirmat:

*Græca diphthongus ou litteris tamen nostris vacat,
Sola vocalis quod V complet hunc satis sonum.*

Huc spectat & illud Aufonij:

*Vna est in nostris qua respondere Lacones
Littera, & irato regi placuere negantes.*

Iam illud, *Nitamur ut V dicere, sic citetur ortus*: nos legimus, *Nitamur ut O dicere, sic citetur ortus*. Nam V & O principium pronuntiationis idem habent: cum in utroque lingua retrò agatur in soni exordio, qui in fine differt; quòd V prominentibus labellis, & ad formam V retrò compressis, altius enuncietur: O verò rotundo rictu, lingua & labiis reductis, sonum finiat: quod ut nec Ramus, nec Syenei præfecti Scholiastes, Nicolaus Brissæus, eruere de mendarum tenebris quiuit; ita magnū operæ habet pretium, si diligenter consideretur: propterea quòd ex eo causa cernatur, ob quam in prisco litterarum numero, hætenus apud Hebræos conseruato, & à nobis post opportuniùs explicando, duæ vocales V & O non distinguantur figura; tametsi post punctis adiectis cœperint discerni. Neque Hebræi tantum, ut post necessariò erit repetendum, solam vocalem V scribebant; sed Tusci etiam & Umbri Italiæ populi vetustissimi, figura ipsius O carebant, V eius loco ponentes, Plinio apud Priscianum teste: quamquã non dubito quin, perinde atque Israëlita, sonum utriusq. litteræ usurparint. Sed hac de re post copiosius, cum figura ipsius Vau ad causam suam deducitur; quæ qualis apud antiquissimos fuerit, non antè poterit ignorari, quàm grues aciei suæ instruendæ rationem obliuiscantur: de quarum volatu Palamedes hanc litteram fingitur inuenisse. qua de re sic Martialis:

*Turbabis versus, nec littera tota volabit,
Vnam sustuleris si Palamedis auem.*

Hæc itaque singulare id habet, iuxta Terentiani sententiam, ut sola sit inter vocales, quæ figura sua doceat, quem sonum postulet, hunc nimirum qui labris interioribus strictis, & exterioribus prominentibus, & modicè diductis, fiat, quæ promula siue prominula dixit Martianus. Errant tamen & Terentianus & Capella, si verum est quod Ramus tradit, sonum ad inferius labrum tendere. Verum hinc eundem sonum sibi fingit ipse V qui

e est in

*Terentiani
Mauri ver-
sus restituit.*

est in Y Græcorum, & ne illum quidem integrū. Veteres enim sic Ypsilon pronunciarunt, vt boues mugiant; si verum est, *μυῖα* bubulam vocem prima syllaba imitari. Hinc liquet sonum ipsius fuisse, quā quintæ apud Latinos vocalis, tenuiorem; cum hic tam crassus fuerit & rotundus, vt O & Y commisceret. Videntur igitur non sine vitio tam crasse & dense hanc vocalem pronunciaſſe Latini, vt idem quod diphthongus sonaret; aut ſaltem id confitendum, in pronuncians Mugio eos peccaſſe, & ceteris omnibus quæ per Ypsilon Græci rectè pronunciant. Nam ſi ratio integra Latinis ſeruaretur; opporreret alium in Mugio, alium in Muſa, ipſius V ſonum eſſe; atque ita triplicem ipſius ſonum inueniremus, non modò geminum; duos quidem, ſolis temporibus, breui & longò, diſtinctos; tertium denſiorem & rotundiorem, ex O principium capientem, & in V tenue ſiue Ypsilon finitum; qui perperam videtur à Latinis in omni loco ſeruatus; pro eo ac Terentianus fatetur, huius vocalis eandem cum ſono diphthongi Græcorum eſſe ſcribens pronunciationem. Nam quòd Ramus hic Latinos potius ſequitur quā Græcos, faciat ille quidem id ſuo iudicio: ſed nobis non perſuadebit; vt pedanei ſimus.

Artium parens & alrix Græca diligentia eſt:

Litterarum porro curam nulla gens attentius

Repperit, poliuit vſque finem ad vnguis extimum.

Vt libenter hic Terentiani verſibus, qui ſi vſquam alibi, hic maximè locum habere mihi videntur. Diſtinguatur igitur ſonus in Mugio, à ſono in Muſa, & vltima Menandrum, dum fabulam Menandrum apud Terentium legimus; tametiſi V in Mugio longum ſit: geduinus enim V ſonus iſe eſſe deberet qui eſt in Y Græcorū, ſiue longum id ſit, ſiue curtum; atque ita diphthongus ex quarta & quinta vocalibus, non minus Latinis quā Græcis, fuiſſet ſcribenda; ſi ſonorum diſcrimina figuris æquare voluiſſent. Quòd autem tam crasse V vocalem efferre ſoleant Latini, vt ſoni initium ex O inciperet, & diphthongo Græcorum *ov* ad amuſſim reſpoderet; è Plauti verſiculis perſpicuum redditur, in quibus Manechmo Peniculus cum ſtomacho reſpondet:

M. E. Egon' dedi? P. E. Tu tu inquam. vin' afferri noctuam,

Que Tu Tu vſque dicat tibi? nam nos iam nos deſeſi ſumus.

Qui enim noctuæ vocem imitari velit, pronunciet oportet Græcorum diphthongum, & eam quidem porrectis labellis, vt eorum interſtitio figuram V litteræ exprimat. Non igitur ex Auſonio tantum, & Terentiano, & ceteris; ſed ex ipſiſetiam noctuis huius vocalis apud Romanos ſonus dici poteſt. Germanus autem, & tenuior V ſonus, Ypsilon Græcorum imitari debuifſet: quod tam tenuiter pronuncians ſolere, cognomen *ψιλόν* indicat; quo non diſtinguitur ab alio elemento, quā ab eo ſono quem per diphthongi figuram notabant. Neque enim collatione Iota tenue dici poteſt; cum Iota ſit ſubtiliſſimum omnium elementum, nec ſonus huius idem ſit cum ſono illius. Boues certè vocem non mutarunt; à quibus mugientibus ſonum Y diſcas, ſi rectè *μυῖα* ſit formatum. Ariſtophanes item in Auibus cuculi vocem *κόκκυ* ſcripſit; quo audito, non ſolum hoc ſcies, quando Phœnices triticū & ordeum demetant; ſed illud etiam quo Ypsilon ſono fuerit pronunciatum. Latinorum verò cuculus duo monſtrat, priore quidem ſyllaba V, apud Latinos; à quarta vocali ſonum exordiri, vt Terentianus ſcribit; poſteriore verò, apud primos Latinos tenuis etiam V ſonum fuiſſe, ſi Ypsilon quod eſt in *κόκκυ* exprimere voluerunt. Noſtrates tamen *Courou* cuculi ſonum efferunt: quē Franci, more Græcorum, *κοκκυ* pronunciant; à quibus dicerè licet, quī ſit Y Græcorum ſonandum. Quod itaq. Præſcianus dixit, non video quī veritatis regulæ applicari queat. V autem, inquit, quamvis contractum, eundem tamen ſonum, hoc eſt, Y habet inter Q, & e, vel i, vel æ diphthongum, poſitum; vt Que, quis, quæ. Nec non inter G & eaſdem vocales, cum in vna ſyllaba ſic inuenitur, vt pingue, ſanguis, lingua. Dic mihi, ó Grammaticæ, an vnquam vel legeris, vel audiueris, Ypsilon Græcorum conſonantem eſſe, atque idem ſonare quod V conſonans liqueſcēs apud Latinos? Quòd ſi dixiſſes in Optumus, & Maxumus, & ſimilibus, eundem apud Latinos V ſonum habere quem apud Græcos Y, conſenſiſſem: ſed vt conſonantis & vocalis ſonum eundem ſtatuas; quod faciendum, ſi V in Quis idem ſonus ſit qui Y elementi Græci; minimè tibi permittā, tametiſi Petrum Ramum huius tuæ ſententiæ habeas laudatorem. Sed iam pluſculum quā

quàm fatis de V vocali : restat vt de consonante dicamus , eandem figuram habente illa quidem, verùm in sonando longè diuersam potestatem sortita. Apud Græcos olim huius elementi vsus non fuit: Æoliij tamen digamma suum simili ferè modo enunciant, si Prisciano & ceteris credimus ; vt dum eodem modo Felenam in principio pronunciant quo Venerem exordiuntur Latini. Terentianus de hac re ita, postquam de I consonante egit:

Versa vice, si sit prior V, sequatur illa.

Cùm dico, Vide, contulit I sonum priori;

At ipsa manet tempore quo sonabat antè.

Vocalibus hoc & reliquis prædita seruat:

Vt, vade, veni, vota refer, teneto vultum;

Creuisse sonum perspicis, & coisse crassum,

Vnde Æoliis littera fingitur digammos,

Quæ de numero sit magis vna consonantum,

Vocalis in istum mage quàm versa sit vsus.

De huius litteræ figura, & quare Digamma ab aliis Græcis, ab Æolibus Vau vocetur; pòst erit differendi necessitas. Relictis modò iis quæ de hac littera in vulgus nota sunt; de I consonante agendum, quæ nec ipsa quidem apud Græcos inuenitur. Huic peculiare, vt inter duas vocales posita, priorem longam reddat : quod Grammatici eo fieri aiunt, quòd hæc littera tali loco posita vim duplicis induat consonantis; quod mihi hæctenus, licet vno ore omnes id clament, non probarunt. Diligentius enim ratione pronunciationis subducta, & acutioribus auribus auscultata; animaduerto, eam huius elementi vim esse, vt dum duabus vocalibus interponitur, geminum sonum præstet; alterum vocalis, alterum consonantis proprium; & illo quidem cum priore vocali in diphthongum coalescat; hoc posteriori vocali consonet. In Maior igitur has duas facit syllabas, Mái & Ior; & in Eius, Ei & Ius: atque hac de causa geminum I scripserunt ij, quibus curæ fuit, vt sonus figuris exprimeretur: qua re non bene perpensa, in eam ventum opinionem, duplicem hanc esse consonantem; quæ quia vni syllabæ adhærere nequit, sic à Grammaticis est diuisa, vt in Pompeius media syllaba Ei esset, atque in ea I consonans; quod vt Priscianus scripsit, & Scaliger, & ceteri minoris eruditionis homines sunt secuti; ita mihi absurdissimum videtur; quoniam non intelligam, quí in Ei dandi casu ab Is, I consonans esse queat. Cedo tu, quisquis ita dicis, longa ne hæc syllaba sit, an breuis? Longam dicis? Qua ratione? natura ne, an positione? Certè non natura; quoniam si diuidatur, E breue fit: neque rursus positione, quoniam I non sit inter duas vocales. Quòd autem in secundo casu producat, cum id positione fieri dicas, quia I vim habeat duplicis; id ad Ei transferre non potes; cum hic causa longitudinis cesset. Quocirca cum hinc te expedire nequeas; concludo, longam hanc syllabam esse, propter diphthongum. Quæro iterum, quæ sit littera characteristica datiu, an E, an I, in voce Ei? Quòd si E dicas; totam analogiam quam ipse statuis, euertis: quandoquidem dicas, ea quæ Ius in genitiuo habeant pronomina, in datiuo I habere; Vs, quod in genitiuo erat, reiecto. Verùm si concedas, in Ei I terminationem esse, perinde atque in ceteris id genus vocibus: cogere fateri, I non consonantem, sed vocalem esse: atque si, pro eo, ac desinis, datiuus vna syllaba minor esse debeat genitiuo; velis nolis, eo veniundú, vt fateare, ex duabus his vocalibus diphthongum coalescere; quam cum in Omneis, & similibus, admittas; non video quamobrem hinc sis reiecturus. Priscianus, vt doceret, in medio I consonantem cum vocali priore sonare posse; addit non in medio solùm, sed in fine etiam I consonantem veteres posuisse; atque hinc apud Poëtas, Cui, & huic, bene poni pro monosyllabis, quia nimirum I consonans sit; quo non video quid dici possit absurdus. Dicat cur Cui, monosyllabú producat, cum nec positione id fieri possit, nec natura: deinde qua fronte dicere audeat, datiuum in vocalem quintam desinere, cum in ceteris eiusdem generis in I terminetur. Quid quòd ne pronuciari quidem I consonans post vocalem in fine dictionis potest: sed mox simul ac sonum eius accersis, vocalis existit, & cum sono præcedentis coalescit. Scaliger, dum Priscianum sequitur, & nimium subtilis esse vult, Batauam Erasmi aurem vellit, admonens, perperam ab ipso tradi, V in Cui, perinde atque in lingua

lingua, consonantem esse; quia hic V fit vocalis, & I consonans. Negat enim, V consonantem ipsi C subiici. Respondeat itaque, quibus antè litteris Q uis scriberetur, vel Qui, quàm Q in Romanorum vsum venisset. Hic, potius quàm se fateatur temerè Erasimum reprehendisse, à Prisciano desciscet, docente, ipsius Q & C sonum ante V consonantem eundem esse; atque idcirco Latinos hac littera posse carere, nec magis ea opus esse quàm alio G in Anguis, alio in Augur. Perinde enim Cui, & Cuis, per eandem litteram C dici posse, atque illa per idem G. Antè ergo quàm Q vsi sunt Latini, necesse fuit vt nominatiuus Qui, æquè atque datiuus Cui, per C scriberetur. In Virgiliano illo versu,

Incipe parue puer, cui non risere parentes,

aliqua exemplaria habent, *Quoi*, more Catulliano: alia, *Qui*, vt Viues legit. Scaliger, non sat sui memor, asserit se in hoc ipso versu *Qui* legere, & ita Veteres tertium casum scripsisse: quod si verum est, necessariò sequitur, V in datiuo consonantem esse, cum ea solum de causa, Q littera addita sit ceteris, vt V consonanti liquefcenti præponeretur: vt clarissimè tradit Priscianus, quem licet etiam hoc ipso suo gladio iugulare. Nequeo fatis demirari supinam hanc subtilissimorum hominum, Cæsaris præsertim, inconsiderantiam. In *Quoi*, rogem lubenter, an I postremum consonans sit, an vocalis, diphthongú Græcam cum O magno, cui subiicitur, faciens. Neminem puto tam alienum, vel ab aurium sensu, vel mente, fore; vt *Quoi* diphthongum habere neget: quod si sic est, nec inter ceteras Latinorum diphthongos hæc sit numerata; quid obstat, vt non similiter ex V, & I, diphthongus admittatur, quàm Græci in Harpyia, & similibus vocibus, vsurpant. An non æquè Harpuiam, atque Phruges & Purrhum, dicere liceat Latinis? Dicatur ergo Cui, & Huic, vt Harpuiam, & quia, Græcæ diphthongi, in *Quoi*, & Cui, & Huic ponendæ, de analogiæ ductu; nec verentur Latini Ei diphthongum Græcam in plurali tertiæ declinationis numero mutuari: quid ni & in Peior Græca diphthongus admittatur, & consequenter in Maior, & similibus; tametsi inter ordinarias Latinorum diphthongos non enumerètur? Quantum autem à veritate aberrant Grammatici, in eo videas, quòd pro Eidem, Idem; pro Eisdem, Isdem; pro Eis, Is; pro Orphei, Orphi; pro Vlyssæi, Vlyssi dici concedant: in quibus apertum est, I vocalem in prioribus, non consonantem fuisse. Sic igitur Vultei in vocandi casu dixit Horatius:

Durus, ait, Vultei nimis attentusque videris:

vbi I cum vocali vnam syllabam facere, licet Priscianus fateatur, vt similiter in Cai, tamen tam ineptè sibi aduersatur, vt cum I litteram characteristicam in eius generis vocantibus casibus esse velit, perinde atque in fili, statuatur tamen in eodem capite paulo superius, I in id genus syllabis esse consonantem. Si I pro E hic ponatur, vt dicit; fitque E vocalis; si præterea eadem Vocatiui terminatio est in Fili, & Vultei; quod fatèris: qua fronte audes, ô subtilis litterator, negare, I hîc esse vocalem? Quod si in Vultei, in Cai, in Pompei, I vocalis sit: quid ni in Ei quoque datiuo vocalis censetur, iuxta analogiæ necessitatem? Iam si in Ei vocalis sit: cur in Cui, & Huic, non itidem vocalis habeatur? Præterea cum Cai scribas vnam syllabam habere in vocatiuo, & in ea I esse characterem: quid rogo vetat, vt non in Maior quoque prior syllaba diphthongum ex eisdem vocalibus habere dicatur, quam in alia voce Latina admittis? Ouidius non veritus est, è Theocriti Adonide Ai lamétantis gemitum exprimens, in Latinum carmen transferre: & quis non audit in gementibus hanc diphthongum, quæ huic animi perturbationi notandæ tam est naturalis, vt inde Græci αἰδῶ pro lamentari & lugere dicant:

Flosque (inquit ille) nouus scripto gemitus imitabere nostros.

Hos gemitus mox adscribit:

Ipsè suos gemitus foliis inscribit: & Ae, ai

Flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est.

Quo loco qui hya legerunt, nescio quam sint rationem secuti: cum hya, licet principium sit in Hyacinthus, nullum tamen gemitum indicet, quem inscriptum Ouidius voluit, atque eum quidem sic inscriptum voluit, vt in eodem flore Aiæcis nomen exordio tenus legeretur; quoniam addat:

Tempus & illud erit, cum se fortissimus heros

Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.

Apollinis itaq. gemitus, & Aiakis nomen, non Hyacinthi scriptum intelligamus, quod est Ai, vox à natura gementibus, cuiuscumque gentis sint, nimis crebrò suggerenda. Sophocles elegantissimè in Tragœdia huic heroi dicata, ad hanc metamorphoseos fabulam allusit,

Αἰ Αἰ, τίς ἂν ποτ' ὦθ' ὦθ' ἐπ' ἄνυμόν

Τ' ἔμὸν ξυδοίσειν ὄνομα τίς ἐμοῖς κακοῖς;

Νῦν γὰρ πάρεςιν καὶ δις αἰάξω ἐμῶν

Καὶ τίς.

id est,

Ai ai, quis umquam credidisset, tam fore

Conforme nomen hoc meum meis malis,

Per qua mihi Aiazare bis modo licet,

Vel ter.

Verbum enim αἰάξω, gemere, & lamenta edere notat, ab ipso gemitus sono fabricatum, & simul Aiacem esse exprimere videtur. Ex hac Ai & αἰάξω verbi cognatione, magnum elegantiae condimentum sibi deprompsit Theocritus in Adonidis luctu:

Αἰάξω τὸν Ἀδωνί, ἀπ' ὠλετο καλὸς Ἀδωνίς. id est,

Defleo Adonin, nam perijt formosus Adonis.

Et paullo post,

Καὶ ἄνε δ' ἂ μορφα σὺν Ἀδωνίδι Κύπριδος, Αἰ Αἰ,

Ὡρεα πάντ' ἄ λέγοντι καὶ αἰ δρῖες Αἰ τὸν Ἀδωνί.

At forma extincta est ut Adonis Cypridis, Ai Ai,

Montes conclamant cuncti, & quercus Ai Adonin.

Cùm ergo ipsa natura nos cogat frequentius ai ai dicere, quàm velimus: quod, rogo, Latinorum erit priuilegium, quo lamentabilem hanc vocem toto suo litterarum regno excludant? Quid quòd Quintilianus apertè tradit; sicut apud Græcos semper diphthongum hanc ex A & I fieri; ita apud Latinos veteres datium & genitium eadem solere terminari: atque inde apud Virgilium esse, *Pictai vestis*, & *Aquai*. quo loco sic capienda eius verba, non vt apud Virgilium quidem diphthongum bis esse putet; sed in *pictai vestis*, diphthongi in suas vocales, è quibus componebatur, solutionem. Quamobrem etiam Probus ridiculus, tametsi eum laudet Ramus, dum Ai diphthongum quater in Virgilio dicit inueniri: semel, vbi dicit,

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Iterum,

Aetherium sensum, atque aurai simplicis ignem.

Rursus,

Exultant aestu latices, furit intus aquai vis.

Postremò,

Diues equum, diues pictai vestis, & auri.

Nam in his vocales A & I in diphthongum in vno solo versu coeunt; & id quidè nulli carminis necessitati, sed soli fidei transcribentium credendum, dum dicitur, *Aquai vis*: in ceteris vocales sunt distractæ, non in vnum sonum conglutinatæ. Liquet tamen è distractu, qualis fuerit contractus: de quo satis argumenti mihi suppetit, ad docendum, fuisse olim huius diphthongi vsum apud Romanos. Quod si fuit, quid vetat, quo minus mihi dicere liceat, in Maior, Caius, & similibus, hanc diphthongum esse, atque ob eam tempus duplex in illis syllabis audiri? Ultra ergo quatuor diphthongos communi consensu numerari cõsuetas, quatuor aliæ accedent, Ai, Ei, Oi, Vi; de quarum postrema, vt satis multa dixerim; non erit tamen abs re, Terentianum audire, malè à Scholiaste suo & lectum & intellectum:

Nec potest & hoc liquere, an I putemus consonam,

Longa Cui super paretur, ceu duabus consonis,

Alteram an? quia consequendo semper I vocalis est;

Tertiam & casus sequentes esse vocalem docent.

Imò si nunc V putamus esse vocalis soni,

I magis vocalis est iudicanda subsequens.

Nunc quòd hac diphthongus ergo ex V & I sit, dicimus:

Non ut V nunc sit Latina; sed magis Græcum sit Y:
 T̄a quum dicunt, & T̄as, tale quid Cui ut sonet,
 Temporum & per se duorum non requirat consonam.

Hic Alteram, pro Ateram an, siue Alter'an, scriptum erat. Nos correximus,
 ut de sola coniectura, ut videatur dici, non liquere, an I consonam, an alteram litte-
 ram, I videlicet vocalem, dicere debeamus: Consonam videri, quia V longa sit, ob po-
 sitionem duarum consonantium I & S, in hoc versu Virgiliano:

Cui semper indignas hiemes solémque potentem.

Alteram verò, scilicet vocalem, potius esse, ex eo putaris; quia I perpetuo post aliam in
 fine vocalem vocalis est. deinde casus sequentes datiuum, vocalem esse docent tertiam;
 cum in accusatiuo in E, in ablatiuo in O mutetur; & in datiuo & ablatiuo plurali vo-
 calis permaneat. Hoc explicatu quiuis facile percipiet, quid sibi voluerit Terentianus;
 qui tamen liberum cuique facit, ut, utram velit, sententiam sequatur: hac in re mini-
 mè probandus, eo quòd nihil in iis sani sit, quæ de I consonante in Cui, Grammatici
 delirarunt; qui me hic, quàm vellem, fecerunt prolixiorum. Nunc ergo consonantium
 litterarum sonos à Terentiano accipiamus, cuius ea de re hi sunt versus:

Consonantiū
 soni ex Terē-
 siano Mauro.

Iam cetera, non ordine quo solent, loquemur:

Verum ut cuique est proximitas loci, soniue.

Ne dicta prius me subigat referre rursum.

Vicinia vocum, modico dirempta puncto.

B littera, vel P, quasi syllaba videntur,

Iunguntq̄, sonos de gemina sede profectos:

Nam muta iubet portio comprimi labella:

Vocalis at intus locus exitum ministrat.

Compressio porro est in utraque dissonora:

Nam prima per oras etiam labella figit,

Velut intus agatur sonus: at altera contra

Pellit sonitum de mediis foras labellis.

Primumque latus dentibus adplicare linguam

Compressius urget, sed & hinc hincq̄, remittit,

Quo vocis adherens sonus explicetur ore:

G porro retrorsum coit, & sonum prioris

Obtusius ipsi propè sufficit palato.

At portio dentes quoties suprema lingue

Pulsauerit imos, modicèque curua summos;

Tunc D sonitum perficit, explicatq̄, vocem.

T, qua superis dentibus intima est origo,

Summa satis est ad sonitum ferire lingua.

K perspicuum est littera quod vacare possit;

Et Q similis: namque eadem vis in utraque est.

Quia qui locus est primitus unde exoritur C,

Quascumque deinceps libeat iugare voces,

Mutare necesse est sonitum quidem supremum:

Refert nihil, K prior, an Q fiet, an C,

Aut G quoque, vel C, simili parique lege

Addi, quasi desit, numero potest priorum.

Nulli dubium est, faucibus emicet quod ipsis

H littera, siue est nota, qua spiret anhelum.

Quin hanc etiam Grammatici volunt vacare,

Quia non adicit litterulis nouum sonorem:

Sed Græcula quadam scholica nitela vocis

Vocalibus apta, sed anteposta cunctis:

Hastas, hederas, cum loquor, Hister, hospes, huius;

Solum patitur quattuor ante consonantes:

Græcis quoties nominibus Latina forma est,

Si quando

Si quando choros, Phyllidas, Rhamnes, thyma, dico.

Septem reliquas hinc tibi voce semiplenas,

Vix lege solutus poterit ponere sermo:

Has versibus apte quoniam loqui negatur;

Instar tituli fulgidula notabo milto.

F.

Imum superis dentibus adprimens labellum

Spiramine leni, velut hirta Graia vites,

Hanc ora sonabis modo qua locata prima est.

L.

Aduersa palati supera premendo parte,

Obstansq; sono, quem ciet ipsa lingua nitens,

Validum penitus nescio quid cogit inire,

Quo littera ad aures veniat secunda nostras,

Ex ordine fulgens cui dat locum sinopsis.

M.

At tertia clauso quasi mugit intus ore.

N.

Quarta sonitus fingitur vsque sub palato,

Quo spiritus anceps coëat naris & oris.

R.

Vibrat tremulis ictibus aridum sonorem,

Has qua sequitur littera.

S. X.

— Mox due supreme

Vicina quidem sibila dentibus repressis

Miscere videntur, tamen ictus, ut priori

S promptus in ore est, agitur pone dentes

Sic lauis, & vnum ciet auribus susurrum.

Mixtura secunda geminum parat sonorem:

Quia C simul & qua prior est iugando nisum,

Retrorsus adactam solidant premuntque vocem.

Et hæc quidem de geminis litterarum sonis, è placitis Latinorum. Hebræi in quinque ferè discrimina prononciationem partiuntur, librum Iezyra secuti, quæ de instrumentis vocalibus distinguentes, alias litteras gutturis, alias palati, alias linguæ, alias dentium, alias labrorum dixerunt: quos tamen alij eiusdem gentis magistri deriserunt; & in primis quidem is qui Ephod conscripsit: quem secutus Rabi Moses, claro satis exemplo demonstrat, ridiculum esse, ipsum Res dentibus efferri, eo quòd ab edentulis etiam proferatur. Nos de Platonis, de Terentiani, de Capellæ, imò de ipsius experimenti & rationis auctoritate, ipsum Rho non dentibus, sed tremula intra palatum lingua dicimus efferri; atque vocum ex ea fabricam ad vibrationis huius similitudinem fieri. Hinc vsui esse in iis notandis, in quibus ratio habetur celeritatis, & motionis, & asperitatis; vt mox suo loco exemplis docebo, & ex Platone modò patefactum est. Iam ineptum est, mea quidem sententia, litteras aliquas ipsius linguæ facere proprias: cum omnes generatim voces hoc instrumento, tamquam plectro, fieri nemo nesciat. Nec illud verum labdacismum defectui dentium attribuendum esse, vt Hebræorum Grammatici tradunt: nisi balbos, quia his careant, fieri stolidè contendamus; & Demosthenem edentulum in ipsa adolescentia fuisse, cum primam eius artis cui operam dabat, litteram pronuciare non posset. At video quid voluerint. Videbant canes in ringendo dentes monstrare, atque idcirco caninam litteram dentibus efferri dixerunt. Egregiam verò conclusionem: Dentes ostenduntur; ergo iis sonus gignitur. Contra potius colligendum: Dentes immobiles manent, & labrum superius vnà cum naribus tremulo motu attollitur; ergo naribus vox pronuciatur: cum sonus aërem mouentibus potius, quàm quiescentibus, sit tribuendus. Hinc Persius:

— Vide sis ne maiorum tibi forte

Limina frigescant, sonat hic de narè canina.

Litterarum
diuisio apud
Hebræos.

Ringendo enim R profertur; quod fit districtis labiis & naribus diductis, & lingua intus sub palato vibrata: quibus instrumentis omnibus hæc littera fuisset adscribenda; quod Lucilij quoque versu docetur:

Irritata canis quod R R quamplurima dicat.

An non ira hac de causa naribus attributa, quod irati ringere videantur? Sic Theocritus primo Idyllio perquam eleganter de Pane canit,

καὶ οἱ αἰεὶ δ'εμεῖα χολὰ πρὸς ῥῖνι καθύπερθε. id est,

Vsq̄ue ipsi ad nasum bilis stabulatur acuta.

Er.
Rr.
Ira.

Quamobrem summo quamoptimæ imitationis artificio nostra lingua Er/vel Ar/ pro irato, dicimus; qua de voce Latini iram deriuarunt. Quocirca tamen in ringendo canes dentes ostendant, non tamen ea de causa motioni dentium pronuntiatio huius litteræ adscribenda; sed iis instrumentis omnibus quæ aërem sic mouent, vt sonus eius tremulus & asper edatur, inter quæ lingua animâ vibrando feriens, primū locum obtinebit, mox labia districta, huic nares diductæ & suspensæ succedent. At sufficiat hæc de littera canina dixisse; atque vno exemplo monstrasse, quàm languida, quamque parum bene subducta ratione, hæc fiat elementorum partitio: ne, si plura ad eandem sententiam adstruendam adducantur, Hebræorum canes non solum in nos ringant, sed etiam dentes figant. Disputent igitur Moses & Ephodici cum gentilibus suis, & vniuersim omnes ludæi quam volent, pronuntiationem sequantur: nobis interim liceat, Latinis & Græcis in litterarum formatione magistris vti; in quorum tamen verba non sic iuramus, vt si quid apud ipsos vsu paullatim degenerante corruptum sentiamus, id imitemur. Diphthongorum enim sonos integros hactenus nostrates seruant, non in Au modò, & Eu, sed in ceteris quoque omnibus. Nec porrò hac tantum tenus, sed numero etiam diphthongorum, vt indicaui, superamus & Græcos, & Latinos: quandoquidem integras è mixtis duarum vocalium sonis vsurpamus, Ae videlicet, Ai, Ao, Au, Ei, Eo, Eu, Ie, Oe, Oi, Ou, Ve, Vi; quas vt efferimus integras, ita & integras scribimus. Exempla notiora sunt, quàm vt addi debeant: nisi forte quis hæreat in Ao, cuius sonum in Scaon pro pulcro, & in Scaonlandia pro pulcra regione, audietur. Allemani ipsi A rotundam litteram apicis loco imponunt. In Saoni clariùs percipitur hæc diphthongus; qua tamen in voce, alij Sauni/ alij Sauni/ in quibus nos sumus, pronuntiant. E cum o coiens habebis in Deot/ pro capite, si Campanum Brabantum audies loquentem; cui Deot pileus, Deot caput, denotat. Nos Deot efferimus. Cetera diphthongi cuius obuia sunt. Adde, quod nonnullas voces sic proferimus, vt tres vocales coeunt audiantur: Sic ex Feud vel Feud/ quo voluptas denotatur, facimus Deoi/ vel Deoi/ vti Campani Brabanti pronuntiant. Verum quia hoc minimè frequens est, & eiusmodi sonus ferè in vicinam diphthongum transeat; non est operæ pretium huic rei diutius immorari. Quamuis enim Feud vel Feud dicamus; conuersio tamen Deoi ferè habet, vbi Campani Brabanti Deoi dicunt apertissimè; seruata nimirum mista trium vocalium pronuntiatione. Præterea vocalium sono longè post nos & Græcos & Latinos relinquimus; cum in singulis longum & breue tempus luculento vocis discrimine distinguamus: & vt diuersos earum sonos habemus; ita longas geminata figura frequenter notamus; quod perinde atque diphthongi geminum tempus trahant, & illud quidem in eodem sono consistens; tamen si quandoque scribentium incuria id negligatur, nonnumquam etiam pro A A vna vocali, AE diphthongus notetur; eo quod in pronuntianda hac vocali longa, os, quasi hiando defessum, in E quodammodo desinat: Siue enim Taam/ & Maat/ siue Taem/ & Maet/ scribamus; de eisdem rebus oratio intelligetur: atque similiter de ceteris id genus vocibus cogitandum. Nos aliquando A simplex scribimus; cui si longi temporis nota addatur, elegantior fuerit scriptura. verum in hac pingendi ratione liberum esto cuique, quam velit, viam sequi; nos de vocum discrimine, non de litteris pingendis, hoc loco tractamus. In E porrò longo triplicem habemus pronuntiationem: vnam, vt sonus idem sit cum ἤτα Græcorum, quam audire licet in Blet/ quod Græci βλητάω dicunt; quo loco quæ sit vox edenda, oues docebunt, dum Blet suum longo sono ducunt. Quamuis enim homines voces suas alias aliter edant; animantia tamen bruta naturales suas voces retinuerunt, non antè eas mutatura, quàm naturam quoque commutent. Non bene itaque Latini Balo

Diphthongorum & Vocalium soni in Cimbrica lingua.

E longū tripliciter pronuntiatur in lingua Cimbrica.

pto eodem dicunt, temerè, & contra rationem litteris transpositis, & vocali permutata. Quòd autem Varro commentus est *μῆλον* priùs *βῆλον* fuisse, atque inde Latinorū Balo deriuari; putidum est & ineptum: cùm Eustathius ceteriq. poëtarum interpretes satis ostendant, non solas oues, sed alias etiam quadrupedes, hominum mensis adhiberi consuetas, *μῆλα* apud Græcos olim dici solere: cuius notationis ratio de Cimbrico sermone ducta est, in quo *Maal* per vnā syllabam conuiuium notat, in qua longa vocalis in *ἤτε* transiens *μῆλον* fecit, per excellentiæ figuram animal quadrupes notans, conuiuiis adhiberi consuetum. Sed de hac re plusculum in pomosa Vortumni apud Propertium corona. Est & alter sonus huius vocalis longæ, quem duplici figura *Γε* notare ferè consueuimus. Is producit vocalem ipsam quidè, sed leniùs multo, & ore minùs hiantē, profertur. Sic *Γετ* pro iuramento, *Γεν* pro vno, *Γωεε* pro duobus dicimus. Accedit deinde tertius efferèdi modus, quo vtimur in *Γελ/Γεελ/* & similibus, vocalem hanc longam habentibus quidè, verùm subtiliùs quàm in superioribus producendam. Sed hæc prononciationum discrimina vsu potius quàm præceptis discenda: atq. ideò nolumus in iis esse prolixiores; maximè quòd & frustra linguæ nostræ imperitis dicatur, vti numquam affecuturis; & rursus frustra peritis, vtpote iis per se notissima. Iam inter consonantes vnā habemus, qua ceteræ nationes carent, quam duplici V signamus, ad hunc modum VV vel W; quæ figura, si è supina fiat recta, duplex Græcorum Gamma præ se feret: atque idcirco digammos olim est vocata, non quòd Gamma sonaret, sed quòd vt duplex Gamma scriberetur. Verùm quia Quintilianus affirmat, Digama apud Latinos sic sonare, vt nec sextæ litteræ, nec V cõsonanti prorsus respõdeat; sed vt Sergius inquit, sonũ reddat quàm V cõsonans pinguiorè. Quocirca crediderim seruus siue seruos sic apud veteres prononciatũ, vt nos efferremus, si seruos vel seruus scriberetur. Duplex itaq. Vau Æolicũ duplici nostro V respondebat; hoc solo differens, quòd quondã figura ipsius erecta staret, quæ ratione certa, quam in Hieroglyphicis pòst aperiemus, sic facta, vt superius non ad dextrũ latus gemino interstitio patèret. Nos aliquoties duplex Digama vocamus; propterea quòd V cõsonans pro Digamma à plerisq. capiatur. Nã Priscianus in Audiui, & in Venus Digama esse scripsit: & in Audiui & ceteris id genus præteritis, I produci, quia duplex littera sequatur. Sed de figura, vt dixi, pòst latiùs. sonus eius apud nos auribus est familiarissimus; Latinis huius tẽporis prorsus ignotus, apud quos in V cõ-

Maal.
μῆλον.

Digamma
VV quare
dicatur.

VV Digama
apud Latinos
sæpe transfer-
tur in V con-
sonantè, non-
numquam in
Qu, B, & G.
Vinum.
Volo.
Vinco.
Venus.
Quis et Qui.
Quando.
Quorsum.

Litterarum
soni alij lenes,
alij duri, &c.

absonam

absonam & ipsam S subiiciendo. Hæc ille, & plura: quibus tandem concludit, Latinos & suauitate sermonis & diuite vocum copia, Græcis esse longè posthabédos. Idem spiritum in oratione tanto magis laudauit, quanto maior esset: cum Terentianus interim ipsum F adeò contemptum à Quintiliano, suauius dicat, quàm hirtum ꝑ Græcorum. Iam nec Catullo, nec Ciceroni, flatuosus spiritus probatur. Hinc ille Arrium deridens, sic canit:

*Chommoda dicebat, si quando Commoda vellet
Dicere, & hinsidias, Arrius insidias.
Et tum mirificè sperabat se esse locutum,
Cum, quantum poterat, dixerat hinsidias.
Credo, sic mater, sic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat atque auia.
Hoc misso in Syriam, requierunt omnibus aures;
Audibant eadem hæc leniter & leuiter.
Nec sibi post illa metuebant talia verba,
Cum subito affertur nuncius horribilis:
Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,
Iam non Ionios esse, sed Hionios.*

Cicero fatetur se pulchros Cetegos Triumpos diu admodum dixisse; quia sciret ita maiores locutos esse: verùm postea se vsum loquendi populo concessisse, scientiam sibi referuasse. Nos de Quintiliani ceterorumque testimoniis scimus, aliàs alias vocales in eisdem verbis placuisse, auriumque iudicia diuersis temporibus fuisse diuersa, & aliis alia eadem ætate placuisse. Quamobrem nos rationi ipsi credamus, lenitatem soni, flatu esse dulciorem; & ipsum F adeò nihil durum habere, vt summa facilitate à nostris pronuncietur. Allemannis tumida omnia placent, vel holcadum vela impleturis, si ferid, & cum contentione quadam loquantur. Apud eosdem tanto in honore Sigma habetur, vt optimè sibi locuti videantur, cum plurimum sibilant: atque nostrates, qui Tau frequenter vtuntur, non alio magis nomine apud ipsos derisui esse scimus, quàm quòd Atticorum more, Sigma, quam litteram Dionysius Rhetor ferinam dixit, fugere consueuerint. Pindarus huius litteræ odio, versus quosdam dicitur Asigmos fecisse, luculento indicio, quàm sibilos parum dignos homine putarit. Et quis non eum sonum fugiat, qui proprius serpentis videtur, hostis homini capitalis? Permittamus itaque Allemannis, quantum velint in loquendo spirituum tumidis buccis efflare, & totum sermonem sibilis exasperare: nobis interim fas esto, cum Atticis, ipsum Sigma plurimis locis eliminare, & loco eius Tau sufficere: quantumuis Sigma apud Lucianum in se iniurios nos clamet; & Sueui nostram in loquendo lenitatem effeminatam, & mulieribus, non viris, dignam, turgentibus vento buccis vociferentur. Imò hanc ipsam omnium litterarum facilem pronunciationem in prima laudis parte ducimus: à qua quanto magis aliæ gentes recedunt, tanto magis ab ipso medio, in quo & virtus & sermonis honos consistit, sunt remotæ: quam sententiam licet Allemanni sint exhibilanturi; nos tamen tantisper tenebimus, dum quisquam existet, qui solidis rationibus euitat, Atticos ceteris Græcis in loquendo minus suaues fuisse. Iam quo & varius magis, & copiosior sermo noster esset; quauis littera vocem claudimus, quauis etiam inchoamus; asperitate interim vbique perquam diligenter euitata: &, vt in magna copia & varietate breues simus; omnia vocabula, quoad eius commodè fieri potest, ad vnam syllabam redigimus, vel capite, vel medio, vel cauda resecta. Sic pro *het hoot* dicimus *Chhot*; pro *des mans* / *Smans*; pro *des Drous* / *Sroua*. In compositione item vocum non frequentes modò sunt syllabarum excisiones; sed, quo maior etiam lenitas esset, aspirationes crebrò exclusæ. Porrò si quando monosyllaba vocula breuitate sua non satis expletura videtur aures; in fine E adiciamus, postrema consonanti aliquando duplicata. Sic pro *Bed* / *Bedde*; pro *Het* / *Hebbe*; *Goot* / *Goode*. Nonnumquam *De* appendicem addimus; Vt è *Be* / *Bedde*; *Me* / *Mede*; *Dre* / *Drede*. Verùm non est huius mei instituti, omnem ornatum, & linguæ nostræ varietatem explicare, quæ vel sola sibi ingens posceret volumen. Maxima enim est dialectorù diuersitas: quam qui scire volet, diuersarù Germaniæ gentiù, vel libros vernaculo sermone scriptos cõsulat, vel viuos roget magistros.

*Allemannis
tumida omnia
placent
loquendo.*

*Sigma littera
ferina.*

*Cimbrica lingua
varietas,
copia, & breuitas.*



ROST ELEMENTORVM è quibus voces componuntur, naturam & indolem, de Græcorum & Latinorum auctoritate, quàm fieri potuit, breuissimè explicatam, demonstratamque singulorum vim & potestatem, qua alia aliter aures ferunt: consequens est, vt exponam qua ratione singula ad symbolicam significationem accommodentur; quo tandem cernamus, quænam linguarum voces suas sic habeat formatas, vt rerum notiones iis aptè conuenienterq.

*Litterarum
symbolica significationes.*

depingantur. Quia tamen longum esset atque odiosum, ne dicam infinitum & intolerabile, per omnia sigillatim vocabula discurrere: sequemur hac in re cum artifices omnes, tum ipsos præsertim pictores: qui, vt quantum in rebus per colores imitandis valeant, demonstrant, non omnes suas tabulas simul obtrudunt, sed vnã atque alteram proferunt, è quibus de ceteris iudicetur. In singulis ergo litteris aliquot exempla proponemus, in quibus ostendatur quæ sit ipsarum potestatis siue soni quomouent auditum, cum notione rerum quam designant vocabula ex ipsis composita, similitudo. Hæc autem de sermone nostro sumemus; in quo solo hanc in ipsa indiuidua elementa fieri posse solutionem diximus: at illa tamen non temerè quæuis, sed in quibus vel illustrissima sit hæc vocalis pictura, vel iucunda rerum vtilium cognitio non prius à quocquam animaduersarum. Perpetuò enim conabimur, vt Hermathena nostra suam tueatur dignitatem: & quamuis in Grammaticorũ arena versari videatur; in ea tamen non triuialia fecerit; sed ea dumtaxat quæ non minus Palladium deceant grauitatem & constantiam, quàm & celerem Mercurialis mentis discursum, & sollers in omnibus rebus considerandis acumen. Quamobrem ne inanibus quæstionibus tempus trahamus, de litterarum numero & earum ordine non disputabo; quorum vtrumque Zopyrio Grammaticus non arti alicui aut naturæ, sed casui & fortunæ tribuendum existimat. Pòst, tamen vbi vocum formandarum artificium patefecero; luculentissima ratione demonstrabo, nec temerè nec fortuitò, sed summo & accuratissimo iudicio, Alphabetum vtrumque, & hoc quo Latini & nostrates vtuntur, & illud quod Hebræi suum esse putant, à priscis hominibus digestũ fuisse. Interim nos hunc nobis ordinem statuemus, vt prius de vocalibus, pòst de consonantibus agamus; & è singulis, velut è pigmentis quibusdam, vocales nobis imagines delincemus, aut potiùs in aère pingamus, non illas quidem oculis videndas, sed aurium tympanum pulsaturas.

Nunc igitur ad A, omiſſa Protogenis apud Plutarchum quæſtione, cur hæc vocalis primum sibi locum inter litteras vindicaret, quam pòſt, vt modò recepi, longè aliter quàm quifquam ſcriptorum ſuſpicatus hætenus fuenit, explicabo. A igitur littera idonea erit recto faciliq̃ue motui inchoando; propterea quòd os leniter aperiat, veluti ianuam quandam ad progrediendum, ac linguam rectam planamq̃ue porrigat; eo ipſo demonſtrans qualem eſſe viam velit, & quorſum ſpectare. Videtur ergo is qui A pronunciat, hortari ad progreſſum; eo quòd & ianuam recludat, & lingua rectum foras iter oſtendat, velut brachio quodam Mercuriali protenſo. Hanc autem eſſe ipſius A pronunciationem, priore libro copioſè declaratum eſt; nec eſt cur hîc eandem prolixius repetamus. Si quem igitur ad progrediendum incitare velimus, hac vocula cõuenientiſſimè vtetur, pro eo atque noſtrates faciunt, dum dicunt, *ἄτα* id eſt, progredere; & *ἄγαν* pro aggredi uſurpant. Verùm quòd magis ſonora vocula reddatur, & magis in eius auribus, quem hortamur, tinniat, conſonantem N adiiciunt, cuius proprius eſt tinnitus. *ἄτῃ* itaque plerumque efferunt, tum præſertim dum orationem finit. Hic in ipſo ſtatim limine clarum eſt, Latinos perperam feciſſe, dum ab hoc huius vocis uſu reſceſſerunt; & multo peius dum ipſi A conſonantem Delta adiunxerunt, quo motus ad locum designaretur; propterea quòd Delta, vt oſtenſum eſt, vim habeat ligandi, quæ motui ad locum proſus repugnat: quod licet ſatis antè ſit declaratum, lubet tamen Nigidium hîc audire, quando eius nobis copiam Noctes Atticæ fecerunt. Is N litteram ſic pronunciarî dixit, vt lingua palatum tangat; non quidem interius, vt dum

*A littera
symbolica
ſignificatio.*

A vocula incitans ad progreſſum.

Lambda

Lambda effertur, in ipsa media cavitare; nec motu tremulo, qui in Rho sentitur; nec ad extremas gingivas lingua leniter admota & retracta, ut fit in Delta: sed facilitate ea seruata, ut paullo exterius quam in Lambda gingivarum radices linguæ extremitas contingat. Constituatur ergo Nigidius arbiter inter me & Latinos, & dicat homo linguæ suæ doctissimus, Ad ne Latinum, an nostrum *An*, magis idoneum sit ad motum indicandum. In Ad motus rectus per A designatus ab ipso D retrahitur, in *An* per litteram N promouetur, & id quidem mira quadam facilitate. Estne quidquam hac sententia clarius, quam ipsa Nigidij verba confirmant, non illius quidem nostratis, sed Romani, & inter Romanos omnium eruditissimi & studiosissimi antiquæ veritatis? Et hoc quidem contra veram vocalis picturæ artem peccarunt Latini. vide iam quid Græci. Hi huic litteræ priuandi dederunt significationem, quæ non modò non promouet progressum, sed etiam impedit. λόγον rationem dicunt, ἀλογον minimè illud quod ad rationem rectà tendit, uti sonus litteræ postulare; sed quod prorsus ratione caret. Quid ab his expectes pictoribus qui tam peruersè in arte versantur, ut coruos albos pingant, cygnos nigros? Neque minus absurdum est quod in A committunt, dum ex hoc vocali pigmento ea faciunt quæ naturæ lege cum eo pugnant; tantum abest, ut aliquam habeant vel similitudinem vel cognationem. Confer nunc nostrum *An* cum sua notione, & diligenter expende, quàm conuenienter naturæ ipsius vocis data sit significatio. Leni, & recto, & facili ipsius A sono ad motum hortamur, oratoria quadam arte, leni sermonis principium facientis, deinde monstrantis ipsius linguæ motu rectum esse quod hortamur; & ne mora sit aut excusatio ipsis quos incitamus, ostium aperimus, & iter ostendimus. Iam cum N accedit, additur lenis quidam sonus, tinnitu suo excutiens tarditatem, & vnà monens, omnem nostram motionem, siue corporis ea sit siue animi, leniter ad superiora & anteriora tendere debere; qua via paulatim ad summum bonorum peruenitur. Admirandum sanè artificium, in quo tantum mysterij vnus consonantis accessione videmus aperiri, ut omnem actionem nostram omnemque progressum ad superiora sensim, veluti per gradus quosdam, tendere debere discamus. Atque hæc quidem de *A* & *An* vocibus primogeniis, quarum ratio ex ipso litterarum sono dependet. Hinc iam alia componuntur, alia deriuantur, & primo quidem & simplicissimo deriuationis genere, quod & nostro sermoni peculiare est; per litterarum conuersionem ex *An* fit *Na*: & quia *An* ad anteriora tendit, & motus omnia metiens cõtinuus est, necesse est id quod progreditur, aliquid sequens trahat. Præterea quia *An* rectum iter ad superiora monstrat, conuersio ipsius Ichnæa monet, ut bene præcedentem omnes sequantur, & in primis ipsemet se semper sequatur ad superiora progredientem; atque eo modo, velut è postica parte, se ipse protrudat motu quodam perpetuo ad anteriora & superiora continuato. Audiamus igitur omnes nomenclatorem hortantem, *An Na*/ id est, progredere sequere: quo non incitatio modò ad continuum progressum; sed natura etiam ipsius motus continetur, qui totus ex antegresso & secuto cõstat. Cum enim motus tempore mēsuretur, & tēpus nihil aliud sit, Aristotele teste, quàm mensura secundū prius & posterius, necessariò efficitur, ut ex *An* & *Na*, tamquam suis partibus, tota motio conficiatur. Quoniam verò progressionis omnis finis est, ut id, ad quod destinatur, attingat; voluit sermonis architectus, ut *An*/ dum quieti tribuitur, finem significet motionis, ipsum videlicet attactum. Sic dicimus, *t'isser an*/ id est, attingit. Deinde quia id quod attingit proximum est tacto, fit ut hoc quoque nomenclator sit imitatus, & ex *An* tangente fecerit *Na*, quo propinquum notaretur. Sed dicet quis, non rectè factum, ut *An* attactum denotet; eo quòd is quietis sit, non motionis. Fateor, id quod attingit quiescere, sed quia nomenclator sermonem hominibus fecit, nec inter eos quicumquam ad summam contingat tranquillitatem, nisi antè ad eam fuerit progressus; voluit finem, in quo absoluta est motionis perfectio, nomen dare ab ipsa motione. Quinetiam eo ipso suo consilio miseris mortalibus ostensum voluit, omnem rectum motum ad superiora per *An* denotatum, ad id adspiraturum ad quod contendit. Dum igitur per *An* hortatur ad progressum, altero eiusdem vocis significato pollicetur, nos ad finem nostrum vltimum peruenturos, nec quemquam frustra rectum ad superiora iter ingressurum. Bone Deus, quàm latus hic campus contemplationum aperitur, quàm certa spes proponitur immortalitatis, dum attactus eorum promittitur ad quæ recto motu ad superiora

superiora tendente iter tenemus. Quò tamen melius sermonis architectum intelligamus; id hìc mihi monendum ante omnia, eum in vocibus fabricandis perfectissimum sibi semper eius rei quam pingeret, proposuisse exemplar. Cum igitur in *An* motionem audiamus; & eadem voce finem etiam progressus aliquando intelligendum esse, sermonis constructio demonstret: necesse fuerit de excellentissimo hominis progressu cogitare, & ad eum expendere omnes totius artificij rationes: quod si fecerimus, clarè cernemus magnum miseris mortalibus solatium in gemina *An* notatione contineri. Cum enim præstantissimi quique homines ad eius quod æternum est contemplationem incitentur; & ad ea quæ immortalia sunt, mente sua rapiantur: fieri non potest; ut si ipsam hortationem quam *An* & *Na* complectuntur, sibi sequendam proponant; quin tandem ad id, quò feruntur, adspirent, nisi primus sermonis artifex nos deludat. Contendamus ergo rectà fursum, certa concepta fiducia, nos ad id peruenturos ad quod progredi iubemur. Nec opinemur, onomatopœum magis in mētis motione hallucinari, quàm in motu corporum, in quibus verissimum est, parte progressa & parte consequente, siue anteriore & posteriore, omnem motum absolui, quæ duæ solo momento, quò Instans scholæ vocant, copulantur. Porro quia in motuum genere circularis non solum perfectissimus est, sed omnem etiam alium motum mensura sua meretur: summa industria vocum architectus nomen composuit, quo circularis hic motus ad viuum expressus cerneretur. Connexis enim *An* & *Na*/vt *Anna* existat, vocabulum fecit circularè, quo motus circularis ex priore & posteriore constans depingeretur: Vt enim motus ab aliquo puncto imaginario progressus, & ad idem punctum rediens, circularis dicitur; ita & *Anna* vox est circularis, in eandem desinens vocalem à qua incepit, & eundem sonum reddens, siue à parte posteriore, siue à parte anteriore audiatur. Vocem autem *Anna* nostratam esse, ipsa hæc docet etymologia; cui accedit peculiatis per conuersionem fabricandarum vocum formula; quæ licet non sit hodie in loquendi consuetudine, partes tamen è quibus constat, habet æquè nunc atque olim vsitatas; quo fit, vt eam liceat postliminij iure in ciuitatē nostrā reuocare. Latini ex ea *Anni* nomen retinuerunt; quo nihil aliud denotatur quàm illius circularis motus mensura, quo planeta aliquis, vel stella etiam fixa, ab vno aliquo puncto progressa, ad idem redit. Hac ratione *Annus* magnus erit octauæ sphæræ ab aliquo puncto progressæ, ad idem punctum reuersio. Virgilius, dum Soli magnum annum tribuit; vel ad Lunæ annum respicit, vti multo minorem; vel diurnam reuersionem, paruum Solis annum appellat: & mensis quidem Lunaris annum poterit vocari minimus omnium eorum qui fiunt egressione & reuersione in Occidentem. Quòd si diem quoq. primi mobilis annum vocaris, quòd Maro videtur fecisse; nihil peccaris: quando & in eo circularis motus, per *Anna* denotatus, absolvitur. Quem verò Platonici magnum annum quærunt, qui omnia astra ad prima sua loca restituat, eum nos nihil moramur: propterea quòd nullus vniquam sit futurus; & si fingeretur esse, non annus esset, sed imaginarium quiddam è multorum corporum annis coaceruatum. Ceterum quia quòd rotundum est, nullum principium aut finem videtur habere: voluit nomenclator, vt *Anna* pro æterno etiam poneretur. Hinc Romanis *Anna* dea, custos videlicet perpetui motus, cui *Perennæ* cognomen hac de re dederunt vetustiores. Quid verò est *Perenna*, quàm per *Anna*, id est, per progressum & per sequens, siue per prius & posterius in se circulo semper recurrens? *Perenna* itaque cognomen votum eorum includebant, qui *Annam* orabant, vt nimirum per eam ad nouum annum possent redire. Ouidius in *Fastis* varias de *Anna* profert opiniones: sed quia vocis compositionem, & eius vim ignorabant Latini, nihil fani de hac Dea cogitare potuerunt. Nobis clarum est, diuinam voluntatem qua pater æternus per filium tempora dispensat, hac voce denotari; atque idcirco *Idibus Martiis*, in medio nimirum primi mensis, huic Deæ festum diem celebrari solere; quò annum inchoatum faustum daret atque felicem:

Idibus est Annæ festum geniale Perennæ,

Non procul à ripis aduena Tibri tuis.

Plebs venit, ac virides passim dissecta per herbas,

Potat, & accumbit cum pare quisque sua.

Fuit enim hoc antiquum apud Romanos *Anni* initium; quò fit, vt mirer, *Varronem* scribere,

Anna Cimbrica vox & circularis.

Annus vnde dicitur.

Annus magnus.

Anna dea apud Romanos. Perenna Anna cognomen.

Anna quid denotet.

scribere, annum à bruma computari; & eius vocis non aliam adferre causam, quàm quod, vt paruuli circuli annuli, sic magni circi anni dicerentur. Sed vnde Annus originem ducit? Hic filet Varro. Nos in *An* & *Na* causam videmus; sed eam prius motui, quàm tempoti & circulo, conuenire scimus. Festus Pompeius ad Græcos in Anni notatione se recipit, aiens eos *ἔτηρον* pro anno dixisse: quod si sic habet, Græci Anni nomen corruerunt; vt non pauca alia vocabula propiùs ad fontes suos apud Latinos, quàm apud Græcos, accedunt. Quòd si vel Varro, vel Festus, Annæ nomen intellexisset, non aliò confugisset ad anni etymologiam explicandam: nec Ouidius tot falsis de Anna coniecturis & se, & lectorem fatigasset; si Cimmerici sermonis, è quo Latina lingua manauit, peritus fuisset. Aristoteles Physicorum libro quarto commemorat, quosdam tempus dixisse circulum esse; quia prima motione circulari mensuretur. Nos de nominum nostrorum ratione scimus, ab ipso motu circulari tempus pendere, & eius nomen à motu esse deductum, atque inde ad cetera translatum, in quibus circulus inuenitur. Qui hanc vocum structuram non admirabitur vt & naturæ consentaneam, & multiplicis sapientiæ plenam; eum equidem oratum velim, vt quàm longissimè ab hac vocalis picturæ inspectione discedat, & tantisper ex hac officina emanet, dum prius diligenter Aristotelem & Platonem examinarit, & ex iis didicerit, quidnam tandem dignum sit admiratione. Porro vt in *Anna* integra est ex *An* & *Na* vocibus conuersis, compositio; & ea quidem rotundo ductu in se reuersa; ita in vocabulis nonnullis ex *Anna* conglutinatis, *Ana* videbis, reiecto altero *N*, quo ad ternarium nomen redactum, pro æternitate, quæ tota ab hoc numero dependet, vsurpetur. Hinc Athana, ceu dicas, *hat-het-ana* / & articulo, qui in medio est, more nostro, cum sequenti syllaba contracto, *hat-thana* / quo nihil aliud notatur, quàm, tenet ipsam æternitatem. Monui antè, in compositione frequenter adspirationes nonnullas adimi ad vocum lenitatem conciliandam; quod & hic in principio factum, ne spiritus spiritum præcedens anhelam redderet prononciationem: tametsi & alioquin principiis non rarè densus spiritus adimatur, ne nimio nostro flatu iis quibus loquimur, simus molesti. Athana igitur, altero etiam *Tau* ad breuitatem quærendam exempto, Dea est conseruans perpetuam rerum essentiam, quam Salomon Sapientiam vocaret; per quam vt pater omnia creauit, ita & omnia conseruat. Rectissimè igitur & quàm conuenientissimè sacris litteris à priscis Cimmericis Athana præses habita est omnis sapientiæ: quam cum de cerebro Iouis natam finxerunt; quid aliud dixisse censeantur, quàm æternam ab æterno patre genitam esse? Hinc nostra Hermathana, vetere loquendi consuetudine, vocum est interpretatio, de sapientiæ fontibus deriuata. Latissimè patet hæc etymologia; sed nobis standum in promissa breuitate: & sunt ceteroqui non pauca aliàs de Athana nobis disquirenda; de qua in Amazonicis etiam fuit nobis agendum, Athenarum quærentibus conditores. Nec hinc alia audienda tibi; sola illa sufficit filij Sirach cantio: Fons sapientiæ, Verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Ab eadem voce *Ana* fit *Selana*, in qua voce *Sel* / pro *Tel* / est, ad consuetudinem Sueuorum. Est igitur *Selana*, id quod numerat æternitatem; vnde factum, vt in cælis Luna *Selana* vocaretur; propterea quòd mensuris decursibus perpetuum tempus hominibus dinumeret. Hinc nos *Bec-selana* interpretati sumus panem, siue pabulum, quo nutrimur, ad æternitatem dinumerandam: quod quid aliud est, quàm sapientiæ, omniumque scientiarum studium; & diligens inquisitio eorum omnium quæ nos ad Dei cognitionem per scalam quandam & gradus deducunt? Hæc est illa Platonica Arithmetica, quam Aristoteles post Physica meditatus est; cui sacræ litteræ adiunctæ, cum spiritus sancti interpretatione, vera perficiunt *Becselana*, omnibus suis numeris absoluta. Ex hac itidem voce *Anaitis*, pro Dea perpetui caloris, de qua in Saxonicis nostris copiosè. Sunt & alia, de quibus suo loco, neque enim hinc enumeranda omnia. Ab *An* / dū id quod tangit, denotat; deriuatur *Ang* / pro eo quod nimium prope est, adeò vt premat: quæ vox, id quod vltra *An* significat, de natura litteræ *G* accipit, quæ premit, & retrorsum linguam cogit. Plerique nostratum pro *Ang* / *Eng* dicunt, vt *E* magis premat. Ab *Ang* / fit *Hang* / pro suspendo; vbi spiritus motionem indicat, quæ tendat ad *Ang*. Latini ab *Ang* *Angulum* retinuerunt, & *Angulum*. Hinc *Angel* apud nos hamus, quòd pisces suspendat, & angustiis premat. Ab eodem fonte *Angst* pro nimia sollicitudine & timore. Porro

ex Ang

*Ana.**Athana vnde dicatur, & quid sit.**Hermathana.**Selana vnde dicatur. Selana Luna.**Becselana.**Anaitis.**Ang / suo Eng. Hang. Angustus, um. Angulus. Angel. Angst.*

ex Ang/ quod angustum est & premens, per conuersionem fit Gna/ pro eo quod clemens est, & ab angustis liberans; & quia Eng etiam dicimus, Gne etiam vsurpatur. Sed vt blandius fiat vocabulum, ex Gna ferè Gnai facimus, blandiente littera adiecta. Hinc apud Romanos Gnæus, quod si interpreteris, clementem dicas: qua in voce, seruata vera pronuntiatione, pro G, C Latini scribunt. Nobis Gna clementia, Gnadij clemens vocatur. Frustra omnia sua scruta euoluant Latini, ad vocem Gneus explicandam. Scio eos ad Græcos confugere fontes: quod minimè facerent, si veterem Cimmericorum, à quibus genus ducunt, sermonem nouissent. Ab Ang Latini Ango etiam seruauerunt: Angen nos & Eugen dicimus; sed nobis origo, vt docui, debetur. Ab An etiam & Anker/ quod est cursum impedire, fit Anker/ pro eo quod nauis cursum ad se vertit & silit: hinc Ancora Latinorum, & Ἀγκυρα Græcorum; quarum vocum rationes ipsi ignorant. Nullus finis fit, si pergam totam sobolem ipsius An recensere. Ab A porro citra litteram tinnientem adiectam elegans oritur vocula. Quia enim A rectum motum ad anteriora indicat, & rectus motus plurimum adiuuatur & incitatur prauia vibratione; sermonis Architectus ipsi A litteram vibrantem, quam tremulam Nigidius vocat, præponēs, ita fecit, vocabulum significaturum celeritatem. Virgilius, quantum ad impetum con- ducit, spicula vibrare, siue quatere, siue coruscare, quæ omnia pro eadem re vsurpat, frequentius ostendit, quàm vt sit monendū. Quis ergo pictor celeritatem melius coloribus imitetur, quàm noster nomenclator eam litteris expressit? Equidem in hoc certamen ne ipsum quidem Apellem, aut si quis vniquam pingendi arte magis excelluit, verebor prouocare. Postea fulminis celeritatem indicare volens, cecinit:

Namque improviso vibratus ab æthere fulgor

Cum sonitu venit; & ruerè omnia visa repente:

Vbi studiosè eam litteram quæsiuit quam sciret lingua vibrata pronuntiarì. Doctissimè igitur Terentianus dixit, Rho tremulis ictibus linguam vibrare. Sed longè admirabiliore artificio sermonis nostri opifex è duabus litteris vocabulum fecit, ad celeritatem exprimendam, dum tremulam vibrationem recto per apertum spatium motui præmilit. Ex ita fit itat/ pro Rota; quæ vox Latina nobis item debetur. Hinc Radius, quasi ita tit/ id est, celeriter tendit: nam Tien idem quod tendere siue ire. Nos ferè pro radiis lucis Stralen dicimus, non malè illud quidem, sed reuocato vetere nomine, augenda est vernaculi sermonis copia. Non reprehendetur igitur à me, imò laudabitur, qui itadien pro Radiis vsurpabit, quod & priore libro monitum, & hic repetitum, perpetuò in omnibus sagitiis & obsoletis nominibus obseruetur: ita / per conuersionem nostratibus peculiarem, ad contrarij transit notationem. Est enim Ar celeri oppositum, vt litteris, ita significatione. Quemadmodum autem vibratio præcedens recto motui impetum adfert: ita, si sequatur, adfert tarditatem, & celeritatis impedimentum, quod in sagittis clarè videmus euenire. Conuenientissimum igitur naturæ est, vt Ar tardum denotet. Hinc Arar, fluius insignis tarditatis. Sed de ita & Ar latius in littera Rho. Porro cum A rectum motum designet, si vocalem exilem addas, quæ est Iota, vox existet, quo motus lenis, exilis, & blandus indicetur, qualis est ipsius spiritus. Ai igitur, vt verbum, idem est quod Spiro; vt interiectio, su spiritum notat, quod omnibus notius, quàm sit gratum. Sicut autem Aesem dicimus, pro vocis nutrimento; qua de re antea: ita etiam Aidom, & reiecto D, de more nostrati, vt ex Vader facimus Væer; Aidom crebrò audimus pro respiratione. Fit enim deriuatorum formula ex Ai/ quod est Spiro, Aidom; sicut ex Aije/ Aijedom; & similia ex similibus. Quòd si ipsi Ai litteram præponas, quæ latitudinem nobis indicat, fiet Wai/ quod idem est quod ventum edo, quasi dicas, latè Spiro. Ex Ai Græci, adiecta sua terminatione, fecerunt Aiw pro Spiro. Ex eadem voce Ai fit Αἰολος, nomen regis ventorū, compositum ex Ai & hol/ quo antrū & specus notatur. Est igitur Æolus, pronuntiatione Latina, ventorum specus; quod nomen ventorum deo ob id tributum, quòd origo ventorum prorsus occulta sit, adeò vt nemo hætenus certam generationis eorū habeat scientiam, nec sciat qua de causa modò hinc, modò illinc, modò vehementer, modò remissè spirent. In Benaco, dum generalis tempestas loci genium non vincit, ante meridiem ventus in Italiam tendit; post meridiem Germaniam petit: & interim, dum alibi tranquillus lacus est, frequenter improuisa procella è cauis montium vallibus irruens nauiculas euertit, aut saltem miseris modis vexat. Similia alibi

Gna/ Gne/
Gnai/ Gna/
dich.

Gnaus unde
dichus.

Ango.

Ancora,
Ἀγκυρα.

ita/ celerita-
tem significat

Rota.
Radius.
Tien.

itadien.

Ar / celeri
oppositum.

Arar fl.

Wai. inff
Wai. inff
Wai. inff
Wai. inff
Wai. inff
Wai. inff
Wai. inff
Wai. inff
Wai. inff
Wai. inff

Wai.
Aiw.
Αἰολος, Æo-
lus.
Hol.

Ventorū ori-
go occulta.

cernas euenire : & generatim , nihil est ventorum origine occultius ; ita vt non iniuria præses eorū ab occulto antro nomen acceperit. Hinc doctius Virgilius, quàm Grammatici suspicentur:

*Hic vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos tempestatesq; sonoras
Imperio premit, ac vinculis ac carcere frenat.
Illi indignantes, magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsa sedet Æolus arce
Sceptra tenens, mollitq; animos, & temperat iras:
Ni faciat, maria, ac terras, calumq; profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrantq; per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris
Hoc metuens, molem, & montes insuper altos
Imposuit, regemq; dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.*

Virgilius
poëta diuini
nisi.

Ventus unde
dictus.
wint.

æi.

Hal.
Hypostases
tres in Deo
omnia cōser-
uante, per tres
litteras in Hal
demonstran-
tur.

Quis non dicat Virgilium Cimbricam nominis originem in Æolo agnouisse, dū vento regnum speluncis atris abditum esse cantauit? Equidem hunc poëtam vt diuinum quendam vatem, semper admiror, & longè ceteris omnibus antepono, cum ob alias præstantissimas summæ eruditionis dotes, tum maximè propter occultiore[m] quandam antiquitatis Cimmeriæ cognitionem: adeò vt non semel mihi suspicio suborta sit, eum Gallici sermonis, & Druidarum disciplinæ peritum fuisse. Verùm quidquid huius fuerit, hoc saltem video, eodem eum hic spiritu ductum fuisse, cuius instinctu ventorum præsidem Cimmerij Æolum indigitauerunt. Quid? an non Venti quoque nomen videtur intellexisse, quod à nostro vocabulo *Wint* deriuatur, mutato duplici Digamma quo Latini carent, in simplex? Dicitur enim *Wint* à *Went* / quod significat verto; propterea quòd omnia vertat, & nihil sinat statum quietemque suam tenere. Est nunc quisquam qui melius possit hanc nostratem vocis rationem ob oculos ponere, quàm à Virgilio factum sit in versibus modò citatis? Sed hæc extra propositum. Redeo ad *æ*, cui si Lambda iungas, motum indicaris ad summum apicem cæli tendentem; eo quòd hæc littera supremã feriat palati partem. Quoniam ergo linguæ nostræ architectus sciret omnia nostra studia, nec nostra modò studia, sed omnia totius vniuersitatis desideria, ad illud quod supremum est, tendere debere: voluit vt *æ* idem significaret quod omne, quo statim hac voce audita & intellecta, de compositionis artificio intelligerem us, omnes actiones, omnes motiones nostras ad ipsum summum rerum omnium culmen esse referendas. Quid salutaris moneri potuit, quid significantius rerum omnium finem indicare, quid breuiore compendio ad id vocare, à quo non hominum tantum, sed omnium rerum felicitas, atque adeò ipsa essentia dependet? Quidquid enim est, eo ipso est quod ad summum refertur: iam quia omnia spiritu quodam omnia penetrante & mouente ad hoc ipsum supremum culmen diriguntur, atque eo ipso in suo esse cōseruantur; placuit linguæ opifici, vt verbum quo *Conseruo* denotatur, spiritum ante al haberet, quo occulta hæc & præuia motio qua omnia seruantur, indicaretur. Hal igitur idem significare iussit, quod Latini *Seruo* dicunt; tribus litteris tres hypostases in Deo omnia cōseruante demonstrans; à spiritu ad filium, qui ad patrem ducit; à filio ad supremum apicem, qui pater est, progressu facto. Et optimè fanè adspiratio Spiritui sancto attributa, nec minus bene *A* ipsi filio; propterea quòd filius recto motu, tum à patre, tum ad patrem procedat. Est enim Patris verbum, Patris creatio, Patris ad omnia progressus, Patris sapientissima cogitatio, & cetera omnia quæ ad infinitam pertinent Patris potestatem explicandam. Porro de Lambda clara est ratio, quam pòst explicabo. Meritò autem cōseruatio à Spiritu incipit; eo quòd hic omnium rerum custodiæ cōseruationique præsit, haud secus ac anima quædam omnium rerum creaturum. Suboleuit hoc etiam aliqua saltem tenus admirando nostro Maroni, qui omnia spiritu cōseruari his versibus sapius mihi canendis declarat:

*Principio calum, ac terras, camposque liquentes,
Lucentemq; globum Luna, Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Non

Non malè profectò Poëta: sed quanto diuinius sermonis nostri architectus ternarium Deo attributum expressit; & in conseruandi munere primum locum spiritui, secundum creatori, tertium patri assignauit! Quis hæc considerans non obstupescat? Vix me teneo, quin exclamem, O sancte spiritus, sic in me spira, vt per Dei filium accedam ad Patrem: Quæ oratio ipsissimis litteris in Hal expressa cernitur, ab iis qui vocalium pigmentorum naturam è vetustis auctoribus quos in medium adduxi, cognouerunt. Et est hæc sanè omnium rerum conseruatio, si per spiritum sanctum adscendant ad opificem, & eius medio perueniant ad supremum patrem. Hal ergo idem est quod conseruatio; primum & ante omnia Deo conueniens, ad eam, quam dico, intelligentiæ regulam, & inde ad alia descendens. Hinc Hal pro Sale antiqui nostri maiores vsurparunt: vt in Hal ad Oenipontem, & Hal in Saxonia perspicuum est de ipsis nomenclaturis: vnde & Græci haless suos acceperunt. Verùm quia magna ædificia, multos simul ho-

Hales.

Halle.

Hal id est, salus.

Sal salis.

Salus, utis.

Magal quid significat, & vnde dicitur.

Vt primum alatis tetigit magalia plantis.

Et clariùs alibi:

Miratur molem Aeneas magalia quondam.

Seruius dicit, Magar, non Magal, à Pœnis dici: quod nescio an ipsi credere possim; cùm pluris mihi sit curiosa Virgilij diligentia, quàm Grammatici obseruatio: & præterea certò sciam, hæcenus Magal, pro habitatione & domo apud Arabes Africam habitantes esse in vsu; cuius rei testis mihi est annulus amatorius, Arabicam habens inscriptionem, quæ Latinis sonat, Habitatio siue domicilium vitæ meæ; vbi pro domicilio, scriptum est Magal, characteribus coniunctis illis quidem de more, sed clarè tamen Magal, non Magar, exprimentibus. Est autem annulus ex Africa allatus, cuius inspicendi copiam mihi fecit Illustrissima Domina Comes Cantecroia. Magal igitur à Priscis Cimмериis, siue Amazonibus, originem videtur duxisse, amplam cognatorum domum designans. Qui antiquitates peruestigarunt, fatentur illi quidem Magalia à Mago nomen duxisse; sed quid Magus significet, ignorant; dum proprium viri nomen esse credunt; nec item intelligunt, quid Hal adiectū sibi velit. Hæc modò allata exempla sufficiant ad artificium peruidendum, quo ex A vocali primus sermonis nostri faber pinxit rerum notiones.

TRANSEAMVS ergo ad E, secundam vocalem; quæ si longa sit, vt Hæc Græcorum enunciatur, quod Dionysius Halicarnasseus sic efferri scribit, vt sonum ad linguæ basim firmet. Terentianus nobis cecinit, in E pronunciando, rictum modico tenore deprimi, lingua vtrinq; molares premente. Quiuis in E efferendo sentit linguam non molares modò, sed radices etiam dentium anteriorum premere, atque vndique se firmare. Quamobrem idonea littera erit rerum firmitati, & veluti fundamento denotando. Quòd si iam quæras à sapientiæ professoribus, quanam basis sit rerum omnium: tandem eò deduceres, vt Vnum fundamentum sit rerum omnium; cui nisi inniantur omnia, labantur & pereant necesse est. Quod cùm ita esse nomenclator noster cerneret; E/ pro Vno poni voluit: cui tinnientem litteram accedere nonnumquam permisit; ne Vnum, quod firmamentum est omnium & singulorum, in terra quæreremus; sed sono ipsius N, sursum vocaremur. Non contentus autem sermonis artifex, vocalem inuenisse firmæ rerum omnium basi designandæ aptissimam; illud præterea instituit, vt omnium rerum nominibus Ee/ vel Eem/ vocali producta præponeretur. Sic dicimus Ee man/ id est, Vir. Græci ex Ee/ ò fecerunt, cur articulus in prima lingua præponeretur ignorantes: Latini articulum neglexerunt. Qui post Romanam linguam corruerunt Gotismo, pro Ee man/ in home dicunt; & Ee mou/ Dna doima; phrasi nimirum Cimmeriorum retenta, apud quos eadem vox & vnum significat, & articuli

E littera symbolica significatio.

E.

Een siue Ee, vnum significat, & articuli vice fungitur.

ò articulus Græcus.

vice fungitur: quæ loquendi consuetudo non apud Italos tantum, sed apud Gallos etiam, & Hispanos, è Germanico sermone inoleuit. Pudet me, ita me Mercurius amet, tam sublimè primæ sapientiæ mysterium tanta triuialis meæ orationis ieiunitate perstringi. Sed quid facerem? Illi, quibus copiosa elegantis sermonis vbertas largo cornu diuina benignitas effudit, nihil hætenus huius clarissimæ lucis è lingua nostra nobis affulgentis viderunt; sed in hoc suo domestico thesauro, haud secus ac talpæ, versati sunt, oculis numquam ad hunc illustrissimum diuini sermonis splendorem apertis. Condoneat igitur mihi admirabilis ille & omnino diuinus linguæ nostræ architectus, si quæ post immensum seculorum decursum primus vidi, ea rudi sermonis mei filo contexam atque demonstrarem: qua tamen in re ne prolixè peccem, infinito me, quàm augusti spectaculi postulat amplitudo, præstabo breuiorem: contentus, si tantillum apud nostrates gratiæ ineam, vt ditissimæ gazæ, hætenus in alta & caliginosa specu defossæ, primus dicar index fuisse. Quamobrem hoc satis esto, dixisse, nihil posse in vlla locutione admirabilius inueniri, nec vtilitatem habere luculentiorè, quàm in hoc articulo, qui Vnum significat, omnibus rerum nominibus præponendi, vsu delitescat. Hæc igitur loquendi norma à primo sermonis artifice, cum ob alia, tum ob id potissimum est instituta, vt quauis in re nominanda mentem nostram ad ipsum Vnum subleuaremus; memoresque essemus, ex ipso omnem rerum stabilitatem & essentiam non fluxisse modò, sed in eo etiam stare. Præterea quoniam ipsum Vnum solum essentiam omnem complectitur, & eam rebus afflat, huic elemento sibilum adiecit; quo adiecto, fit *Es*; vnde Latinorù *Est*; & *Esse*, & Græcorum *ἔστι*. *Es* igitur propriè & primum notat ipsum Vnum, ea ratione, qua & ipsum est, & omne esse, rebus adspirat, quod sibilus adiectus indicauit. Hinc Parmenidis philosophiæ fundamentum, quo asseruit, omnia esse vnum; quia nimirum omnia hoc ipsum quod sunt, in ipso Vno habeant constitutum atque fixum, & extra Vnum nihil esse possint; sed ab eo valido spiritu, qui sibilo notatur, & procedunt & dependent: quod diuinissimum dictum, ab ipso primo primæ linguæ architecto petitur, Aristoteles nefaria sacrilegæque calumnia, & cauillatione omnibus seculis apud pios probosque viros despuenda, falsitatis accusauit: cum ipse mutatis verbis nihil aliud prolixissimis illis & odiosis commentariis docere molitur, quæ, nescio quàm bene, *τὰ μετὰ τὰ φυσικά* nominantur, mea certè sententia, rectius ab eo quod tractant, quàm ab eo quod non tractant, nuncupanda. Hoc profectò diuinius veriorque Parmenides, quod non ab Ente, sed ab Vno, omnium rerum principium duxerit: cum vnum pater sit; ipsum verò Ens, illud quod primum à patre gignitur, & procedit: in quo Aristoteles, si ratio nominum habenda sit, videtur quieuisse. Sed de hac re post iterum latius. Rectissimè itaque ab *Es* quo vnum significatur, omnibusque rebus primum inest, vt ipsius in nominandis iis præmissione notatur, vox *Es* formatur, illius litteræ adiectione, quæ fortissimum spiritum imitatur. Num est quicquam fortius illo spiritu, quo ab ipso Vno ipsum Ens efflatur; & simul essentia omnium eorum quæ sunt, procedit? Est rursus vllù elementum, quo aptius hic tam validus & robustus spiritus, è quo omnia esse suum habent, & ipsi vni colligantur, quàm sibilante hac littera exprimi possit? Admiremur ergo summum linguæ nostræ artificium, quod duabus litteris tam magnum diuinitatis mysterium conclusit: admiremur item, quod omnibus rerum nominibus articulus is præponatur, quo clarè docemur, omnia ab vno pendere. Quid dico, admiremur? adoremus potius supplice mente diuinam bonitatem, quæ primo linguæ nostræ inuentori tanta luce affulsit, vt hæc non clarissimè tantum cerneret; sed etiam clarissimè omnibus sermonis nostri peritis demonstraret, idque tam deuota animis nostris ad diuina excitandis voluntate, vt numquam rem vllam à nobis permiserit nominari, quin simul huius catenæ, per quam omnia ab vno dependent, admoneremur. O vtinam diuinus Plato huius sermonis peritus fuisset: quantum diuinum illud pectus gaudij persensisset, dum totius sapientiæ fundamentum omnibus rerum vocabulis vidisset attextum; quibus ille præconiis hanc linguam celebrasset; quas laudes, quos hymnos Bacchico furore correptus effudisset! Ex me coniecturam de caelesti illo ingenio facio, qui quantumuis rudis sim & agrestis, sic tamen huius artificij contemplatione afficior, vt præ illa, quicquid latus habet mundus oblectamenti, contempnam, & nihili ducam. Sed pergamus hinc, vbi nullus considerationis finis inuenire-

En articulus, quare nominibus præponatur.

Est, Esse, ἔστι. Es! quid significet Es vnde formatur. Vnum omnia comprehendit.

ueniretur, ad alia, quæ & nominibus & rebus ab vno statim deducuntur. *E* quid sit, & *E*s/ dixi: cui id tamen addendum; à plerisque exilitatis amantibus *Es*/ pro *E*s/ dici, vt facilis est ex vno elemento in alterum transitus. Ab *E* fit *Ee*/ siue *e*/ vocali cum exili sono producta; quod superior Germanorum lingua *Ehe* scribit, longam litteram, quonescio modo, in medio sui aspiratione exasperans; quo legitima vnio significatur; vnde fit, vt pro matrimonio vsurpetur, vt dum dicimus, *hi en heest geen kindeven in Ee*/ id est, non habet proles ex legitimo matrimonio. Vide quæso, quàm aptè nominum fabricator nos admoneat, vt ipsi Vni legitima copula coniungamur; & fieri non posse, vt legitima coniunctio inter mortales violetur, vt non simul ab ipso Vno recedamus: quod quàm sit periculosum, nemo ignorare potest, qui modò sciat ab vno omnem suam salutem & essentiam pendere. Num quisquam vel longissima oratione, & omnibus eloquentiæ numeris absoluta, plus posset matrimonio conciliare dignitatis, quàm vnica hac vnus vocalæ minimæ notatione factum videmus? Primum patet ab ipso Vno legitimum coniugium procedere; deinde non posse violari, nisi simul quoque vinculum, quo ab Vno pendemus, soluatur; quo nihil potest cogitari magis horrendum. Hinc & illud liquet, matrimonium aptissimum esse Sacramentum coniunctionis eius quæ est inter Christum & suam Ecclesiam; quæ sponsa sic ei est deuincta, vt Vnitas, & essentia, & tota ipsius salus ab eo pendeat; & si vinculum soluatur, euestigio pereat. Crebrò nobis monendum erit, sic ab architecto voces factas, vt prius in summis ideis, quàm exemplis inde ductis, significationis rationem veritas tueatur; quo descensum rerum à suis causis primariis clarè demonstrauit, totius sapientiæ fundamenta clariùs vocibus intexens, quàm vllis vel prolixissimis Philosophorum commentariis explicentur. *E* ergo prius illud coniugium signat, quod Deus cum mente nostra contraxit, quàm coniugium inter virum & feminam: quia illo, ipsi Vni coniungimur & copulamur; hoc verò, imitamur tantum summam illam mentis & Dei Vnionem, ita vt hoc, illius sit Sacramentum, siue mysticum quoddam signum; atque idcirco malè nominis sui rationi respondeat, nisi similitudinem cum illo, quàm potest fieri maximam, conseruet. Vnde mox perspicuum, idem de matrimonio sensisse nomenclatorem, quod Paulus explanauit: qua de re post iterum fortasse nonnulla. Hic satis sit monuisse, quod in omnibus volumus valere; sic voces in hac lingua positas esse, vt ratio significationis in summis exemplaribus sit quærenda: quod tamen non in omnibus fecimus; ne nimia & prolixitate, & nonnumquam etiam difficultate, cursum huius scriptionis, qua quàm celerrimè cupimus defungi, impediremus. Neque verò æqui lectoris fuerit, in his meis primis rudimentis accuratum rerum omnium explicatum postulare. Ab eodem *E*/ fit *Eet*/ quo iuramentum, si hac voce vti licebit, significatur: quod eo omnis oratio nostra confirmetur, & Vni, à quo verum sic manat, vt cum eo conuertatur, sit coniunctum: cum Tau vincendi vim habere, de Platonis auctoritate, sit apertum. Hac voce monemur in primis, omnem veritatem ab Vno manare; atque idcirco ab Vno nihil posse, nisi verum, produci. Deus itaque, qui ipsum Vnum est, & ipsum Verum, & Spiritus ipse omnem essentiæ vnitatem veritatemque per omnia meando conseruans, non potest per aliud, quàm per semetipsum iurare; vt est in Genesi: Iuravi per memetipsum, dicit Dominus. Deinde hoc ipso nomine docemur, quanti faciendum sit iuramentum, quo per ipsum illud orationem nostram confirmamus; à quo non sermo tantum noster, sed ipsum etiam esse dependet. Qui ergo iurat, id dicere in lingua nostra videtur: si hoc, quod dico, verum est, vt nisi ita sit, ab ipso vno velim distrahi, id est perdi, & protus in nihilum abire. qua interpretatione quæ Diræ possunt esse magis horrendæ? Quis hoc nostras iurandi nomen considerans, non expauescat iurare; cum eo ipso quo iurat, primam omnium rerum causam sic in testimonium vocat, vt ab eo velit dependere ac seruari: & si non sit, quod dicit, cum ipso Vno coniunctum; velit & ipse ab vno distrahi, quod nihil aliud est, quàm perire. Præterea ex hoc ipso vocabulo intelligimus, non esse plures Deos, cum per ipsum omnis veritas & firmitas ab Vno pendere signetur. Iuramenta igitur per aliud, quàm per ipsum Vnum concepta, nostras nomen non merentur: quia *Eet* omnem multitudinem excludit. Simul atque ergo hoc nomen audimus, omnis falsa Deorum multitudo, siue gentium idola profligantur, & in nihilum redigantur: quia nimirum per ea nullum iurandum nomine iuramenti apud

Es.
Ee/ siue *Ee*
he.

Matrimonium
aptissimum est
Sacramentum
coniunctionis
inter Christum
& suam Ec-
clesiam.

Eet.

Iuramentum
quanti faci-
endum.

nostros dignum fieri possit; quo fit vt ne dij quidem sint dicendi, propterea quòd, si dij essent, per eos etiam iurare in lingua nostra possemus. Vnus ergo Deus est, per quem omnia confirmantur, & essentia suæ accipiunt veritatem, qua res inter se & cum prima omnium caussa vniuntur, quod apertissimè *Est* nobis declarat. Quemadmodum autem *est* id significat quod cum vnitatem est deuinctum; ita si per vestigia retrò legas, ad Vnum reduceris. Quid enim *Est* aliud est quàm *Te ee*, id est, ad Vnum, quòd iusiurandum tendere debet, vt veritatem suam tueatur. Ab hac voce *est* / Græcis *ἐπὶ*, pro vero est in vsu, sola temporis in principio mutatione, quod in *ἀληθῆς* non est mutatum, quod vocabulum ex eodem fonte deriuatur. *Et* siue *E* longa vocali in *ἦ*, & tenui consonante in adspiratam transeunte, vt sit nimirum *Al eet* / id est, omnino iuramentum, quasi dicatur, omnino consentit cum vno, à quo omnium rerum confirmatio dependet; quod nihil aliud est quàm si dicas, verum esse. Porro quia hæc vno per quam iuramus, ipsa est Dei potestas, omnem rerum ordinem constituens, per quam vnitatis, essentia, veritatis, & bonitatis suæ omnes res participes facit: prisca Orphici finxerunt, Deum, dum iurat, per hanc suam vniionem iurare, qua omnia in cælis & in terra ordine certo constituantur atque seruantur; quod nihil aliud est, quàm Deum per semetipsum iurare; cum esse eius, & posse, & agere idem cum ipso sit. Hanc autem totius mundi constitutionem & conseruationem in vno fixam, *Sticht* vocabant; è quo Græci *Stix* fecerunt, Tau in Sigma conuerso, & ex Chi & Sigma duplici littera facta, eo prorsus modo quo è *Sticht* voce nostrati, fit *Rex* Latinis. Posteriores, huius originis ignari, crediderunt per *Στῆλον* scribendum esse; quasi triste quippiam & horribile hac voce significaretur. Hinc eorum opinioni duo suffragari videbantur; alterum, quòd fons Arcadiæ horrendi veneni aquam fundens sub eadem voce notus esset qua Alexandrum, Aristotele id & Antipatro machinatis, extinctum ferunt; alterum, quòd *Stix* fluuius apud inferos diceretur, per quem dij iurarent; omniaq; apud inferos *συμφορῆ* & tristitia viderentur. Hesiodus *Stygem* filiam Oceani fecit natu maximam:

ἐπὶς.
ἀληθῆς.

Iurare Deum
per suam vni-
onem, quare
Orphici pri-
sci finxerint.

Sticht.
Stix unde di-
catur, & qd
significet.
Rex unde
dicatur.

Δεινὴ εὐξ θυγάτηρ ἄφορρος ὠκεανοῖο
Προστυάτη νόσφιν δὲ θεῶν κλυτὰ δώματα ναίει
Μακρῆσι πέτρῃσι κατηρέφει, ἀμφὶ δὲ πάντῃ
Κέλοισιν ἀργυροῖσι πρὸς ἕσπερον ἔσθλει.

Id est, vt Græco vati crasse suc-

cinamus,
Styx valida Oceani reflui antiquissima nata,
Quæ procul à reliquis Diuis tenet inclyta tecta,
Rupibus ex altis pendentia, & undique pilis
Argento factis celum firmata sub ipsum.

Bene profecto Oceani filiam dixit, quem Moses Abyssum & aquas nominauit; è quibus, tamquam è materia, tota structura mundana facta est, quam nos *Sticht* per excellentia figuram nominamus: qua voce nihil aliud significatur, quàm id quod apto ordine est constitutum. Tota igitur hæc totius mundi ordinatio ex Cælo siue ex Abyssu patris omnis fundi experte nata, *Styx* nuncupetur; omnia plusquam durissima rupes stabiliens, & argenteis columnis sustinens, quæ ex infimis terræ visceribus ad summum cælum, id est, ad Vnum ipsum pertingunt. Quòd autem dicit, hanc procul à diis habitare; id sic intelligendum, vt huius potestas non in solo cælo, vbi dij à poetis ponuntur, cernatur; sed inde ad longissimè etiam distita propagetur, candidissimis columnis infima supremo Vni connectens. Hanc dum Deus iurat, per seipsum iurat; propterea quòd tota totius vniuersitatis ordinatio in ipso consistat. Hanc dum homo iurat, Deum iurat, & illud iuramentum præstat, quod nobis *Est* dicitur, quo omnia vni deuinciuntur; quæ tantum abest vt sit tristis & horribilis, vt contra nihil amabilius, nihil carius, nihil hominum vitæ magis necessarium cogitari queat, vt pote citra quam nihil omnino esse suum possit tueri. Hæc meritò immensi illius Oceani & paterni feminis proles antiquissima habenda, per quam omnia quæ sunt, firmissimis pilis sustententur. Græci vocum confinio decepti, tristem quandam aquam somniauerunt, veteris fabulæ sinceritatem fædis maculis inquinantes; vt nihil ferè in prisca Orphicorum Theologia reliquerunt puritatis, non alia de caussa quàm quòd Thracum & Phrygum linguâ, è qua fabulæ ad ipsos erant antiquitus deriuata; ignorarent. Quid enim, quæso, rationis ha-

beat,

beat, Iouem per tristem noxiamque aquam iurare, cum homines etiam notint, non esse iurandum, nisi per maiorem, ut plus nimium accedat orationi firmamenti, quam persona loquentis adferre possit: quo fit ut Deus, cum maiorem se non habeat, per semetipsum iuret, vel per suam ipsius ordinatissimam structuram, *Sticht* nobis vocatam, e qua in potentia eius deducimur cognitionem. *Stichten* autem, quod est recto ordine rem quampiam constituere, deriuatur a *Stigen* / quod est sursum contendere: quoniam is qui ordine quippiam constitutum vult, necesse habet ut omnem operationem actionemque suam ad supremam causam referat, a qua omnis ordinatio procedit. Videmus itaque quantum momenti habeat ad rerum naturam perspiciendam diligens primarum vocum examinatio, cuius formulam & typum quendam in hac voce *Est*, atque huius nominis monitu, in Styx ostendi. Ceterum quia omnis haec nostra opera ad rectas nominum rationes eruendas tendit, non erit alienum, si vocabuli occasione ultra quaeramus, an iuramenti siue iurisiurandi apud Latinos nomen e sermone nostro traxerit radices. Iuro a voce Ius deductum videtur; ita ut si, vnde Ius dicatur, intelligamus; si-
Iuro.
 mus etiam intellecturi, vnde Iuro descendat. Ius, inquit Donatus, quod omnia recta & inflexibilia exigit. Ulpianus Ius a Iustitia appellatum nimis supine mihi videtur dixisse; cum Iustitia a Iusto, & Iustum a voce Ius deductum videatur; cum Iustum id fit
Ius. Iustus.
 quod secundum ius fit; & Iustus, qui ius siue aequitatem in omnibus seruat. Quod si nunc ulterius quaestio procedat, quae sit huius vocis Ius etymologia; magnam credo apud Latinos fore silentium. Est sane vox nostratibus & Romanis communis, vnius solius elementi truncatione a nostris ad Latinos transgressa. Cum igitur concedendum sit, ex ea lingua natales habere in qua ratio eius inuenitur; spero me demonstraturum, nostratibus originem eius deberi. *Iust* aequum apud nos dicitur, nulla scabritie aut inaequalitate offendens; quod nostras esse, conuersio contrariam significationem adferens aperte monstrat. *Stuit* idem est quod inaequalitate offendo; quod ex verbo *stuit* intelligitur, *Dat stuit* / id est, hoc non aequaliter transit, sed offendit. *Iust* verbum est ad aequalitatem redigo, omnibus in rebus usurpatum; contrarium est *Stuit* / adiecto Tau de more nostro; quod in corporibus quidem idem quod offendit siue repellit signat; in sermonibus vero tantum valet, quantum si dicam, Non seruat veritatem, id est, oratio eius non quadrat cum re ipsa. Hinc *Stuitvosch* is dicitur qui mendaciis hominibus imponit, vulpeculae dolos imitando. A *Iust* Latini Ius & Iustum mutuati sunt: hinc & Iubeo e nostratibus dictiunculis compositum est, quasi *Iust tuc* / id est, iustum impero; in posteriore vocula diphthongo, qua Latini carent, in e simplex commutata. Non mirum igitur est, si a Ius fiat Iuro, cum nihil aliud sit Iuro, quam testari rem conuenire cum ipsa veritate, quod nos diceremus *Iusten* / id est, ad aequalitatem redigere: quod iuramentum sit, teste D. Paulo, omnis controuersiae finis, id est, inaequalitatis. Graeci *ἵρκον*
ἵρκος.
 pro iuramento dicunt; quod quamuis & Grammatici ad varias origines referant, quas in Etymologico licet videre; mihi tamen videtur primi sermonis vnguenta redolere. *Oront* enim est absoluta & prima notitia, ab *Or* / quod principium est, & *Cont* / quo notum significatur, ut originalem notitiam queas interpretari. Iuramentum sane cum finis esse debeat omnis controuersiae, ad ipsum fontem omnis notitiae accedit, ut ex ipso testimonium veritatis sibi deriuat; atque hac ratione *Oront* dici meretur, id est, notitia ab ipso primo veritatis origine petita. Hierocles aureum Pythagorae carmen exponens, sic *ἵρκον* exponit, ut diuinarum legum obseruationem iuramentum appellet, quo omnia quae creata sunt ad cognoscendum Deum, ei annectuntur & adaptantur: quorum aliqua quae semper cum Deo sunt, semper iurandum colunt & seruant; aliqua, quae nonnumquam a Deo discedunt, iuramentum nonnumquam infringunt, & diuinae legis ordinem & iuramenti fidem praetermittunt, eo ipso facto impij. Videmus hic iuxta Hieroclem, qui plura in hanc scribit sententiam, iuramentum in vnione cum Deo consistere; quod nostrati voce expressum est: veritas enim omnis, omnisque solida notitia ex hac vnione procedit, quae ob id merito *Oront* / id est, origo notitiae vocatur, a quo Graeci *ἵρκον* fecerunt: quoniam idcirco per Deum iuranti fides adhibetur; quod pro certo teneamus, non solum Deo omnia nota esse, verum ab eo etiam omnis vera notitiae principium proficisci. Hinc vulgo loco iuramenti dicere solent, Deus nouit, hoc ipso pronuntiato originem omnis & scientiae & veritatis testantes; quo fit, ut non iurent tantum, sed

tum, sed veram etiam nominis rationem, qua Iuramentum apud Græcos ὄρκος vocetur, addant. Adspirationem verò quæ in *Orion* non est, irrepsisse credo ex illorum opinione qui vocem ab ἔρκος, quo murus notatur, tractam esse sibi peruasent. Latini melius Orcum citra adspirationem in alia quidem notione dicunt, at ea tamen quæ ex eodem fonte deriuetur. Socrates Plutonium, ob immensos sapientiæ thesauros quibus abundet, quosq. nemini communicet, nisi sit à corpore absolutus, dictum putat ἀδην δαδὲ εἰδέναι, id est, à sciendo: quod ut vnde acceperit haud scio, nisi ab Orphico quopiam acceperit; ita hoc inde clarissimè cerno, Orcum apud Latinos è prima lingua nomen retinuisse, in qua *Orion* notat primum omnis scientiæ fontem. Hinc adagium illud vetustissimum, *Orci galea*, siue ut Græci dicunt, αἰδοῦς κωνῆ eam accipiet lucem, quam nemo hæcenus maximæ ipsius potuit inferre obscuritati. Si quæ *Orci galea* tecta sunt, ea nullo modo videri possint; nihil magis hac galea tectum puto, quàm huius prouerbij causam, in qua ut plurimum Zenodotus, & Erasmus, & Gyraldus laborarint; primam tamen eius & veram originem non attigerunt, quam nobis statim in ipso nomine sermo noster interpretatur. Tota prisca Orphicorum poësis ad veram Theologiæ, & eius quidem nostræ, arcana, à maioribus ænigmatibus inuoluta, est referenda; à quibus quantum aberrat, tantum à vera poësi degenerauit; degenerauit vitio sanè eorum, qui sinceræ sapientiæ ignari, somnia sua, & ineptias, & anilia deliramenta vix à pueris toleranda, Musarum sacrario inuexerunt. His igitur relictis, quærat, Quinam *Orcus galea* sua sit inuisibilis, quod non aliunde melius, quàm ex Mose intelligetur, qui à Deo ipso hæc accipit verba: *Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris*. An num aliud est, faciem Dei non videri, quàm *Orci* caput sic galea tectum esse, ut non cernatur? Quis verò *Orcus*, nisi summum bonum, cuius maiestatem Socrates in Rep. ait esse augustiorem, quàm ut eam sermone posset explicare: à quo quamuis omnis notitiæ exordium est, tamen non videtur nisi per Solem boni filium. Chalcidius in Platonis *Timæum* scribens, de hoc principio sic agit, ut originem quidem rerum, ex qua ceteris omnibus quæ sunt, substantia ministratur, esse summum & ineffabilem Deum dicat. Bene profectò ineffabilem dixit, quem inuisibilem esse scimus, de quo Orpheus:

Orci galea.
αἰδοῦς κωνῆ.

Orphicorum
poësis ad
Theologiæ
arcana re-
ferenda.

Orcus galea
sua quinam
sit inuisibilis.

Αὐτὸν δ' ἐκ ὀφθαλμοῦ, καὶ τὸ νεφὸς ἐς ἑμεῖς.

Ipsum non video, quòd sit caligine septus.

Plutarchus inscriptionem ex templo Mineruæ in Ægypto recitat, in qua sapientia summi patris, & omnis sapientiæ causa, quam *Orion* lingua nostra vocat, hoc post alia de se dicit: τὸν ἐμὸν πέπλον εἰδὲς πῶ θνητὸς ἀπεκάλυψεν. id est, Peplum meum nemo vquam mortalium reuelauit, siue capiti meo ademit. Hac de causa dum de occulto hoc numine Ægyptij sacerdotes agebant, ter acclamabant: πρῶτῃ ἀρχῇ σκότος ὑπὲρ πάντων νόησιν, σκότος ἀγνώστων. id est, Primum principium tenebræ omni intelligentia superiores, tenebræ nulli cognitioni peruiæ. Has tenebras *Orcus galea* sua nobis significat, tectus ille quidem, sed non totus; quoniam caput dumtaxat à mortalium oculis abscondat, potentiam suam per opera filij, cum quo idem est, iuxta illud, *Pater & ego unum sumus*, ostendens. *Orion* ergo, siue Latina terminatione, *Orcus*, est ipsa patris sapientia, cuius sapientiæ caput galea tectum est: atque inde, qui tam occultas res nouissent, ut ceteros mortales ea laterent, vel tam prudenter aliquid executi essent, ut nullius alterius acies consilij profunditatem posset intueri; ij dicti sunt *Orci galea* tecti: quòd scilicet mens ipsorum tam altè in sapientiæ tenebras penetrasset, ut inde, tamquam ex altissimo omnis intelligentiæ apice, ipsa quidem omnia videret, à nemine verò videretur. Quis nescit Palladem galea munitam? at qua galea munita sit, non omnes fortè cernunt. E Sphinge, quam aliqui cono apposuerunt, hoc licet coniectare, non vulgarem cassidem fuisse, sed quiduis potius, quàm illud quod primo statim aspectu polliceri videretur, indicasse. Certè Homerus quid sibi hoc Sphingis ænigma vellet, videtur subodoratus, dum canit,

Orcus quid
significet.

Pallas qua
galea munita
sit.

αὐτὰρ Ἀθήνην

Δὸν αἰδοῦς κωνέλω μή μιν ἴδωι ὄβελμος ἄρκος.

Sed casside Pallas

Orci se texit, ne ipsam Mars cernere posset.

Quid hoc tandem est, quòd ne Mars quidem Palladem *Orci-galea* tectam videre possit?

possit? Illud nempe, quod Pallas omnia sua consilia è Iouis cerebro, & summo sapientia vertice petat, quem caligine perpetua, septum dixi, quam Martis oculi impuri, & contrariis inter se elementorum turbis impediti, penetrare non possunt. Mars enim nihil aliud est hoc loco, quàm temeraria quædam ferocia, nulla ratione, aut certo consilio, sed insana & furibunda ira ad prælium impellens. Pallas verò prudentia est caute omnia circumspiciens, non solùm armis, sed consiliis, & iis quidem præcipuè, nixa. Non mirum igitur, si Palladis prudentiam, qua sua consilia & moderabatur & occultabat, Mars non potuerit peruidere: cum animus ira concitatus, & totus æstuans, nihil vñquam possit vel sani cogitare, vel ab aliis prudenter cogitatum intueri: quia crassus circa feruentia præcordia fumus omne mentis lumen offuscet atque exstinguat. Hac de causa cum Mars à Diomede Palladis auxilio vulneratus è pugna se subduceret, non Orci galea, quam nullam hic demens, vt eum ipsa Iuno apud Iouem vocat, poterat habere, se abscondit, sed obscuritate quadam, qualis in aère ex nubibus apparet, dum ex nimio ardore ventorum tempestas cum turbine excitatur, quod frequenter in æstate contingit. Iracundi enim & furibundi animi, si quid aduersi contra expectationem accidat, mox insano clamore, qualis Martis fuit, & procelloso impetu ordinem laxant, & dissipant, & quantum vel equis vel pedibus valent, fugam capeffunt. Quia verò ventosa hæc tempestas ex ardore circa pectus oritur, non procul inde vulnus accepit, in ipsis nimirum hypochondriis ad eam partem qua cingebatur. Caligo autem qua tegebatur, tam non erat occulta, vel Orci galeæ similis, vt etiam à Diomede, qui homo erat, cerneretur. Possem equidem totam Persei fabulam, licet miseris modis corruptam, & à prima veteris sapientia veritate distractam, ad hoc prudentia contra aduersa præsidium reuocare, nisi delicatorum hominum stomachum vererer: & hæc etiam ipsa quamuis breuiora sint, quàm rei postulat amplitudo, nescio quomodo diutius me demorentur quàm existimabam. Hoc vnum satis indicij dabit, quæ dixi, vera esse, quod Perseus, omnibus suis ad optatum finem perductis, galeam Orci Mercurio obtulerit, hoc suo facto confessus, non alij eam conuenire, quàm ei qui excellenti mentis celeritate ad obscuram rerum caliginem adspirare posset. Non possum tamen illud omittere, quantumuis properem, quod *κων* vox galeam Græcis notans, nostrati quoque lingua debeatur: quod nisi ita sit, etymologiam mihi de sermone suo promant. Dicent fortè, sic dictam, vel quod è corio canis fieret, vel quod canis caput in cono præferret: quod quàm sit ridiculum, quiuis videbit. Apud nos *Cun* vel *Con* ambiguum est ad notitiam, & ad imperterritam animi fortitudinem notandam: idque ea, vt videtur, causa, quod fortitudo animi ex accurata eorum notitia, quæ agenda faciendæue sunt, oriatur. *Det* vocali longa, caput signat, vt in Gotonicis satis latè me recordor tradidisse. *Cun*-et/ igitur, ad verbum, caput est vel imperterritum, vel notitia scientiaque rerum insigne: quæ vox, compositionis lenioris gratia, adspirationem de nostro more perdit. Ex *Cun*-et/ Græci fecere *Cune*, abiecta littera, quam terminationis Græcæ forma non admittit. Galea igitur *Cun*-et/ siue Græcè *κων* vocatur, quia caput reddat imperterritum, & audax ad quosuis ictus recipiendos. Hic velim benignum candidumque symbolorum interpretem rogatum, vt diligenter videat, quanta arte pro sapientia tessera, *Cune* sit accepta, in qua non illud modò indicatur, sapientiam optimum capitis esse munimentum, & certissimam aduersus omnia incidentia pericula galeam: sed hoc etiam additur, vt ex voce ipsa *Cune* intelligi queat, cuius rei notationem galea capiti imposta gerere videatur. Est enim duplex conuenientia, altera ipsius galeæ cum sapientia, altera eorum quæ de voce *Cune* intelligi possunt, si ad primos natales vocetur. Quamobrem *αἰδος κων*, si vtraque vox ad originem referatur, idem erit, ac si quis dicat, Dei omnia scientis galea, vel, sciens peritumque rerum caput. Quid, an quicquam potest esse, quod vel significantius, vel verius moneat eum qui in tutela sit eiusmodi Dei & eiusmodi capitis, facile posse quæuis pericula prudenter declinare; & iis consiliis quæ alij non videant, maximam sibi comparare securitatem? Quid autem de Socrate in voce *αἰδος* interpretatione sentiam, aliàs forsàn: hoc saltem ex ea modò suspicor, eum à doctiore quopiam accepisse, penes hunc Deum omnis scientia fontem esse, vt in Orci nomine Cimbri docentur. Redeamus nunc ad vocalem, cuius & naturam, & in vocabulis vsus, proposuimus considerandum. Ostensum est, *Et* vel

Mars.

Pallas.

κων, id est, galea, unde aicatur.*Cun* vel *Con*.*Det* / id est, caput.*αἰδος κων*.

vel *Ent* dici pro vno; *Et* quidem ante consonantem, *Em* verò ante vocalem: loco cuius duplicis *Et* siue *E* per longum tempus tractum, aliquibus in usu est *Em*; à quo *εἰς* Græcorum, & *εἷρ*, & Vnum Latinorum, vocali ad latiore sonum transeunte. Hebraei *E* quidem pro Vno retinuerunt, sed adiecerunt *God*/omnis causa, quo Deus notatur. Nam *גוֹד* fit ab *E* *got*/ id est, Vnus Deus. Sed de hac voce in numeris. Ab eadem vocula, apud nos finis *Ent* dicitur; quo nihil aliud signatur, quàm id quod cum Vno est deinctum, vel Vnum omnia colligans; quia Tau videlicet vinculi indolem habere dicatur. Est enim finis, vnum quiddam, multa ad se tendentia vniens. Finis namque, & Vnum, sic inter se iuncta sunt inseparabili concordia, vt ad ipsum Vnum omnia, tamquam ad vltimum bonorum, ferantur. Quamobrem nemo in sermone nostro finis audit mentionem, vt non statim moneatur, summum homini felicitatis gradum in vno stare; & idcirco in primis nobis cauendum esse, ne multitudine & diuersitate vel negotiorum vel curarum animus noster ad varia distrahatur. Martha, Martha, inquit ille vnus & verus caelestis patris filius, sollicita es circa plurima: at vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit. Quam verò partem? Eam, vt nihil in vita sibi curandum putaret, cuius occasione ab vno primo omnium principio auocaretur; nihil vt potius priusque duceret, quàm vt per filium, in cuius notitiam singulari gratia modò erat pertracta, ad patrem aspiraret; ac quamdiu in terris esset, perpetua supremi boni meditatione viam sibi per Christum strueret, ad vnum omnis boni paterni coram intuendum. Quamobrem; qui ad optatum & verum hominis finem rectà cupit peruenire, Vnum semper spectet, atque perpetuò cogitet, tantum sibi temporis felicitatisque perdi, quantum itineris ad plura, quàm vnum, impendit. O monitionem verè auream! *ὄ* gemmeam primi nominum factoris sententiam! Quis enim, cum finis nomen ab vno deduci sentit, non confestim quæret, quòd illud sit vnum, ad quod, tamquam ad finem, vt omnes contendant, ab ipsa finis nomenclatura monentur? Quod prolixè in totis Philosophiæ latifundiis disputatur, omnia ad Vnum tamquam ad vltimum bonorum ferri; id nomenclator noster tribus litteris indicauit: de quarum potestate, si tres Platonis imperatores declararem, quibus ad tres in Deo personas allusit, licet id ipsum quod vel ab Ægyptiis, vel ab aliis vetustioribus acceperat, fortasse non intelligeret; nimix apud quosdam superstitionis crimen subirem: certè à veritate ne latum quidem vnguem discederem. Sed de hac re tum fortè nonnihil, cum de nomine Dei trilittero pauca quædam, Deo ipso volente & suggerente, in medium proferemus.

PLVS ad propositum faciet, si consideremus, ecquid aliæ linguæ ab hac voce sint mutuata. *ἐν καὶ νέα*, apud Atticos, dies mensis vltimus & primus dici videtur; quem Varro intermestrem nominatum dicit: quòd putaret, inter prioris mensis senescentis extremos dies & nouam Lunam, esse diem, quem diligentius Attici *ἐν καὶ νέα* appellarint: quòd ea die potest videri extrema & prima Luna. Extremam Lunam & primam diè quapiam videri, Varroni non credam: sed idcirco *ἐν καὶ νέα* diem sic dici opinor, quòd in ea, luna & noua sit & vetus; solem nimirum cursu suo & affecuta, & nouum rursum orbem à Solis gradu exorsa; atque illa quidem ratione *ἐν*, vel vt *Æolicòs*, *ἐν* hac *νέα* vocitanda. Quidam *ἐν* tricesimam, quidam primam mensis diem vocant; vt Hesiodus:

Πρῶτον ἐν τετρας τε καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἡμῶν.

qua quidem computatione, *ἐν καὶ νέα* Græcorum, eadem esset cum Latinorum Calendis; quam Græci alio nomine *Νεομνίαν* vocarunt. Harpocration Hyperidem citat, cuius hæc est sententia: Quam apud nos tricesimá, siue Triacada, vocamus, Athenienses *ἐν καὶ νέα* vocant; propterea quòd finem contineat mēsis prioris, & exordiū sequentis. Nobis de hac controuersia suspicio oritur, peregrinum esse huius diei apud Athenienses nomen, quam nomen Calendarum maiorem in modum auxit, cui & id accessit, quòd *ἐν* ad *Æoles* propter adspirationem ablatam, & geminatam consonantem, referant. *Ent* & *neu* nobis tantundem est, ac si diceretur, finis & nouum. Qua verò de causa *ἐν* vltimam apud Græcos significare possit, non video; cum etymon eius *ὄσο τοῦ ἐνδε* petant, ad quod reductum, primam potius, quàm vltimam, significaret. Mihi placet, ipsam *Νεομνίαν* ita vocari, quòd ea die prioris lunaris cursus finis, sit noui princi-

ad amorem incitantur. Hæc igitur pulcritudinis species, Spiritus sancti nobis gratia communicata, ad amorem vrgens, per Cappa denotatur; quod Terentianus dicit linguam compellere; vt se dentibus applicet; quod his versibus à me antè citatis, & pòst rursus vtendis, expressit:

Vtrumque latus dentibus adplicare linguam

C. prestius vrget; sed & hinc & hinc remittit,

Quo vocis adherens sonus explicetur ore.

Cernis hîc linguam vrgeri, vt se dentibus vtrunque applicet, ac sonum adhærere, aded vt vix explicetur, quo fit, vt pulcritudo nos vrgens, vt nos pulcris applicemus & adhæreamus; optimè per C litteram signetur. Verùm quia quod vrget, ad aliquid vrget; elementum succedit, quo recta via indicetur, quod est A. de cuius vi satis multa dicta sunt. Quæ autem persona hîc indicetur, ex eo discamus qui dixit, *Ego sum via, veritas & vita.* D. Paullus ad Romanos & Ephes. scribens, docet, nos per Christum accessum ad patrem habere, non de alterius, quàm de ipsius Christi, doctrina. Cùm igitur A accessus ad aliquid designet notionem; non potuit symboli ratio vllò alio elemento melius constare. Vltimum verò elementum cæli in ore apicem linguæ parte suprema feriens, an non optimè illud exprimit, ad quod, vt summum & supremum, omnia feruntur? Sed hæc obiter sint indicata potius, quàm explicata, mysteria; quæ stuporem mihi magis & silentium incutiunt, quàm claram suggerunt orationem. Illa igitur mirati atq. venerati, de pulcritudine philosophico more differamus; nec eam aliud esse cogitemus, quàm concinnam quandam partium omnium dimensionem, & aptam earum inter se commissuram; quæ cum sua sit rebus singulis, tum maxima elucet in tota rerum vniuersitate; cuius illicibus rapimur ad ipsum pulcritudinis opificem, qui ad exemplar & ideam suam omnia fecit decora. Et sit hæc quidem vocabuli Cal in prima elementa solutio; quorum talis est natura, & tanta inter ipsa compositionis concinnitas, vt ipsum pulcrum pulcrius nomen habere non possit. Quod si Cal in *he* & *hal* partiaris, vocem expresseris vehementer amantis propriam. Idem enim est *he hal* ac si dicas, maiorem in modum te rogo, & enixo desiderio cupio, vt me serues: qua precum formula omnes ij qui ardenti amore flagrant, vtuntur, ab ipsa pulcritudinis, vt sic dicam, Lynge compulsi. Dicunt enim se amore languere ac perire; atq. idcirco rogant ipsum amatum vt se seruet, permitta nempe pulcritudinis communicatione atque fruitione. Potest & aliter solui, vt ex *he* & *al* coisse videatur, qua ratione Cal idem erit ac si dicas, desideriorum vehementium summa, siue omne id ad quod ingenti appetentia rapimur; quod nihil aliud est quàm ipsum pulcrum. Quod si Plato in hanc vocem incidisset, atq. vim eius totam & significationem edoctus fuisset, quibus ille præconiis pulcritudinis nomen de pulcritudine celebrasset? Quoniam verò nihil pulcrum, nisi integrum sit, factum est, vt Cal pro integro nonnumquam vsurpetur. Vnde Caluaten est idem quod vltimam manum nauibus imponere, & efficere ne aquam per rimas vllas admittat: quod tamen verbum per excellentiam nauibus tribuitur; cùm alioqui ad quæuis vasa integra reddenda spectet, vt ratio ipsius declarat. Inter Imperatores Constantinopolitanos quidam recensetur Calaphates ab hac arte nomen sortitus; qua de re Lilius Giraldus commentariorum de re nauali lectorem non celauit. Nec mirum, ad Pontum Euxinum huius vocis vsus fuisse, cùm & in Galatia lingua nostra viguerit, & hæcenus in Taurica Cheroneso, prisca Cimmeriorum sede, plurimis sit vernacula; licet Tartaricam & Turcicam, propter commercia & dominium, præterea discant. Qui veteres idiotismos apud nos necdum penitus obliuioni tradiderunt, dum quempiam à forma & morum integritate laudant; vulgò dicunt, *C'is een goede Cal* id est, bona est forma, & candido animo. Apud Flandros olim proprium quoq. feminarum nomen videtur fuisse, quod nunc illis dant, quæ Catharinæ nomen in baptismo suscipiunt. Ab Antuerpia ad duas leucas distat opidum, mœnibus non inclusum, Calloo nominatum, cui à Cal & loo nomen esse quibus videt. Quid loo sit, in Atuaticis aperui; vbi de Loouen & Venloo nonnihil dixi. Apud Græcos *καλλος* & *καλοι*, & apud Hebræos *הַל* & *הַל* ab hac nostra voce remanserunt; quod nisi fateantur, etymologiam meliorem ostendant. Quid quod conuersio, sermoni nostro peculiaris, clarissimè demonstrat, cuius prima ab origine sit vocabulum. Quia enim Cal pulcrum significat, & nihil magis pulcritudinis excellentiam declarat, quàm

viciam,

Caluaten.

Calaphates
Imperator
Constanti-
nopolitanus.

Galata Cim-
brica lingua
sunt vsi.

Taurica Cher-
onesus pris-
ca Cimmer-
iorum sedes.

Cal / Calle /
Callehen.
Calloo.

voces unde
disantur.

vitium, turpitude, & defectus; voluit nomenclator, ut *Laat* vitium defectumque denotaret. A *Laat* voce correpta, fit *Laat* vox producta, qua significatur, paulatim consumor, & ad nihilum tendo; propterea quod vitium defectusque longa sua mora quamuis rem consumant: & quia è longo defectu non est reditus ad integritatem, sed continuus ad nihilum progressus; *Caal* vocali longa quod ex ipso *Laat* fit, per conuersionem idem significat quod *laat*: ut cognoscatur, ex malo nil nisi malum gigni. Monemur hac deriuatione vocum, humano generi semel à pulcro ad contrarium digressio, nullam viam ad pulcrum patere, quam quidem vel sua industria inuenire, vel suis viribus insistere queant. Oppositam enim pulcro viam ingressi, in vitium inciderunt, quod est *lat*; è *lat* in *laat* venerunt; & ex *laat* in *taal* regrediuntur, perpetuò magis ac magis ad nihilum tendentes; quod quid aliud est, quam ostendere, per peccatum progressum ad mortem, & ipsam tandem mortem in humanum genus grassari cœpisse. Iam, quia vitia ea maximè quæ in habitum transeunt, vituperanda sunt ab omnibus; *laat* pro vituperare vsurpatur: & quoniam quæ paulatim deficiunt, tandem nihil retinent; *taal* etiam id notat in quo nihil superest: vnde Latini *Calui* vocabulum mutuuntur. Quamuis nunc nihil amplius dubitari fortasse possit, quin *Cal* nostras sit vocabulum, & pro pulcro vsurpandum: quia tamen simplex vox paucis est frequentata; placuit, ut vocem addamus, è *tal* pulcrum notante, pulcerrimè factam. *Calf* vitulum nostratibus notare, nemo vernaculorum ignorat: at vim vocis, & pulcerrimam eius compositionem non puto quemquam hactenus aut intellexisse, aut considerasse. Est igitur *Calf* è *tal*, & *lef*, quod idem est quod viuo, constructum, & more nostro in *Calf* contractum. Dicitur autem *Calf* ferè de omni maiore pecore, in prima & viridi ætate constituto, quo tempore lasciuiendo pulcrum nobis exhibet atque iucundum spectaculum, & quasi florem ipsius ætatis; in quo pulcritudinem præcipuam vitæ esse brutis animantibus, nemo infitias ibit. In libro *Malachia* verissimi angeli, scriptum est de vitæ datore: *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiae, & sanitas in pennis eius; & egrediemini, & salietis sicuti vitulus de armento*. Elegans, sic mihi vita similis contingat, comparatio; dum Christum Soli confert, quod ut hic vitam dat terrenam calore suo; ita ille iustitia sua vitam cælestem & æternam: & ut huius noua vita salientes facit, & vitulantes; ita illius vita facit gaudio semper nouo, semperque duraturo, perfruentes. Adiuuat hanc meam in voce *Calf* etymologiam, Latinorù nomen, quo eundem armenti fœtum appellant. *Vitulus* enim non ab antiqua voce *Itulus* dictus est, ut videtur *Festus* opinari; sed à vita, formula illud quidè diminuentium, at non ita, ut minus vitæ habere dicatur, sed habere vitam gratiosiore & delicatiorè; uti dum corculum, ocellos, basiolum, & similia nominamus. Quia enim omnia in prima & viridi adhuc ætate, maiore, quam post, gaudio exultant & gestiunt; à vitula fit vitulor, eodem modo quo ab os osculum, & deinde osculor. Tametsi vitula, pro viridi ætate, non sit in vsu; est tamen in vsu pro ipsa lætitiæ Dea, iuxta *Hylli* de Diis scribentis testificationem; quam *Piso* victoriam esse non bene putauit: cum generatim cuiusvis lætitiæ præsidem vitula signet, quod videlicet tum solùm gratiosam vitam, siue vitulam, agamus, cum gaudiis indulgemus. Quamuis itaque post victoriam culta sit; ex eo tamen minimè colligendum, eandem cum victoria fuisse. *Festus* vitulor à vitulis deriuare videtur, ut à catulus fit catulire. *Nonius* melius, vitulantes gaudentes, à veteribus dictos putat, à bonæ vitæ commodo; quia cum viuere dicamus qui in summa versatur lætitia: è quo colligas, vitulor, eius iudicio, factum esse à vita, à qua & vitulus, quamuis tempus in prima syllaba mutetur; quod in aliis quoque fieri scimus. *Calf* ergo vitulus nobis appellatus, quasi *Calfes*/id est, pulchra vita; quoniam nihil gaudio pulchrius in vita existimetur. Veruntamen quia hæc vitula, ut *Deæ* nomine pro dono eius utar, imbecillis est, nec diu permanens, sed mox veluti flosculus marcescens: nomenclator in hac voce ea arte vsus est, ut ichnæa conuersione moneamur, gaudium per vitulum symbolicòs denotatum, caducum esse: nec eo contentus, causam indicauit, ob quam hæc vitæ iucunditas ad ruinam tendat. Nam si *Calf* retrò legas, *Flac* habes, quo imbecille & debile significatur; vnde Latini *Flaccidum* retinuerunt. Nunc ipsius *Flac* etymologia imbecillitatis aperit causam. *Flac* enim, siue *Blac*/dicitur quasi *Dollac*/id est pleni defectus, siue plenum vitij; quorum vtrumque eodem tendit.

Laat.

Laat.

Caal.

Caluus.

Calf/id est, vitulus, unde dicitur.

Vitulus vnde dicitur.

Vitula. Vitulor.

Vitula lætitiæ dea.

Flac/siue Blac. Flaccidus.

Barg.
Bargen.

Bar.
Pario.
Pareo.

Oraturi &
immolaturi,
quare olim in
montes ascen-
derint.

Grab.

Blac.

Primum enim peccatum & iucundæ vitæ plenitudinem nobis ademit, & vitiorum red-
didit plenos. Quia verò Blac imbecille notat; tenuit ratio, & loquendi cōsuetudo, vt
dum terris vel agris tribuitur, vt loca significet montibus & siluis carentia; propterea
quòd primi homines omne præsidium omnemque sui custodiam montibus & siluis
committere consueuerunt: vnde factum, vt à nomine Barg/ quo mons notatur, ver-
bum habeamus Bargen/ pro tueri & in tuto collocare; vt cum dicimus, *scrip bargen/*
nihil aliud dicimus, quàm si Latinus diceret, Nauem in tuto collocare. Dixi alibi, in
hac vocis translatione nos commoneri, primam hominum post diluuium custodiam
in monte contigisse; & primam nauem pro portu montem Paropanifum habuisse. Nec
credas, à custodia montem nomen accepisse; cum nomen Barg de compositionis ra-
tione, prius monti, quàm custodiæ ac tutelæ causam tribuere debeat. Geminâ enim
habet notationis causam; alteram profam, alteram versam; illam quidem à *Bar hoog/*
& concisione facta, Barg/ quo altum denotatur, è quo multa in conspectum veniunt.
Bar enim non solum idem denotat quod procreo, vnde Pario Latinorum; sed crebrò
etiam ponitur pro manifestare; in qua significatione acceptum Latinis Pareo reliquit.
Montibus ergo nomen datum; & quòd in iis altitudo sit, plurima longe latèque oculis
subiciens; & quòd ipsum altum nobis manifestent: quæ posterior notatio è contraria
fit compositionis structura, vt Bar—hoog/ idem sit quod manifesto ipsum altum. In
etymologia enim omnis vocabulorum analysis consideranda, non modò illa quam ex-
tra compositionem libera orationis structura vulgo frequentius vsurpata menti sugges-
sit: quod præceptum tamen non cuiusuis erit rectè sequi, propterea quòd Hermathe-
na non quamuis plebeiam, & in vulgus notam admittat interpretationem; sed eam,
quæ cum antiquissimorum hominum consentiat philosophia. Quia igitur montes in
Ianigenarum sermone nomen habent ab alto manifestando; atque omnes hominum
preces, omniaque sacrificia eò tendant, vt Deus, qui ipsissimum altum est, nobis ma-
nifestetur, & quodam modo pariat in mentibus nostris, quod altera ipsius Bar nota-
tio indicat: placuit priscis illis patribus, vt oraturi & immolaturi in montes adscende-
rent; quo non solum ipso ascensu, sed ipso etiam montium nomine monerentur pri-
marij finis, ad quem omnis oratio, omne sacrificium, omnes carimonix dirigi debent.
Cum enim primum nobis regnum cælorum sit quærendum, nec id inueniri queat nisi
rex eius altissimus nobis manifestetur, & in animis nostris innascatur, per sui cognitio-
nem: necessarium est, vt hoc vnum nobis semper rogandum proponamus, quo sum-
mum nobis bonorum fiat manifestum; & non manifestum modò fiat, sed etiam in ani-
mis nostris gignatur. Hinc vides, quis primus fuerit scopus eorum qui in excelsis im-
molabant; à quo posteri scædo adulterio degeneres, montes & siluas Deo sacras dæmo-
nibus dedicarunt: quam impietatem Deus vbique ferè & gentibus & Iudæis per vates
suos cum maxima zelotypiæ significatione in factis litteris exprobrauit. Cui ex his per-
spicuum non est, quantum sermo noster ad priscos ritus intelligendos, & à corruptela,
& turpi impiorum abusu scæditate vindicandos, conducatur; ei frustra aurem, quam
nullam habet, vellere tentarem. Altera nominis Barg ratio de conuersione pendet,
per quam Grab nobis existit, quo quæuis fossa denotatur, & per excellentiam, ipsum
sepulcrum, mortuorum corporum domicilium, quo nihil potest magis remotum esse
à monte & montis nomine; eo quòd sicut mons altum est manifestans, ita fossa ad oc-
cultandum est aptissima. Videant igitur illi qui Domini montem non adscendant, ne-
dum se viuere credunt, in alta fossa iaceant sepulti. Rogemus itaque Deum, vt nos à
fossa liberatos cum Petro in montem deducat, & in eo nobis gloriæ suæ manifestet
sublimitatem, & in eo tabernaculum nobis fiat æternum. Vidimus modò, quid Ve-
teres de montibus & mystico eorum vsu senserint; qua re bene considerata, mox in
mentem veniet, quam habuerint de locis planis opinionem. Si enim plurimum ad
tutelam firmitatis montibus adscripserint; clarum est, locis planis nihil esse ad custo-
diam, de ipsorum sententia, infirmius: è quo efficitur, vt planum locum optimo iure
Blac nominemus, vt pote eum, in quo multum ad plenam locorum laudem desideretur,
nullaque sit firmitas ad homines custodiendos, siue symbolicos, siue simpliciter &
nomen & res intelligatur. Discant nunc Germani mei quantum mysteriorum vul-
gatis vocibus aperiatur iis qui norint eas ad veras significationis causas vocare. *Blac*
autem

autem siue Blat pro imbecilli & infirmo in omnium ore olim fuisse, Hispanorum & Itatorum Gotismus declarat, apud quos Flacco haecenus est in eadem notatione. Romani eos qui flaccidas aures haberent, Flaccos nominarunt; eo quod pecoribus infirmis aures flaccidæ sentiantur. Hinc apud nos prouerbiū, quo eos quos flaccescere in te quapiam videmus, dicimus aures demittere pendentes. Græcis βλάξ, & βλακείω, & cognata, ex eadem radice manarunt; quorum omnium causa non alij vlli genti, quàm Teutonicæ, constat. Festus Blaterare à βλάξ deriuat, nulla recta vel analogiæ vel significationis ratione seruata. Nobis Blat vaniloquū designat; & Blateren idē est quod inania verba & inepta profundere, à Blat/ quo βληχάω siue balare significatur. A Blateren igitur blaterare, sicut à blat balo & βληχάω. Nunc redeamus ad Calf/ cuius conuersio Flac/ longius nos abstraxit, & multo longius abstractura esset, si mysticam ipsius Calf notationem, quam in sacrificiis habet, cum ipsius nomine conferre vellemus: Ostendere enim oportet, sacra per vitulos mactatos facta, ad pulcrā illam quidem vitam referri; sed multum tamen iis deesse, vt id quod nomen pollicetur, præstare possint: propterea quod ichnæa conuersio flaccidam nobis hanc vitam ostendens, aperte doceat, veteris legis sacrificia magnum habere veræ plenitudinis defectum; quam Christus, se ipsum in crucis ara immolandum offerens, absoluit; quo facto alia omnia sacrificia cessarunt. Hoc illud est quod David cecinit futurum, *Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem, utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt adificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.* In his prophetæ verbis habemus, omnia sacrificia ad vnum sacrificiū tendere: quod cum fuerit absolutum, & ecclesia, siue Hierusalem, muros habuerit super firma petra fundatos, & benigna Dei voluntate fidei gratiam acceperit, in monte sancto ipsum Deum excelsum hominibus ostendente; tum imponentur oblationes & holocausta iustitiæ; tum, inquam, imponentur altari Domini vituli, non illi quidem vmbrales, vt sic dicam, veteris legis vituli; sed ij quorum illi dumtaxat figuram gerebant, qui sunt hominum animi humiliati, & imbecillitatis suæ conscij, cum ipsa vera hostia vniti, & facti vnum corpus, quo in huius iustitia pulcrā & perfectā vitam accipiant, nullo amplius defectu aut lacuna deformem. Quis hic non videt, quid vituli symbolum denotarit? quis non videt, Christum in cruce immolatum per vitulos sacrificiorum veterum fuisse designatum? cui si nos vniamus, vituli efficimur, & grata Deo patri hostia. Rursus quis hic non mox agnoscit, vnde Ægyptij Apin suum acceperint; & quā fœdē à veris ritibus in idolomaniam sint prolapsi, dum figuram victimæ, cuius sanguine genus humanum erat abluendum, pro Deo coluerunt; quos Iudæi in deserto imitati, vitulum quoque adorarunt. Mirabilis cacodæmonis calliditas & astutia, qua omnia semper pietatis instrumenta ad idolomaniam detorsit, vbique Dei cultum & honorem in rem suam vertens. Hebræi è Calf/ Aleph, decisa prima vocis littera, quo vox linguæ suæ regulam sequeretur, sibi fecerunt; quam in psalmo octauo in plurali numero positam septuaginta boues, D. Hieronymus armenta interpretatur; cum prima nominis origo vitulos poscat. Nunc itaque clarum, Græcos κάλλος, & κάλον, & quicquid inde manat, de sermone nostro mutuari, nec ea solum, sed ipsum etiam κάλω verbum. Cal enim iusta ratione à pulcri significatu ad id translatum est, quo homo pulcerrimum sese demonstrat, quoque maximè non brutis modò, sed ceteris etiam hominibus se ostendit præstantiorem pulcrioremque. Neque enim hominum pulcritudo tam de iusta membrorum dimensione, & eorum viuido colore spectanda, quàm ex animo, cuius formam sermocinatio maximè declarat. Hinc illud Pythagoræ, Loquere adolescens, vt te videā. Quamuis magnam sapientiam intra pectoris sinus concluderis, si eam tamen sermone non demonstras, & ceteris communices, tantum abfueris à pulcritudinis laude, quantum luna noua à luna plena; quæ eadem quidem est, & semper æquè luminis solaris particeps, nisi cum terræ vmbra impeditur: Verum non eandem apud homines gratiam mereatur; propterea quod eo tempore quo Solis corpori applicatur, lumen à Sole acceptum ad solem reuerberet nihil hoc indigentem; at cum plena est, quicquid à Sole accepit, benignè mortalibus communicet, atque lumen gratis acceptum quamlatissimè ad

Flacci.

βλάξ, βλακείω, κούα.

Blat.

Blateren. Blaterare.

Vituli in sacrificiis mactati, quid designent.

Apis idolum apud Ægyptios.

Vitulum adorarunt Iudæi.

κάλλος.

κάλον.

κάλω.

Sermocinatio animi formam maximè declarat.

*Dona diuina
nisi comuni-
centur, neque
diuina neque
bona dici
queunt.*

*Eloquētia do-
num.*

omnia inferiora diffundat. Eodem modo, si quis animum habeat quàm pulcerrimè à mente diuina, siue Sole supermundano illustratum; radios tamen inde ad alios non effundat; sapiens quidem poterit fortassis à quibusdam vocari; verùm pulcer dici non magis merebitur, quàm luna lumen suum à nobis auertens. Dona enim diuina nisi communicentur quoad eius fieri potest, neque diuina neque bona dici queunt; eo quòd inde vnde processerunt, degenerent in contrariam prorsus naturam: quandoquidem boni ipsius sit, quàm plurimis sese communicare velle; cuius studij tantam vim Plato esse iudicabat, vt non aliam causam quæreretur, cur Deus mundum omniumque rerum vniuersitatem creasset. Porrò tum demum, cum bonum se communicat, pulcritudo eius emicat, & radiis diuini sui luminis hominum animos percellit, & in amorem rapit. Quamobrem nec humani animi pulcritudo elucet, nisi quæ in pectore sunt, ad hominum aures perueniant, & per eas formæ simulacra ad aliorum animos pertingant. Verissimè sanè Cicero, elegantissimèque dixisset: vt hominis decus, ingenium; sic ingenij ipsius lumen eloquentia, si ingenij pulcritudo citra eloquentiam per se videri vbique posset. Adstringat ille quibus volet angustiis eloquentiam; ego illam sic metior, vt quavis lingua eum eloquentem dicam, qui propriis vocibus, & aptè coherentibus, bene, prudenterque à se cogitata aliis exponit. Quemadmodum autem Sol pulcer à nobis non diceretur, si nullum ab eo lumen ad oculos mortalium deflueret: ita pulcritudinem humanam à nemine dicam impleri, qui non sapientiæ suæ radios per sermonem ad alios sinat venire. Quanta verò vis sit huius pulcritudinis, ex iis qui carminum Orphei suauitatem potestatemque stupendam litteris mandarunt, cuius perspicuum est; inter quos Horatius:

*Siluestres homines sacer interpretisq; Deorum
Cædibus, & victu fædo deterruit Orpheus:
Dictus ab hoc lenire tigres rapidosque leones.
Dictus & Amphion Thebana conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quòd vellet: fuit hac sapientia quondam,
Publica priuatis, secernere sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.*

Idem ex Virgilo discas,

*Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est
Seditio, sauitque animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauem ac meritis si fortè virum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus adstant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Cùm igitur maiores quoque nostri in hac sententia essent, & posteros ex asse huius sententiæ heredes esse vellent; prudenter admodum instituerunt, vt pulcrum, & eloquor, in lingua sua eodem nomine significaretur. Cal enim vt nomen, pulcrum; vt verbum, id nobis, quod Latinis suauiter fermocinor, designat. Hebræi ex Cal hip fecerunt, pro voce generatim, ita vt tubæ etiam sonum hoc vocabulo dicant. Latini idem nomen conuertentes, ex Cal/loquor deriuant, rectius, vi significationis primaria conseruata, quàm si ad omnem sonum, perinde atq; illi, loquelam transtulissent. Hinc Calaberæ ij dicuntur, qui inter se in vtramque partem de variis rebus otiosè suaues iucundosque sermones conferunt: quod verbum compositum est ex Cal/ & Aber; quorum hoc rursus compositum ex A particula orationis ad motum hortantis, & Wer/ quod contra, siue ex aduerso signans, deriuatur à verbo Wer, id est, repugno, siue defendo, siue prohibeo: vnde apud Gallos phrasis è Francico sermone restat, vt dicant, *Il m'a defendu*, pro eo quod Latinus efferret, Prohibuit mihi. Quidam, vt à verbo suo, vnde descendit, non nihil differat, Delta geminata vocali interiecerunt, quo fieret Weder disyllabum, è quo Wder fecerunt Allemanni; commutatione non ipsis modò, sed nobis etiam frequenti. Ex A igitur & Wer fit Awer / & mutato duplici digamma in B, quod in compositione suauitatis causa non rarò contingit, fit Aber/ quo pro, verumtamen, Germani communiter vtuntur. In compositis item vocibus ab aduersandi natura non recedens, id notat,

Loquor.

Calaberæ.

Aber.

*A particula
ad motu hor-
tans.*

Wer.

Weder.

id notat, quod ei cui iungitur, est contrarium. Sic dicimus *Aber-rechts* siue *Auer-rechts* quod nostris propter sonū digamma molliorem est vsitatus, pro eo quod recto aduersatur. Ita Allemanni eum *Aber-witzig* vocant, qui delirat, cum *Witzig* sapiens vocetur, quem nos *Wijs* dicimus: & cum, qui contra quā debet, de rebus iudicat, *Auor-wijs*; quam vocem, quia concursum habet duorum Digamma, in *Wijs* per syncopen mutamus. Quemadmodum autem *Wer* aliquando idem quod *Rufus* significat nostratibus; ita & Allemannis *Aber*. intellecta itaque hac voce, quid *Calaberen* sit, & quam significationis suæ causam habeat, nō est difficile peruidere. Qui enim inter se ita colloquuntur, ut alter alteri repugnet, atque rursus alter suam partem velit tueri, idque faciant modestè & iucundè, citra iurgia & contentiones, *Calaberen* dicuntur, tum quia in contrariam partem disputant, nec prohibent quin is cui repugnatur, rursus dicat, nulla videlicet in liberali otio clepsydra proposita, quæ iterum atque iterum dicendi libertatem tollat. Video profectò verbum hoc non inuito Mercurio natum, quo non in contrarias modò partes dicentium consuetudo exprimitur, sed illud etiam notatur, iterum atque iterum ad eandem rem licere adferre argumenta. Curia ergo *Calabra*, vetusto *Cimbrorum* nomine nobis hætenus vsitato, locus erat in *Capitolio*, proximus *castra Romuli*, in qua seniores, penes quos cura erat sacrorum, de antiquitatibus, de siderum ortu & occasu, de anni mensiumque partitione, de sacris ritibus, eorumque causis, tum etiam de aliis vel ad naturæ cognitionem, vel ad mores *Reip.* salutare, vel ad diuinarum rerum inquisitionem spectantibus, sermones conferebant. Ex hac igitur, tamquam è sapientum hominum diatriba, quotidianis colloquiis & disputationibus exercitatorum, omnis ratio sacrorum, omnis anni mensiumque dinumeratio, velut ex oraculo quodam *Pythio*, petebatur. Nec equidem dubito, quin prisca illis temporibus, quibus *Romani* adhuc nullis opibus florent, ad hanc curiam conuenire homines soliti sint, non solum ut sacra annique dimensiones discerent; sed præterea etiam, ut in ea seniores de rebus honestis inter se differentes audirent. Apud vetustissimos *Græcos* *Lescha* celebrantur pro locis publicis, ad id constitutis & ordinatis, ut in iis homines vel ipsi differerent, vel differentes audirent: quæ qualia fuerint, si de sanctis laudatisque ætatis prisca moribus æstimemus, pro eo atque par est, non poterimus negare, plena fuisse omnis eruditionis à maioribus per manus acceptæ, & illius quidem tanto sincerioris, quanto, qui tum vivebant, primis hominibus, à Deo ipso omnem doctis veritatem, erant viciniore. Hos credimus disputare consueuisse cum de rerum principiis, de vno Deo, de variis eius ministris, de cælorum voluminibus, de quæ eorum dimensione, de omni eorum quæ sub *Luna* sunt, diuersitate; denique de omnibus iis quæ vel de diuinis vel naturalibus veniunt in quæstionem, tum etiam de virtutibus amplectendis, fugiendisque vitiis, & de animo à carceris huius corporei vinculis soluendo, & omnibus iis quæ vel ad publicam vel ad priuatam singulorum felicitatem dirigere possunt. Quid autem de eiusmodi exercitatione, & eiusmodi colloquiis, posteriora tempora, à graui veterum disciplina foedè degenerantia, & ad profligatæ libidinis mores delapsa, senserint, de huius ætatis hominibus, & præsertim huius urbis *Antuerpianæ*, licet æstimare; qui nihil magis ridiculum ducunt, nihil magis despuendum, quàm de rebus ad solidam veramque sapientiam spectantibus sermones habere; adeò ut *Philosophi* nomen eo loco sit, ut apud mulierculas etiam & cuiusuis generis nebulunculos pro stolido & inepto vsurpetur: nec apud hos solos, in quibus ob imperitiam hæc insania posset tolerabilis videri; sed apud eos etiam qui summo magistratu, non dico quàm bene, funguntur. Hos dum video, non possum non illius *Persiani* recordari:

Hic aliquis de gente hircosa Centurionum
Dicat, quod satis est sapio mihi: non ego curo
Esse quid Archesilas, ærumnōsiq; Solones,
Obstipo capite, & figentes lumine terram,
Murmuracum secum, & rabiosa silentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Ægroti veteris meditantēs somnia, gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.
Hoc est, quod palles: cur quis non prandeat, hoc est.

Aberrechts/
siue Auer-
rechts.
Aberwitzig.
Auorwys.
W. 9.

Calabra Curia
unde dicta,
& quid significet.

Lescha quid
significet.
& unde dicantur.

Philosophi
hac ætate,
quanti fiant.

*Hos populus ridet, multumq; torosa iuventus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.*

Papa. Sed quid de sapientiarum professoribus dico? Nonne videmus quo loco sit apud vulgus nomen Papparum, quo nihil venerabilius non modo priscis illis & Ogeniis temporibus, *Druides.* sed Hieronymi etiam & Augustini ætate habebatur? Druides iam eos vocari audimus, quibus nihil abiectius, nihil vilius, nihil foedius potest cogitari. Quid multis? quanto quæque res suapte natura pretiosior, quanto apud cordatos viros pluris habenda, quanto maioribus laudibus extollenda; tanto magis à plebeis ingeniis, & nihil præter fœdida & contemnenda admirantibus; qualia sunt plurimorum, ne dicam omnium, vno aut altero, veluti coruo albo, excepto; conculcantur, & pedibus, haud secus ac sputa, proteruntur. At hæc notiora, pro dolor, quam sint latius docenda. Hoc igitur modo, & hac via quæ olim in Leschis ante Hesiodum & alios vetustissimos scriptores differebantur, in contemptum abiierunt; atque inde factum, ut leschæ pro nugis in usu esse cœperint. Ne verò hoc commentum quis meum esse credat, Hieroclem è primo Philosophicorum libro testem denuncio, qui dicit olim leschas vocatas fuisse cathedras & conuenticula, in quibus quæ ad sapientiam pertinent disputari solent. Herodotus pro ipsa disputatione qualis in Leschis haberi solet, usurpauit: quo quidem modo in Euterpe dixit, ex aliis sermonibus ventum fuisse in Leschen de Nilo, id est, in ea quæ de Nilo inter naturalium rerum studiosos quærantur. Hinc ἑλεγχῶ ea vocauit quæ in doctorum hominum conuenticulis frequenter agitabantur. Hesychij Milesij compendium Leschæum exegetem, id est, doctorem, & obscurarum rerum explanatorem interpretatur; è quo facile est videre, quis olim usus fuerit Lescharum. Iam & Apollo quem Plutarchus Græcorum Exegetem vocat, quod in dubiis rebus veritatē explicaret, dictus est Leschenorius, teste Cornuto, non aliam, ut ego reor, ob causam, quam quod Apollo omnis luminis, non externi tantum, sed interni etiam, quo mens nostra diuinitus illustratur, dator crederetur. Nos Spiritum sanctum ad idem diuinæ lucis donum impetrandum inuocamus; quem Cimbrica Apollinis nomenclatura aptissime dici posse, quia nimirum omnia reuelat, cum in Saxonicis indicaui, tum alibi clarius docebo.

Adoleschia. A Lesche, fit Adoleschia, vox æquè atque eius matrix ad nugas & garrulitatem significandam à melioris doctrinæ irrisoribus detorta; non aliter atque hoc sæculo apud Italos pædagogia, quam ipsi corrupto suo sermone Pedanteriam vocant, in summum venit contemptum: cum tamen boni pædagogi partes eæ sint, ut haud sciam, an quidquam inter homines sit potius magisq; venerandum; nisi fortassis præclara Respub. laudabitur, & eius fundamenta contemnentur. Quid verò fuerit Adoleschia priscorum, quamuis ex Leschæ significatu satis perspicuum videatur; tamen spero non ingrati fore veræ antiquitatis amantibus, si diligentius examinetur. Longius equidem me video euagari à Calendarum interpretatione, & à sono vocalis E ad rerum imitationem adhibendo: sed quid refert quod me rerum series trahat; modò intra limites eos consistam, ut quidquid adfero, id faciat ad linguæ nostræ cum artificium tum antiquitatem? Qui Etymologicon Græcis scripsit, satis se garrulum præstitit, quo nominis causam, quo garrulitatem vulgò intelligi videbat, explicaret; quem cōsulere, & sequi, per me cuius liberum esto: mihi interim liceat meam etiam censorum veritatis obicere opinionem.

Cretensis disciplina. Quanta sit Cretensis disciplina vel antiquitas, vel apud veteres admiratio; nemo qui Platonem legerit; ignorat: & si Thucydidi credimus, nihil est ipsorum apud Græcos imperio vetustius: quod eo lubentius ei assentimur, quod rex eorum Minos non solum antiquissimū apud inferos teneat tribunal; sed etiam dignus habitus est, ut ipsius Iouis esset auditor, & secretos cum eo & familiares haberet sermones. Equū igitur est, ut ea quæ apud illos vel legibus, vel antiqua consuetudine fuerunt sancita, à priscis admodum temporibus fuisse deducta credamus. In his est, quod Alianus secundo variæ historiæ libro refert, Cretensi nimirum senatus consulto statutum fuisse, ut pueri leges cum suaui quadam cantus modulatione edicerent; quo & animi eorum musici concentus oblectamento ad discendum inuitarentur; & quæ didicissent, ea facilius memoria tenerent: tum etiam, ne si quid eorum quæ verita essent, commisissent; ignorantia haberent excusationem: Deinde secundum discendi gradum, Deorum hymnos; tertium, fortium virorum laudes proponere solere. Hinc ego colligo, priscis in usu fuisse,

omnia

omnia cum mori, tum sapientiae totius praecepta succinctis cantunculis tradi consue-
uisse, ob eam quae Aelianus explicauit causam. Quamobrem cum in Leschis antiquitus
& pueri, & iuuenes, & pariter omnis aetatis homines docerentur, dici coepisse id genus
carmina ἀδολεχίας, ab ἄδω, quod est cano, quasi diceret cantiones in publicis hominum
conuentibus audiendi discendique gratia factis, cani consuetas. Ad hoc genus aurea
Pythagorae carmina merito referuntur, vel ab ipso illo silentij magistro, vel à discipulis
ad memoriam adiuuandam concinnata. Sunt qui existiment, totam Homeri poesim
ex eiusmodi cantionibus in Leschis particulatim ab Homeridis cantari solitis conge-
stam esse atque confutam, opera, ut quidam tradiderunt, Cynathi in Chio nati, qui &
multa carmina de suo inserit, quo ex multis partibus vnum corpus consueretur. Aelia-
nus Lycurgum ait primum ex Ionia totam Homeri poesim Spartam importasse, ac
postea Pisistratum vniuersam collectam in Iliadem & Odysseam fuisse partitum. Huc
Pindarus videtur respexisse, dum ῥαπτῶν ἐπέων αἰδοῦς in Nemeis vocat, quos Gellius
carminum consarcinatorum cantores vocaret: Quamquam Philochorus id fortè re-
ferret ad omnium carminum compositionem, quae confutura quaedam videtur ad quod
docendum, versus Hesiodi de, quo nescio, eius opere citantur:

Ἐν Δήλῳ τότε παρῶν ἐγὼ καὶ Ὀμηροῦ αἰδοῖ
Μέλπομεν ἐνεαεσίς ὑμνοῖς ῥάβδῳ
Φοῖβον ὑπέλλων ἄρσασα δὲ κέλιτα.

Quibus se dicit & Homerum in Delo cantionem nouis hymnis consuisse. Quidquid
huius sit, & siue à ῥάβδος, id est, virga, quam canentes tenuisse dicuntur; siue à ῥάπτω,
quod est suo, Rhapsodi nomen sortiti sint: hoc saltem apud omnes constat, omnem Hie-
rologiam, & omnem sapientiam priscis seculis carminibus tradi solere; qui mos ad
Parmenidem vsque & Empedoclem durauit: qua de re factum aio, ut id genus carmi-
na, quae in priscis leschis canebantur, Adoleschiae dicerentur: quae vox à re sanctissima,
magna posteriorum aetatum peruersitate, ad nugas est translata, ab iis haud dubie, apud
quos sana doctrina pro deliramento aestimabatur: quorum hoc seculo vtinam non tam
innumeræ myriades inuenirentur. Prisca igitur cum doctrina tum fide Græcus Oda-
rum Davidis interpres, ἐν ταῖς ἐπιτολαῖς σου ἀδολεχίῳ dixit, pro eo quod est, continuè
in mandatis tuis meditandis canendisque versabor: vbi Hebræus textus verbum habet,
cuius radix iidem nostras est: *niw* enim, cuius futurum hoc loco ponitur, pro ἀδολεχί-
ῳ, homonymiam habet ex eo natam, quod vocales in prima lingua mutatae signifi-
cationem variant; quoniam *Sochjt* idem est quod meditando quærebat; *Sacht* locutus
est, siue dixit; *Surht* ingemiscit. Tres igitur has diuersas diuersarum vocum signifi-
cationes in vno verbo confuderunt, dum vocalium discrimen non animaduertent: &
Tau litteram finalem omiserunt, ne ternarium litterarum, quem curiosè nimis affe-
ctant, excederent. Prima itaque verbi huius significatio à *Sochjt* id est, inquirebat, quod
ad animum translatum idem est quod diligenti meditatione inuestigabat, palam facit
quid sit ἀδολεχίῳ, iuxta interpretis Græci sententiam: reliquæ aperiunt, quantam obscu-
ritatem pariat vocalium neglectus. Ne tamen & ego ab eorum sectatoribus, qui Ado-
leschiam & Leschas ad garrulas nugas transtulerunt, Aristophanica derisione, ut Ado-
lesches explodat, disculsa omni remora, quæ me diutius in hac laudatissima antiquita-
tis consuetudine tenere posset, ad ipsam Etymologiam vocis λέξι accedo: de qua cum
alij alia scripserint; is ad veritatem proximus adspirauit, qui ἀπὸ τοῦ λέγω, id est dico,
vocem deriuat. Verbum Lego, Græcorum & Latinorum est commune, sed non eodem
significatu; cum illis pro dico, sit in vsu; Latinis verò idem significet, quod scripta co-
gnosco, siue de scripto pronuntio, vel, quæ sparsa sunt, in vnum redigo. Certè vtrum-
que verbum & vtrumque verbi significatum de sermone nostro manauit, qui Leschen
viurpat & pro eo quod Latini legere dicunt, & pro eo quod Græcis est λέγειν. Prima
verbi notatio est quam Virgilius expressit:

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.

Hoc enim proprie apud nos est lesen: à quo mox facta translatione, transiuit ad litteras
scriptas, quas legere dicimur, dum ex iis dictiones componimus, siue eas efferamus, siue
non efferamus; quia nimirum eas sigillatim acceptas in vnum conferimus. Præter has
duas notiones aliud adhuc Lesen nobis signat: dicimus enim, *Hy heeft syn les gehat*, id est,
accepit

Homeri poesim
quomodo
congesta &
confuta.

Rhapsodias.

Lego Græcorum
& Latinorum
unde manauit.

Lesen.

Les.
Sel.
Tel.

λεχνηύω.

Cal / id est,
differo, &
voco.

καλῶ Græco-
rum & Calo
Latinorum un-
de dicantur.

accepit præcepta ad mores formandos, vel ad doctrinam comparandam spectantia; quæ præcepta cum fiant dicendo, factum est, vt Græci λέγω generatim pro dico vsurpent. Quis verò sciam, an Græci & Latini à nobis, an nos ab ipsis acceperimus? Eadem nempe norma ad quam cetera vocabula examinamus; vt nimirum eius linguæ sit primogenium, cuius propriam peculiaremque consuetudinem in vocibus fabricandis sequitur. Les & Sel se inuicem conuertunt: quorum illud ab hoc manauit; quia in hoc ratio prioris inuenitur. Cum enim Sel factum à Tel/ mutatione Tau in Sigma, non linguæ nostræ tantum, sed & Græcæ sæpius admissa, idem signet quod numero; atque is qui numerat, per singulas vnitates eat, vt ex iis vnam summam faciat: nomenclator artis suæ esse putauit, hinc verbum alterum deducere, quo id significaretur quod dixit Virgilius, *Qui legitis flores.* & *Iuuenes lecti.* & *Corpora lectissima.* quandoquidem qui sic legunt, per vnitates procedunt, quod est numerare. Hinc deinde eadem vox Les, pro eo quod est litteras colligere, quasi in vnam summam connumeramus. Præterea quia is qui alterum docet, hoc in primis spectare debet, ne ipse erret in loquendo, atq. idcirco doctoris potius egere, quàm doctor esse videatur: factum est, vt Les in vsum venerit, pro eo quod est præcepta tradere, cuiusuis tandem ea sint eruditionis: propterea quòd selectis omnino verbis opus sit ei qui, dum multa dicit, peccare tamè nolit. Ex hac itaq. posteriore loquendi consuetudine Græci acceperunt, vt λέγω pro dico ponant: quamuis latiùs hanc significationem extendant; nec malè, quod quacumque de re quis dicat, verba legat, ex iis orationem, veluti summam quandam vocum, componendo. Quid quòd, vt bene quis dicendi munere perfungatur, necessarium sit non solum annumerare verba, sed etiam è multis seligere quæ orationem componant. Numquid hic sermonis nostri faber solitam suam in nominibus rectè ponendis curam reiecit? numquid dormitauit? Nemo, credo, id dixerit, qui sciat modò quanta vis sit numerorum in oratione; & quanto verborum delectu iis sit vtendum qui aliorum pectora volunt formare. Les itaque non solum id est quod Latini Lego dicunt; sed sic etiam in vsum venit frequenter, vt sit Docere, & quauis in re tradere præcepta. Quamobrem difficile non erit, vnde Lesche dicatur, inuenire. Dixi modò Apollinem Leschis præsidere, atque eas viuifico mentis lumine, omnia è tenebris eruente, illustrare: à quo nomen loco ad quem docendi discendique causa veniebat, omine faustissimo, inditum est. Les-schijn enim ad amussim notat doctrinæ lumen; perinde atque Solschijn Solis lumen. Hinc igitur abiecto altero Sigma, λεχνηύω, duplici Iota in ητα transeunte; quo propriè significatur doctrinæ lumen impertiri: tamen à sapientiæ calumniatoribus detortum sit ad derisionem. Nunc & illud clarum vnde Apollo Leschenorius vocetur. Phornutus sic dictum opinatur, quòd diem & horas nugis tractandis det: quo nihil nugacius. Nobis Les-schijn idem est quod doctrinæ luminis origo: quæ vocis ratio quàm Apollini conueniat, qui non videt; is cum noctuis in clara Solis luce, quàm diu velit, hallucinetur. Illud tamen hic Phornuto debemus, quòd eius testimonio Leschenorum Apollinem dicendum esse, alios docere possimus; atque perperam apud Suidam & Liliū Giraldum Leschecorium scribi: qua in re in Suida Cleanthem citante haud dubiè mendum est transcribentium errore inuectum; quod miror Lilio nò suboleuisse. Verum hic errorem errori necens, dicit apud Phornutum Apollinem vocari Leschenarium: cui lectioni ipsius Phornuti interpretatio repugnat. Nunc igitur quid Lesche sit antiquorum, quid in ea fieri soleat & debeat, vnde originem vox habeat, aperui; & id quidem Curia Calabræ occasione, quam equidem apud Romanorū vetustissimos nihil aliud reor fuisse, quàm Leschen Græcorum, nec ad alios vsus accommodatam. Non igitur mirum, ad Curiam Calabram plebem solere conuocari, quo ea discerent quæ ad sacra & dierum nuncupationem pertinerent: cum Calaberen & λεχνηύω idem fuisse, vel ad eundem saltem scopum spectasse, videamus. Quia verò Cal pro differo, à Cal quo pulcrum notatur, descendit; factum vt Cal verbum pro illo etiam ponatur quod Latini Voco dicunt. Ea enim erat prisca religio, vt faustis ominibus omnia exordia constare vellent: & idcirco, cum rerum cognitio à nominibus incipiat, ipsum Cal pro voco posuerunt; quo, quid quid dicerent, pulcrè procederet. Hunc huius vocis vsum, vt pro voco Cal ponatur, Angli hætenus à vetustissimis suis parentibus Britannis retinuerunt; apud nos ferè longa desuetudine obsoletum. Ex hoc fonte καλῶ Græcorū, à quo Romani se suum Calo mutua-

mutuatos esse arbitrantur. Nos prius super hac re Macrobij verba adscribemus; quàm sententiam nostram aperiamus. Priscis, inquit, temporibus, antequam Fasti à Cn. Flauio scriba, inuitis patribus, in omnium notitiam proderentur; Pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ Lunæ primum obseruaret adspectum, visamque Regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex calata, id est, vocata, in Capitolium plebe, iuxta Curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat: Et Quintanas quidem quinquies dicto verbo Calo, Septimanas repetito septies prædicabat. Verbum autem Calo Græcum est, id est, voco; & hunc diem qui ex his diebus qui calarentur, primus esset, placuit Calendas vocari: Hinc & ipsi Curia, ad quam vocabantur, Calabræ nomen datum est; & Classi, quod omnis in eam populus vocaretur. Hæc ille. Non possum satis demirari, cum verbum Calo nusquam alibi in vsu apud Romanos esset, ad has res significandas accersitum fuisse, quas nullas in omni Græcorum memoria, vt angulos omnes excusserint, Latini peruestigare potuerunt. Transeunt vnà cum rebus nomina à gentibus ad gentes, vt in plurimis cum priscis, tum recentibus videmus contigisse. Verùm illud nescio quid monstri alat, certè mihi solidum non tinnit, inde peregrinum nomen mutuari, vbi nec res eadem, nec nomen inuenitur. Quid, malum, hoc est, ô sapientissime Pontifex, Calendas Græca voce nuncupare; si nullas omnino Calendas Græci nouerunt: adeoque id verum sit, vt ad Calendas Græcas ea futura dicantur, quæ significare volumus futura numquam? Iam quid hoc rei est, quod non satis habeas, noua & inaudita voce rudes indoctæ plebis aures offendere; nisi verbum insolens, & fortasse à nemine intellectum, non bis, veluti cramben bis coctam, sed duodecies repetiisses? Quis hoc, inquam, faceret Græcorum in suo καλω? Nemo profectò, nisi vel ineptissimus, vel prorsus insanus. Necessè igitur habes, ô diserte sacrorum præco, aut aliquam grauem tantæ absurditatis assignare causam; aut fateri, te non fuisse satis ab interpretibus tuis intellectum, sed aliunde te Calendarum nomen accepisse, & aliud in repetitione Calo mysterium indicasse, quàm vel Varro, vel Macrobius, vel horum etiam magistri somniarint. Suspicio equidem, & ferè credere cogor, de recta nominum interpretatione, ab ipsis Cimmericis petita, gente Italiæ antiquissima; mensẽ bifariam olim fuisse distributum; & priorem quidem partem à capite, posteriorem à fine nomen accepisse: Priorem autem durasse, aliàs alia temporis mensura, pro eo ac Luna aliàs tardè, aliàs celeriter in orbe suo fertur, & vel hanc vel illam obtinet ab Ecliptica latitudinem: eius tamen initium illud semper fuisse momentum, quo se Luna primum oculis hominum ostendisset: cuius obseruandi onus Pontifici minori incumberebat. Opinor equidem primis illis & antiquissimis hominibus, mensis initium ipsa coniunctione fuisse terminatum; sed labentibus vnà cum moribus, ipsis etiam artibus & scientiis, à Luna visa sumptum fuisse exordium: quia nimirum vera siderum duorum supputatio minus esset nota apud sacerdotes; à quibus si vel hac ætate anni mensiumque calculus peteretur, miserè esset mortalibus cæcuiendum. Quia igitur finem certum, & certum initium ignorabant; oculos consulebant, & quicquid temporis silens Luna absumpisset, id præcedenti mensi tribuebatur, quo fit, vt tantisper finis ignotus maneret, dum noua Luna comparuisset. Tum igitur fausto omine priori mensi valedicentes, Calendas pronuntiabant; & sequentes dies à capite mensis incipientis, fausta item capitis acclamatione, per Quintanas & Septimanas edicebant. Cal-^{end} enim Cimmerico sermone pulcrum finem notat; Cal-^{hoot} pulcrum caput. Hinc perspicuum, quare quoties Quintanas vel Septimanas pronuntiaret; toties Cal-^{oot} repeteret: quoniam nimirum precaretur, vt caput mensis, quod illis diebus constabat, pulcrè bellèque succederet. Deinde dies mensis ab Idibus sequentes à fine nominabant, singulis Cal-^{end} adiecto; quo pulcer finis fausta acclamatione rogabatur. Falluntur itaque Romani, opinati toties καλω Græcorum fuisse repetitum, quoties Quintanæ & Septimanæ nominarentur; quo nihil ineptius, meo quidem iudicio, posset excogitari. Verùm illud prisco Cimmericorum ritui consentaneum; singulis diebus faustam appendere acclamationem: prioribus quidem, Luna adhuc crescente à capite; posterioribus verò, decresciente lumine à fine. Quemadmodum enim

Salutadi formula.

precari

precari solent: quem morem & nos hætenus obseruamus, & omnes nationes, quæ Latinum sermonem Teutonico corruerunt, à nostratibus, à quibus phrasas suas habent, sumpserunt. Sollemnem ergo Veterum consuetudinem Pontifex sequebatur, dum singulis diebus felicitatem precaretur, modò à capite, modò à fine votis nuncupatis. Quamobrem Calo toties refricatum non fuit καλω Græcorum, nec ficticiu Calo Romanorum, in solis errantium antiquariorum commentariis visum; sed à Cimmericis vnà cum sacris ritibus in Capitolium inuectum, quo pulcrum caput notabatur. *hoo* caput est, cui in compositione adspiratio tollitur, & Tau frequenter apud nos in locutione perit: quod quamuis sollemne non esset, in hac tamen dictione ob significationis ignorantiam factum fuisset, quia nimirum creditum sit, à καλω Græcorum eam ad Romanos venisse. Cal—end verò faustum siue pulcrum finem signare, nemo dubitabit, qui eorum quæ de dictione *Ent* annotauit, in qua tenuis in mediam frequentissime mutatur, non sit oblitus. Ex hac etymologia clarè cognoscas, qua de causa Romani diligenter religiosèque semper cauerint, ne ante Nonas & Idus Calendas nominarent; ceu id mali ominis esse censerent. Quis enim non videt, ceteris enumeratis, optime felicissimeque bonum finem succedere? Annotauit hanc Romanorum consuetudinem Turnebus, licet nominis Calendarum ignoraret significationem: qua perspecta, non consuetudo tantum, sed consuetudinis etiam ratio scietur. Multo autem naturæ conuenientius mensis bipartito distribuitur, quàm à Græcis tripartito: cum Luna nunquam in eodem statu consistat, quod illi mediæ partis nomine videntur indicare; sed semper, dum videtur, vel crescat vel minuat: atque idcirco crescentis diebus à capite, decrescantis à fine nomina tributa, & vtriusque quidem ea religione, ne à Pontifice citra faustam acclamationem nominarentur. Porro quo magis constet, Calendas à nostratibus traxisse nomenclaturam; videamus quid Nonæ, quid Idus signent; & qua de lingua queant habere interpretationem. Latini Nonas, quasi nouas, à noua luna, quidam dici voluerunt; alij quòd nonus dies esset ante Idus: quorum illi, præter litteræ V in N mutationem, cuius nulla ratio dari posset, hoc etiam falsitatis arguuntur, quòd Nonus priorem corripiat, Nonarum nomen producat: hi verò frigidi sunt, dum Nonas ab Idibus nomen habere dicunt, cum hac ratione frustra Nonæ in mense computarentur: quandoquidem, sicut octauo Idus, ita nono Idus & decimo Idus dici posset. Quòd si id à nemine factum sit, cur quæso à numero nomen erit, quem exprimere nulla consuetudo permittit? Nonæ itaque dictæ antiquitus Nounæ, quam scripturam Sex. Pompeius vt veram agnoscit, tamen causam prorsus ignoret; quo suo monitu viam mihi aperuit ad certam vocis originem. *Nou* enim dicimus pro Nouo Latinorum, quod à nobis sunt mutuati; quoniam apud nos vocis ratio, non apud illos, extet. *Ou* enim, vetus est; cuius contrarium *Nou* præposita negatione, qua *Ne-ou* / sicut *Oit* contrarium habet *Noit* / *Iet* *Niet*. *Næ* verò, siue *Pa* dicimus, vel per diphthongum, vel citra, sicut contrarium eius *An* / vel *Men* / quo proximè sequens notari modo dictum. Nounæ igitur dies sunt nouam Lunam proximè sequentes: quæ interpretatio vt nostratibus est apertissima, ita rationem habet nihilo obscuriorem, nihil vt dubitandum amplius sit, quin vocabulum sit à præscis Cimbris in Italia relictum. Idus per ei diphthongum scribendum esse, ex illorum opinione coniecto, quos Macrobius ait *ἔπει τοῦ εἰδους* vocem deriuasse. Eidus ergo dicuntur ab *Ei* / quo ouum apud nos signatur; & *Di* / quod est intumescere, siue turgescere; & *Ws* / quo exclusio notatur. Luna enim post dichotomiam siue dimidium plenitudinis absolutum, ex altera parte ad oualem curuitatem turgescit, intumescendi finem tum factura, cum plenum suum orbem compleuerit. Is igitur dies, qui omnem vltius turgendi progressum excludit, *Ei-di-ws*; & *wt* siue *Ws* extra signat, ad tempus æquè atque locum spectans. Optime verò ratio intumescens Lunæ habebatur; eo quòd quamdiu illa intumescit, tam diu etiam humida accrescant: quod non in mari tantum operæ pretium est obseruare, quòd ad Lunam æstus suos moderatur; sed in plantando etiam, & ferendo, & materia cædenda, & in medicamentis dandis, & aliis non paucis magnam habet considerationis vtilitatem. Quid quod non figura tantum ad ouum rectè comparabatur; sed ipsa etiam oui natura votorum orationisque ad Lunam tesseram ferebat. Præter enim argenteum candorem, humorem vitalem intus

conclu-

hoo

Mensis conuenientius bipartito quam tripartito distribuitur.

*Nonæ.**Nouus.*

*Ou / Nou.
Oit / Noit.
Iet / Niet.
Pa / An.*

Idus.

*Ei.
Di.
Ws.*

wt siue ws.

Luna intumescens ratio habenda.

conclusum feruat, qui caloris fomento animal producit, è quo rursus ouum, & rursus animal, ad infinitum vsque. Hæc igitur Iduum appellatio Deam monebat, vt humidum omnium rerum radicale, perinde atque ab ovo fieri videmus, conseruaret; atque omni vbertate tum sobolem nostram, & animalium nobis vtilium, tum terræ fructus, fecundaret. Sed succurrit hîc quiddam quod risum mihi mouet. Arbitror enim Cimærios hac, qua indicauî, ratione non solum Idus bono nomine ab ovo & tumoris auctu nuncupasse; sed præterea etiam ouum obtulisse: cuius tam exigui muneris cum sacerdotes pœniteret; ab ovo in ouem victimæ & nomen & ritum commutasse: quandoquidem, vt ita facerent, ipsa etiam nominum vicinitate commioneri viderentur. Neque enim in Latino tantum sermone, sed in Cimbrico etiam, inter ouum & ouem magna est similitudo: quoniam *Et* ouum, *Oi* ouem signat; à quorum posteriore, Græci *dis*, diphthongo diuisa; Latini interiecto Digamma, Ouis fecerunt: ab *Et* verò *ωον* Græci; Latini item, Digamma interiecto, Ouum. Hebræi videntur nomine suo ipsum votum crescendi in Ovo expressisse, si ad primam linguam causâ referatur: *וַיִּצְרַח* enim à quo *וַיִּצְרַח* quid aliud est, quàm *וַיִּצְרַח* id est, cresce, siue crescit; quod optimè Lunæ in gibbum intumescenti congruit: quod nomen Rabbini pro testiculis etiam ponunt, propter testiculorum & ouorum similitudinem, non in figura tantum, sed in humore quoque consistentem, qui vtroque potestate vitam habet; atque iccirco bene audit: *וַיִּצְרַח* / siue *וַיִּצְרַח* / quo incrementum in ambobus generibus opramus. Duplex autem *W* in Beth transire, vnum est de frequentissimis: quia ceteræ gentes duplici digamma nostrati carent. Hanc autem vocis originem Deus ipse videtur confirmasse, dum omnipotenti suo verbo generationem consecrauit, dicens, *Crescite, & multiplicamini*. Et hæc quidem de oue Iduli, quam ego ab Idibus, quibus pro ouo immolabatur, dictam esse; non contrà, Idus ab Iduli, existimo. Quàm porro *Di* / id est, intumescere, & augeor interno quodam motu, Lunæ conueniat; Dianæ nomen demonstrat, qua nihil aliud deam oramus, quàm vt omnia perpetuo incremento promoueantur: quod notum est ex iis quæ de *Anna* & *Anna* modò dixi. Verum ne vllus omnino scrupulus hanc opinionem retardet, quo minus ad firmam probationem apud eruditos possit peruenire; Macrobij sententia repellenda. Nobis, inquit, illa ratio nominis vero propior existimatur, vt Idus vocemus diem qui diuidit mensẽ. Iduare enim Etrusca lingua diuidere est, vnde Vidua, quasi valde Idua; aut vidua, id est, à viro diuisa. Huc etiam Horatius allusisse videtur:

Vt tamen noris quibus aduocaris

Gaudiis, Idus tibi sunt agenda,

Qui dies mensẽm Veneris marinet

Findit Aprilem.

Aduocant & Halycarnassæum, qui *Idus* appellat. Ego hos omnes tanti facio, quanti ipsam rationem, qua ita vt crederent sunt adducti; quam totam in eo solo positam video, quod Iduo, pro Diuido, apud Tuscos in vsu fuisse dicant, nullo interim alto exemplo assertionem hanc suam confirmantes: quo fit vt eam non pluris faciam, quàm si nihil attulissent; cum nihil sit facilius, quàm in etymologiæ ignorantia ad Sabinos vel Tuscos confugere, & ex lingua ignota illud petere argumentum, quod nec ipsi probare, nec alij oppugnare peritis sermonis eius testibus possint. Miror quæ factum sit, vt Antistius Labeo, diligentissimus, Gellij etiam testificatione, antiquitatis inquisitor, Etruscam hanc vocis originem ignorarit; sed scripserit, viduam non eam tantum dici quæ nupta aliquando fuisset; sed illam etiam mulierem quæ virum non habuisset; atque ita viduam dici quæ sine duitate sit, vt vecors, qui sine corde; vesanus, qui sine sanitate: quam sententiam in Posteriorum libris ab ipso scriptam Priscus Iabolenus etiam iuxta doctus ac vetus Iuriscōsultus laudauit: quamuis recentiores quidam, in quibus Alciatus, Macrobij peregrinitatem maluit, quàm Labeonis domestica exempla complecti, non parua, vt equidem sentio, iudicij leuitate. Latini enim generatim sic vocem accipiebant, vt viduum quiduis diceretur quod altero careret: quod Horatius secutus, cecinit, *Viduus pharetra Risit Apollo*. Hinc & illud Paulli: Viduertas calamitas dicta, quod viduet bonis. Hoc tamen Labeoni non assentior, eam quæ maritum non habuisset, viduam dici posse; propterea quod *Væ* particula priuationem potius hîc quàm carentiam, vt sic dicam, signare videatur; vt est varius in compositione eius vsus, quem Gellius in Veiovis interpretatione annotauit.

Verum enim uerò ego nec vanum Macrobij figmentum, eo solum excogitatum, ut esset quod de Iduum vocabulo probabiliter diceretur, recipio; nec rursus Antistio, licet multo uetustiori, accedo; quia nulla uidelicet sit dictio, in qua uæ in i breue transisse uideatur. Sed de hac cōtrouersia illud elicio, Viduæ nomē nec Latinos, nec Tuscos, sed Cim-
 merios habere natales, qui nobis non apertissimi tantum sunt, uerum etiam ingentes antiquitatis thesauros recludunt; ita ut gratiæ habendæ sint Macrobio, qui nos ad hanc compulsi inuestigationem. Nihil enim prolixum aut superuacaneum nobis hinc cēsendum, è quo & sancti prisca temporis mores, & antiquissimi sermonis reliquiæ in lucem eruuntur: propterea quòd omnis nostra opera ad hoc contendat, ut & quæ prima lingua sit appareat, & ex eius interpretatione uetustæ maiorum sapientiæ lumen ignorantia nostræ dissipet nubem. Vidua igitur dicta est à *Widue* / duplici littera, qua Latini carent, in simplicem commutata. *Widue* autem compositum est ex *wit* / quo album signatur, & *hu* / quod duo significat; alterum idem est quod coniugium contraho, alterum teneo siue seruo. Composita itaque dictio *Widue* adempta aspiratione, & eius causa tenui in mediam commutata, non aliud est, ac si quis dicat, mulierem uel quæ nupta sit ipsi albo, uel quæ ipsum album teneat in uestitu. Alemanni *wit-we* dicunt, tenui littera retenta; in qua uoce compositionis partes clariùs cernuntur; in quas hoc nomen soluendum esse, alterum eiusdem gentis pro eadem re nomen, *witstrau*, apertissimè demonstrat; quo quiuis albam mulierem intelligit. Considerandum ergo quis olim viduarum fuerit uestitus. Plutarchus in epistola qua uxorem suam de morte filiaē consolatur, nigras uestes uiduis tribuit. Seneca, quòd lugentium uestitus ater esset, atrum luctum in Hercule furente uocauit. Pullus item color, qualis ut plurimum est terris, nulla rubrica, aut creta, aut gypso, aut aliis pigmentis è succo aliquo peculiari genitis; insignibus luctui conueniebat; unde pullati lugentes sunt uocati: nisi quòd uox hæc plebeis etiam nonnumquam tribuatur, iis nimirum qui lanea ueste pulla, citra fullonum & tinctorum operam parata tegebantur. Hoc genus coloris sponte sua in ouibus natum, nos à fletu lugentium, Griseum nominamus, varias eius species agnoscētes, pro eo ac uel plus uel minus ad album aut nigrum accedit; quo discrimine Monachorum aliquot collegia distinguuntur. Ad eò autem Romani ab hoc colore abhorruerunt, ut nemini pullato, uel atrato, ad conuiuium accedere fas esset: quòd ut plenè intelligatur, non erit abs re, Ciceronis super hac re uerba in medium proferre: Atque illud etiam, inquit, contra Vatiniū inuectus, scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes: quem umquam uideris, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris? Dices, supplicationes te illas non probasse. Optimè, nullæ fuerint supplicationes. Uidesne me nihil de anni illius causa, nihil de eo quòd tibi cum summis uiris commune esse uideatur, sed de tuis propriis sceleribus ex te quærere? Nulla supplicatio fuerit, cedo. Quis umquam cœnauit atratus? Ita enim illud epulum est funebre, ut minus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Sed omitto epulum, populi Romani festum argento, ueste, omni apparatu ornatuq. uisendum, dic quis umquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla umquam data est? Cum tot hominū millia accumberent, cum ipse epuli dominus Q. Arius albatu esset, tu in templū Castoris te cum C. Fidulo atrato, ceterisq. tuis furis funestum intulisti. Quòd si ex his Ciceronis uerbis necdum satis intelligatur, quàm tristis soleat haberi niger uestitus, & quàm ab omni conuiuio excluderetur; addat illud ex Dione, à Domitiano, post cladem quandam à Dacis inflictam; domum totam atratam fuisse instructam, in quam Senatorum primates, citra pedisequos comites, noctu iusserit venire, quòd tum nigro colore, tum aliis quibusdam percelleret terculamentis. Lugentibus ergo maximè congruebat niger amictus, quo animi dolorem & atras animi perturbationes externo signo denotarent: quòd cum iuris interpretes satis testatum reliquerint in iis quæ de viduarum luctu disputarunt; tum memorabili & iustifico exemplo docebo. Zoimus Comes quinto Nouæ historiæ libro narrat; Ioanne Constantinopolitano Episcopo, ob odium Imperatricis, sponte digresso exulatum, Monachos Ecclesiam occupasse, & plebem & milites in se irritasse, quòd ad consuetas preces non admitterentur: milites ergo furibundos in monachos impetum fecisse, & Ecclesiam occisorum

Vidua unde dicatur, & quid significet.

Widue.
W. i. Hu.

Witwe.

Witstrato.

Viduarum uestitus.

Pullus color luctui conueniens; hinc Pullati, lugentes dicti, &c.

Griseum color.

Niger siue ater color lugentibus maximè conuenit.

corporibus repleffe, ac deinde in fugientes eam feciffe persecutionem, vt nemini parcerent, qui pulla veste indutus esset, siue ob luctū, siue aliam ob causam: propterea quod monachi omnes eo tempore pullati essent; atque idcirco à barbaris militibus nullum inter monachos & lugentes discrimen agnosceretur. Ex his itaque perspicuum, atrum & pullum colorem lugentium fuisse, & omnibus tristibus rebus attributum; vnde ille *Swart à Swar*/ id est, graue & molestum; hic *Grijs à Grijsen*/ quod est plorare, nominatur. Latini Pullum vnde dixerint, Grammatici quærât: mihi Columella, dum pullū holus dixit, pro holere atro, ferè persuadet, vt eo nomine Griseum nostrū nigrū intelligam, quo Libitinarij nostri fratres, vulgò Cellitæ, vestiuntur, vt sit etymologia à *Dull*/ quod sordidum signat, petenda; quia quæ sordibus opplentur, nigrescant. Niger verò sic dici videretur à lingua quoque nostra, quasi *Niet-ger*/ & exempto Tau de more nostro, *Nie-ger*/ id est, non cupio: quoniam à nemine petatur, vt abominandus. Græci *μέλας* pro nigro dicunt; ab eadem lingua petito vocabulo. Est enim *Mel-las*/ vnde contrahitur *μέλας*, idem ac si dicerem, ostēdo onus ac molestiam; quod nigri coloris propriū est. Ater, qui valde niger est, ab *har*/ à longo, quo odiū signatur: ex qua origine Ate Homericæ, similiter aspiratione vtrobiq; dempta: Iā contrariū color qui lætitiæ index est, nostris dicitur *Wit*/ à *Witen*/ quo primū & propriè notatur dilatare, iterum purgare, tertio cōsecrare; quæ omnia ad albū colorem referuntur: eo quod is & oculorū acie dilatet disgregādo, & animū dilatat recreando: tum etiam, quia sacros gaudium decet internū. Sacrificæ Cimbriorū albis vestibus utebatur; quo denotabatur, in sacris omnibus hoc in primis, tamquā scopū spectari, vt animus expurgeretur, & candidus & sincerus ab omnibus sordibus reddatur, & ita purus in puro vero acquiescat. Album itaq; dicitur ab *Alb*/ quo veteres Cimbri vsi sunt, pro eo quod ab omni nigredine purum est, quasi omnis coloris expers. *Alb* enim idem est quod omnino repurgatum, vt nulla macula restet. Dixi alibi *Alp* & *Alb* differre; eo quod *Alp* fiat ab *Al-op*/ id est, omninò superius; verūm hīc addo posterius hoc etiam albo conuenire, quia nimirum albedo animi homines in supremum felicitatis locum ducat. Ab *Alp* Alpes, de quo in Saxonice. Albion ex vtroque potest deriuari; quia & alba insula appareat, & quia in circuitu ferè montibus cincta est, quasi *Alp-ti-om*/ id est, mons ferè vndique; vel *Alb-ti-om*/ id est, ferè vndique alba. Nostrates nūc magis in vsu habent *Wit* quā *Alb*; tametsi *Alben* siue *Aluen* etiamnum æquè dicantur atque *Wit-vrauten*/ pro nymphis quibusdam albis, tum solitis apparere, cum dæmones veterem idolomaniam apud indoctam plebem renouare nitantur. Videmus ergo vt colorum nomina naturam ipsorum designent, si ea ad veras primæ linguæ rationes examinemus: in quibus illud clarum, Pullum & Album opponi, dum hic ab omni macula purus, ille sordidus vocatur. Quamobrem vt sacerdotes feminæ apud Cimbros albis vestibus, Strabone septimo Geographiæ libro teste, induebantur; quia nimirū & puræ & Deo desponsatæ esse deberent: ita viduas quoque candido amictu vestiri decebat; quo testarentur, se minimè dolere virum ad meliorem vitam transfuisse, & se iam non corporibus, sed puris maritorum animis nuptas esse, & non secus atq; sacerdotes quasdam castitatem totius reliquæ vitæ illibatam velle ipsis custodire. Inter prisca enim & optimas Germanorum familias moris erat, solas virgines nubere, & nefas haberi, si qua secundas nuptias contraxisset; quod eo facto libellum repudiij diuo marito remittere videretur. Tacitus bene id quidem annotauit; Sic, inquit, vnum accipiunt maritum, quomodo vnum corpus vnamque vitam. Verūm nescio an causam perspexerit, quam modò indicaui: quoniam sciam, apud Romanos & Græcos nihil constans de animi immortalitate consuetum teneri; atque inde Getas, de Cimmericorum stirpe gentem, vocatos fuisse Athanatizontas, quod peculiari hac immortalitatis fide à ceteris nationibus distinguerentur. Hinc Lucanus:

— Populi quos despiciat Arctos,
 Felices errore suo, quos ille timorum
 Maximus haud urget Lethi metus, inde ruendi
 In ferrum mens prona viris, animiq; capaces
 Mortis, & ignari reditura parcere vita.

Quoniam igitur firmissima fide feminæ credebant, maritos suos, quamuis corpus deposuissent, viuos tamen adhuc esse, & post mortem ad ipsos reditum sibi patere; perpetuo vestis

Swart.
Swar.
Grijs.
Grijsen.
Pullus, a, um.
Dull.
Niger vnde dicatur.

melas vnde dicatur.

Ater vnde dicatur.

Ate vnde dicatur.

Albus color lætitiæ index.

Wit.
Wien.

Albus vnde dicatur.

Alb.

Alp.

Alpes.
Albion.

Alben siue Aluen.

Wit-vrauten.

Wit-vrauten.

Wien.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

Albus color sacerdotibus feminis & viduis proprius.

tuo vestis candore, perpetuam castitatem puris maritorum animis sese feruare monstrabat. A priscis his Cimbris ad priscas Romanas matronas mos hic transiit, ut & ipsæ candido vestitu in lectu vterentur, cuius causam Plutarchus quæsiuit. Verum tempus lapsu, & causæ ignorantia, factum ut hæc consuetudo abiuerit in obliuionem, & omnes, tam feminæ, quam viri, pullati iugerent. Nec aliam ob causam corpus mortui alba vestitu inuoluebatur, quo indicaretur videlicet, animum relicto corpore ad vitam commigrasse beatiorum. Huic rationi ipsa quoque verbi, *lugeo*, fauet originatione; quæ talis mihi de sermone nostro petenda videretur, ut *lugeo* *Luget* & ex tenui littera, & aspiratione mediâ litterâ constituta, perinde ac fieri debet, *Luget* non aliud est, quam bonam fortunam habet, siue Latine, fortunatus est. Nihil itaq; aliud fuit lectus, quam hominum testificatio, fortunatum enim esse, qui corpus terra, animum cælo reddidisset. *Luc* enim bonam fortunam, siue prosperitatem signat; unde *Lugdunum* fortunatum montem interpretamur. Quantum bonæ Mercuri, ubique recludis mysteriorum! quam nusquam deest in nominum rationibus, quo *Palladium* populum exornetur! quam longè Romani à vocis primâ significatione recesserunt! Nos de priscis moribus ad veram vocum originem deducti, illud statuemus, Viduam à *vidue* dictam, vel quod candido animo nupta esset, vel quia albo vestitu, ob eam quam dixi causam, semper vteretur. Ex hac priscâ optimarum inter Germanos consuetudine, apud Francos hæcenus in usu est, ut Regina liberos ex Rege non habens, eo mortuo, albis perpetuò vestiatur, & Regina blanca, id est, Alba nominetur. Quid quod & aliæ illustres in eadē gente mulieres, ad unâ omnes, alba calantica, & candidis vestiu simbriis in lectu sese ornant. cuius rei causam nisi de nominis viduæ ratione cognouissem, frustra alios rogassem. Videat ergo candidus iudex, quantum momenti ad rerum intelligentiam vnus voculæ interpretatio conferre possit: quantum ex ea ad solidam philosophiam, quantum ad priscorum sententias è tenebris reuocandas, utilitatis accedat. Fuit hoc quidē diuerticulum, ad quod à Macrobio cõpulsus sumus, satis longū, at tamē non iniucundū aut inamœnū, ob varia vetustatis monumēta causis suis restituta, à quibus omnes longè hæcenus aberrarunt. Hoc igitur iam valere iusso, cū suo Iduo, viduæ & Iduum nomē nostræ linguæ, in qua solidæ rationes reperitur, vindicemus. Ceterum iam satis Calendis, Nounis, & Eidibus immorati, ad *Ent* siue *End* reuertamur, quo diximus finem notari, propterea quod omnia ad vnum finem ordine suo tendunt: qua in voce Tau significat, vno cuncta contineri & colligari. Quoniam autem ad hoc omnis hic labor meus spectat, ut linguam nostram primam esse, & ex ea ceteras magna quadam vocum, litterarum, & significationis confusione, fluxisse demonstrarem; non inutile erit, si addidero, Græcos quoque & Latinos, quamuis ab *Ent* finis appellationem non duxerint, è prima tamen lingua sumpsisse nomenclaturas. *τέλος* enim finis dicitur, quasi *Tel-hoot* / exempta ob compositionis suauitatem aspiratione; quod idem est ac si dicas, caput numerationis, siue supremum in rerum enumeratione. Vera etenim Arithmetica non ea est quæ ementibus & vendentibus conducit, ut ad summam sapientes sint, ut Horatius dixit,

Ad summam sapiens, vno minor est Ioue, diues,

Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

Hanc enim numerandi scientiam nihili facit Socrates; sed eam quæ vnum ipsum in omnibus quærit, cuius consideratione animus conuertitur ad eius quod solum reuera est, contemplationem; quam disciplinam homini necessariam esse dicit: Ut è fluctibus generationis emergat, & ipsam essentiam attingat, sine qua computare ratiocinarique, pro eo ac decet, nemo potest mortalium. Huius folius beneficio è fluxis rebus, in quibus nulla est constantia, mens nostra ascendit ad ipsius vnus considerationem; qua summum totius philosophiæ caput continetur. Hæc igitur est illa Arithmetica, quæ ad sapientiam viam struit; quam cū Horatius è septimo de Repub. lib. hausisset, alteri illi plebeie & vili Arithmetice comparauit: hanc quidem aicns à vulgo laudari, & summo in pretio haberi; adeoque eos qui ad summam pecuniæ in tabulis rationibusque suis colligendam sapientes sunt, solo Ioue minores videri, denique reges esse regum: Illam verò sibi iam senescenti discendam proponens, è qua, iuxta veniam puerorum, verus rex fieret, rectè faciendo, quærendoque veras diuitias & stables, quibus animus confirmatus non vagetur, veluti Proteus quidam, modò in hanc, modò in illam

transiens

transiens formam; sed in vno sibi semper constet, ac verè de se dicere possit:

Quid verum atque decens quæro, & rogo, & omnis in hoc sum.

Eleganter admodum ad illam Arithmeticam poëta alludit, per quam Plato nos participes fieri dicit veræ essentia; quod in hoc versu expressum videmus. Quis enim alius perpetuò constans, quis vagis mundi animique sui motibus superior, quis verè Rex & Imperator sui ipsius, quis demum ex omni parte felix & beatus, nisi is, qui totus est in veri consideratione? Ad hanc autem cum per Arithmeticam veram Socrates hominès deducat, eaque dicat rectum, ad id quod verè est, ascensum fieri: non vulgati profectò aut leui de causa finis vocatus est *Τελ-ot*/id est numerationis caput, ad quod, tamquam summum bonorum finem, non tamquam ad summam pecuniæ, omnis totius vitæ nostræ calculus subducendus est. Hæc igitur sit Græcæ vocis è prima lingua verissima interpretatio; quæ vnum, quod est omnium finis, caput numerationis appellans, hæc ipsa nota & Platonis sententiam laudat, & simul pulcherrimæ Horatij epistolæ fontem, è quo deriuatur, ostendit. Latini finis nomen à perfectione absoluta fecerunt, quæ in sermone nostro *Finis* dicitur: qua vocula id signatur, quod insigniter perfectum est & absolutum. Fit autem à *Fin*/ de quo nomine post agetur. Nec malè profectò à perfectione finis nomen accepit: & quia finis in vnoquoque, teste Aristotele sexto Politicorum libro, id est quod optimum est; & quia quicquid fit, ad eum finem fit, vt sit perfectius; tum etiam, vt intelligamus, omnes actiones nostras ad id esse conferendas, vt summam acquiramus perfectionem, qua felicitas nostra definitur. Hebræi item nomen è primo sermone retinuerunt. *Q* enim finis est, & terminus, à nostro nomine *Top*/mutato Tau in Samech, deriuatum; quo summum in re quaque denotatur: quod hæud secus finis conuenit, quàm *Ent*/omnia vno deuiciens. Est ipsis & aliud vocabulum, quo finis notatur *תהת* à verbo *תה* descendens, quod & ipsum à nobis sunt mutuati. *Cal* & *Lac* vocali breui, quid significant, modò dictum. A *Lac*/quo defectus notatur, fit *Lac* vocali longa, quod est ad defectum tendo, siue paulatim deficio: quæ vox quia id signat, cuius perfectio est in vacuo & nudo, siue in eo in quo nihil amplius restat eorum quæ fuerunt; fit vt *Cal* defectum significet absolutum, à quo nihil reliqui factum sit, ex illarum vocum forma, quæ versæ aliquid significant, necessariò consequens rem signatam per prorsam dictionem. Cum enim nihil aliud ad infinitum deficere possit, bene facit, qui in ipsa defectione siue imminutione cuiuspiam rei, monet eam tandem ad terminum absolutæ priuationis desituram, & tardam omnino fore in fundo parsimoniam. A *Cal* itaque Hebræi fecerunt *תהת* pro finire & deficere, vnde *תהת* finis & terminus dicitur, & alio nomine, & eo quidè à prima siue nostra lingua petito, sed contrario litterarum ordine pronuntiato & scripto; vt enim fit vt *Stat* siue *Stec*/quo terminus signatur, vnde *Staten* pro terminare. Dicitur autem *Stat* siue *Stec* per apocopen, quasi *Staken*, siue *Ste-ken* vocaretur; eo modo quo ex *Form* at fit *Form*. Alias eorum voces, quibus pro termino vel fine nonnumquam vtuntur, breuitatis causa relinquo; eum nullum in iis aut insigne sit sapientiæ præceptum, aut quicquam dignum annotatu. Sed iam plus satis de admirabili finis vocabulo. Ad alia exempla transeat oratio. Quod si post *E* Lambda ponas, vt sit *Eel*/pulcrum, elegans, delectabile, subtile, nobile, generosum, omnibusque modis perfectum notabitur; quæ vox primùm primo omnis elegantia nobilitatisque datori congruit: quod is nimirum fundamentum firmitasque omnium fit, & præterea nos per liquida cæli spatia ad supremum cæli apicem attollat, eoque ipso omnem generis nostri absoluat claritatem. Num est quisquam tam stipes, aut caudex, vt non hic cernat clarissimè, quàm luculenta sit huius primæ vocis è litteris suis compositionis ratio? Quid enim nobilius, quid clarius, quid perfectius, quàm & firmo niti fundamento, quod per *E* notatur, & ab eo sursum liquido & facili motu cæli supremi apicem ferire; quod ipsius Lambda pronuntiatio eleganti vocis imitatione depingit. Dicas fortè ab *ה* siue *ה* Hebræorum nos vocem hanc mutuari? Id non ita esse, analogia nobis peculiaris ostendit, quæ vocem conuertens, contrarium eius quod prorsò nomine signabatur, dat intelligendum. *Lec* enim generatim omne id significat, quod molestum, quod inelegans & turpe, quodque minimè placet. Hinc *lect*/molestia & ægritudo animi; *Lectick*/turpe; in quotidiano vsu versantur sæpius, quàm vellemus obuia. Ex *E* & *T* vincendi vim habenti, fit *ect*/pro edo, quod à nostrati deriuatur,

Æt. tamen si temporis ratio sit neglecta, quod in nostro longum est, diuerso tamen modo quam in *Æt*/ dum iuramentum notat, pronuntiatum. Est enim edendi finis, corporis confirmatio, & partium unio, quæ sine alimento dilaberentur: ita ut aptissime *æt*/ unio- nis vinculum exprimens, ei accommodetur; in quo tamen altius mysterium delitescit, quam corporis alendi necessitas proponat. Inueniat Latinus, si potest, parem aliquam in Edo rationem; & lubenter de primogenia vocis possessione cedemus. A præterito imperfecto huius verbi *At*/ fit *As*/ vocali longa, pro cuiusvis rei alimento. Vnde Asia; qua voce, præcipua terræ pars notatur, quæ primum primo homini, & ante, & post diluuium, protulit alimentum. Hinc factum apud antiquos, ut *As* pro pecunia poneretur; eo quod hæc alimentum homini suppeditaret, tum etiam, ut hac voce moneremur, in eo quod satis est ad victum siue alimentum, pecuniæ terminum esse debere: in quo præcepto vestitus nulla ratio habita est; eo quod is ab exuviis animalium, quæ ad victum comparassemus, facile suppeditaretur. Hinc olim huius vocis usum fuisse, nomen crumenæ maioris apud nos declarat, quam *Aes-fac*/ vocamus, quasi pecuniæ faccum dicas; à quo differt & usu & nomine *Spissat*/ quo faccus cibo portando idoneus notatur. *Aessat* eadem de causa & ab eadem radice *Tas* dicitur & *Tes*/ eo quod pecuniam vinculo constringat. In *aes* ergo, & *aessat*/ & *Tes*/ vsus nummorum expressus, quem Horatius indicat:

Nescis quò valeat nummus, quem præbeat usum?

Panis ematur, olus, vini sextarius; adde

Quæis humana sibi doleat natura negatis.

Aes, æris, unde dicitur.

Æt.

Honor hominibus sapius ex ære quam ex virtutibus obtingit.

Hinc est *Æs* Latinorum, è quo primum pecunia facta: cuius tamen nominis obliqui casus ab alia nostrati voce deriuantur. *Æt* enim sono exiliore, quam sit in *Æt* pro honore, de quo post in littera R; idem apud nos est, quod *Æs* apud Latinos: qua voce tanto lubentius utimur, quanto ad honorem propius accedit, qui hominibus sapius ex ære siue pecunia, quam ex virtutibus obtingit. Certè apud Romanos, classes & honores ciuium ære distinguebantur; ut non sine grauissima causa pecunia quærenda videretur. Cum enim summum in externis bonis locum honor teneat, & is non virtutibus, sed ære pararetur; quis non exclamaret,

O ciues, ciues, querenda pecunia primum;

Virtus post nummos! Bene itaque Ouidius:

In pretio pretium nunc est; dat census honores,

Census amicitias; pauper ubique iacet.

Quamobrem qui hanc Reip. formam constituerunt, pænè necessariam avaritiam fecerunt; quippe citra quam difficillimè tantum æris quisquam corradat, quantum ad equestris ordinis dignitatem comparandam satis esset. Quis in ea ciuitate non inhiet pecuniis, in qua capite censei turpissimum habebatur; in qua pauper ad nullos admittebatur honores; in qua Plautus in pistrino consenescebat? Bene Iuuenalis hanc iniquissimam censuram derisit Satyra tertia, vbi inter alia hæc:

Nil habet infelix paupertas durius in se,

Quàm quòd ridiculos homines facit: exeat, inquit,

Si pudor est, & de puluino surgat equestri,

Cuius res legi non sufficit: & sedeant hic

Lenonum pueri quocumque in fornice nati.

Hic plaudat nitidi præconis filius inter

Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanista.

Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.

L. Otho Roscius legem tulerat theatralem, ut quatuordecim gradus equestri ordini seruantur, ad quem nemini aditus dabatur, nisi quadringentis sestertium haberet; quibus quantum deesset, tantum deerat honori. Sic Horatius,

Si quadringentis sex septem millia desunt,

quo loco neniã puerorum legi Rosciæ præfert. Meritò itaque obliquos casus ipsius *Æs* vocabuli pro pecunia, à nostro *Æt* mutuati sunt Latini. Verùm nomenclator non tam ad hoc respexit, quam ad illud, ut omnes moneret, sic quærendam pecuniam, ne honoris nostri obliuisceremur, qui sola virtute continetur: fugiendam avaritiam, perfidiam,

fidiam, & omnem iniquitatem in re congerenda. Deinde sonum medium fecit inter **Er** & **Er**, quo honor notatur; vt indicaret, lubricam viam esse inter errorem & honorem, per quam ad pecuniam; & in ea procliue admodum esse, vt in maximos totius vitæ errores incidamus, si vel minimum à vero honore declinemus. Sunt diuitiæ medium quiddam inter errorem & honorem; & æquè iis ad illum abuti licet, atque eas ad hunc referre. Vtraque vox, & **As** & **Er** patitur conuersionem: ex illa **Sa** fit, quod est, femina: clara adhortatio, te **As** habere non posse, nisi fementem facias. Dicimus enim **Saa** vel **Saat** / sicut **Gaa** vel **Gaat** / dum imperamus. Iubemur igitur serere. sed **Saat**.
quantum? Nempe quantum **As** postulat, iuxta illud Iuuenalis,

*Viuite contenti casulis & collibus istis,
O pueri, Marsus dicebat, & Herculius olim,
Vestinusq; senex; panem quaramus aratro,
Qui satis est mensis: laudant hæc numina ruris.*

Ne porrò latio ad infinitum progrediretur, sermonis opifex **Q** adiecit, vinculo eam certo constringendam docens. Quamobrem si per vestigia redeas, finem sationis in **Saat** inuenies, **Taa**; id est, ad alimentum, ceu diceretur, tantum ferendum, quantum ad alendum est necessarium. A **Saat** fit **Sat** / quo finis iterum sementis indicatur, **Sat**.
quæ tota eò tendit, vt necessitatis nostræ mensuram impleat: à qua voce, Satis, & Sa-
tur, apud Latinos. Hanc vocem si conuertas, fiet **Tas**; quo significamus aceruum fru-
gum collectarum, cuius is modus esse debet, vt solum pertineat ad alimentum, quod
est **Taa**s. Quemadmodum itaque in **Tes** & **Aessacit** nummorum modus præscriptus,
ita in conuersione ipsius **Saat** / & rursus mensura acerui, qui **Tas** dicitur, declaratur
versa voce **Sat** / quo id signatur quod explet necessitatem. **Er** conuersum, **Aer** facit;
quo simul docemur, & pecuniam paratam esse debere, & ei omnia parata esse & in
promptu, cui **Er** siue **As** non desit. Quod autem **Er** non solum metallum, sed pe-
cuniam etiam maioribus nostris notarit; perspicuum fit ex composito, **A-er** / quod
est, **μετὰ χαλκόν**, vt Homericæ phrasi vtat, aut Latinè, pecuniam sectari. Nihil enim
est **Aer** aliud, quàm **pagell**. Neque hæc sola est verbi causa; sed altera etiam in co-
sita est, quod **Aer** videatur signare idem quod secundum honorem; quæ docet, sic
rem faciendam, vt iuxta honoris regulam procedamus. Ab **er** item **teer** retine-
mus; quasi dicas, ad pecuniam. quo significamus, nos nummos aggredi. Quorsum?
Num quo ille, qui eos contemplabatur in arca? Minimè: sed quo eos rebus necessariis
impendamus. **Teer** itaque est, nummos absumo: quo in verbo adeundi aris notatio
hortatur, vt crumenam prius adeamus, & cum ea rationem subducamus, quantum sit
parati, quod vox versa signat. Sumtus enim non debet egredi pecuniam paratam. Idem
communi tritaque sententia dicitur, **Teer na neer** / cuius in Aruaticis dedi explicatum.
Quoniam verò pecunia citissimè facillimeque absumitur; fit vt **Teer** / pro consumo,
generatim dicatur. Hinc **Tero** Latinorum: quamquam, vt eiusdem notationis plures
in lingua nostra causæ reperiuntur: potest & alia ratio ipsius **Ter** assignari, quam ex **Er**
petas licet, quasi **Te er** / id est, ad terram & puluerem; vti ex **na** & **er** fit **ner** / pro ad terram;
vnde Græcis **νέρθε καὶ νέρτερος**. Cum verò post nummos absumptos dolemus; fit vt **Deer** /
manente eodem vocalis sono, & tenui consonante in mediam mutata, pro dolore, &
dolet, generatim vsurpetur: deinde quia dolor nocet, **Deer** pro noceo venit in oratio-
nem: à quo verbo **δῆρις** apud Græcos, pro pugna & rixa, quæ vera noxa est; vnà cum
cognatis, **δῆρι**, **δηρίνομα**, **δηρίω**. Ceterum **δηρός** pro diuturno, corruptum est ex **Dur** /
quod est diu permanere; à qua voce Latinorum **Duro** & **Durus**: A **Dur** / **δῆρον**, & hinc
τηρῶ, quod est conseruo. Vide quò nos duxerit **Er** pro edo, quamque vtilia suppedita-
rit in sobole sua præcepta: quæ vox si vertatur, vt fit **Teer**; ad vnum nos & legitimum
coniugium deducet, luculenta antestatione auriculam vulsura, nos perpetuò in eden-
do & ab edendo ipsum vnum relegere debere, & cum eo nos copulare, oratione nimi-
rum, & pro beneficiis acceptis actione gratiarum. Quàm, bone Deus, nulla vox tam
exigua est, vt non maxima condat arcana, quæ in lucem producta, plurimum adferunt
ad mores, totamque vitam rectè sanctèque formandam, vtilium præceptorum! Quo-
ties ergo edemus, cogitandum erit, vt **Er** ad **Teer** conferamus, & non tum illo corpus
confirmemus, cum hoc animum totumque hominem interiorem alamus: quo nullum
pabulum

pabulum vel robustius, vel salubrius, vel suavius, vel denique magis necessarium, non ad hanc modò vitam caducam, & breui finiendam; sed ad illam etiam perennem, in qua tandem solida & integra coniugij voluptas absoluetur, quo per *Æ-re* vocamur. Mirum sanè quàm lingua architectus cum Christo consentiat, dum sic comedere vocat, vt primùm conueniat esui illi soli, qui verè ipsum verum hominem alit & confirmat; quod soli cibo cælesti & pani viuo conuenit. Solus enim ille, qui panem de cælo descendente comedit, se cum vnitæ firmo vinculo necit. Quis verò comedit panem cælestem? Qui corpus Christi comedit, quo solo & firmitas animorum constat, & perficitur reditus ad ipsum illud coniugium, quo solo totum vitæ firmamentum continetur; quod vocula *Æ-re* optimè demonstrat ei, qui norit ex *Æ* & *re* compositam; quibus Ad coniugium legitimum itio indicatur. Hic iterum eius in mentem veniat, quod in omnibus, licet non semper, à me indicatur obseruandum, nominum rationes veritatem suam in primis ideis maximè habere, à quibus quanto exempla magis recedunt, tanto minus in significando rationem suam tuentur. *Æt* ergo; quo comedo notamus, primum illi cœnæ applicandum, in qua maxima firmitas ab vno, & maxima vnio cum vno, & summum etiam & præstantissimum coniugium cum vno alitur atque roboratur. Hæc si in alia quapiam lingua continerentur, quantum, bone Mercuri, laudatorum haberent! in hæc nostra exigua vocula, & prorsa & versa, vt sint bene consideranti clarissima, tamen hæcenus à nemine sunt vel animaduersa vel exposita, nedum digna laude celebrata. Quandocumque ergo cibum capiemus, in mentem venire debet, corpus quidem pane hoc & potu vires suas recreare; sed has vires nihil ad hominem interiorem, qui verus noster homo est, in sermone Cimbrico à ductu nomen habens, pertinere, atque ea de causa cogitandum, quis verus veri hominis cibus sit, & solidum alimentum. Hoc mox vox *Æt* docebit, si iuxta ac debet, examinetur, notatione sua ad eam ductura, quam dixi, commissationem, in qua Dei verbo, viuo pane de cælo descendente, ipsi Vni copulamur, & vnimur, & ad legitimum, quod adulterio nostro vitium fecerat, coniugium redimus. Ex *Æt*/vt pro vulgari notatione accipitur, & corpori cibum voranti & absumentis tribuitur, nomen accepit pestis illa generis humani summa, quæ nostros primos parentes toxico ad edendum oblato perdidit, & in mortem præcipitauit æternam. Dixi *Æt*/At/ facere in præterito imperfecto, quod iis nominibus maximè conuenit fabricandis, in quibus natura rei cuiuspiam, quæ tria tempora, id est, omnia complectitur, explicanda. Esus pomi illius à dracone ad deuorandum dati, tam fuit in omne tempus vires suas producturus, vt illius venenum totum humanum genus perpetuò intra penetralia esset arsurum. Draco igitur, qui nostros parentes eò fraude sua pellexit, vt vno vnus fructus esu totum patrimonium, non suum modò, sed totius posteritatis abligurrirët; ab edendo nomen accepit: quo illius pestiferæ victoriæ, contra humanum genus obtentæ, titulum gereret, tamquam trophæum quoddam perpetuò homines moniturum, qua serpentis machina fuerint expugnati, & rapti in mortis seruitutem. Tum etiam prudenter id nomenclator est molitus, vt dum intelligeremus ab esu nos læsos, subduceremus rationem de naturalibus experimentis, ab esu rursus remedium petendum, non secus atque ij, qui à scorpionibus ictri sunt, ab iisdem sibi sumunt veneni amuletum. A cogitatione ergo esus mortiferi, nos deducit in cogitationem esus vitam daturæ, ad quem verbum Dei cum inuitat, tum seipsum dat comedendum, quo simul cum ipso æternam vitam accipiamus. Sed hæc contemplatio latius alas extendit, quàm hic sit volatus eius persequendus. Serpens ergo Ate vocatur, tum ad suæ victoriæ, tum ad cladis nostræ monumentum sempiternum. Acceperant Iones vetustissimi à Thracibus, aut Phrygibus potius, Ates notitiam: sed vt ceterorum omnium fabula inuolutam atque contextam; ita vt minimè, quid sibi vellet, peruiderent. Homerus itaque noluit, vt hoc antiquariæ cognitionis ornamento carmina sua carent; quod in eo tanto magis exosculandum, quanto propius ad nostræ religionis alludit veritatem. Huius igitur rhapsodia Vlyssæm facit inter alia hæc dicentem:

*Mensch.**Æt.**At.**Esus pomi à dracone dati.**Esu læsi homines, ab esu rursus petere remedium debent.**Ate dicitur serpens infernalis & draconis generis humani.*

Ἡδ' ἄτη δεινὰ ῥήτε καὶ ἀρτίπος οὐνεκα πάσας

Πολλὸν ὑπεκροθήσει, φθάσει δ' ἐπεὶ πᾶσαν ἐπ' αἶαν

Ἐλάπῳσ' ἀνθρώπους. quorum hæc est sententia:

At robusta Ate, pedibusq; celerrima, cunctas

Ante

Ante Litas currit, cunctis regionibus ante
Damna ferens noxamq; homini.

Comparat hoc loco Litas cum Ate, & illas quidem claudas & rugofas facit, hanc robu-
stam & integris pedibus velocem: qua fabula, vt quod passim vbique terrarum fit, in-
dicatur; ita allusum videtur ad festinam illam noxam quam serpens humano generi in-
tulit, qua quidem sananda erat per Litas, supplicationum, quibus peccatorum venia
petitur, deas; sed admodum tarde; & iam ferè in mundiseno; quod rugis significatur
Litarum. Sed quæ Litas, quibus tandem sanitas humani generis adscribenda? Ipsa nempe
Christi tormenta, & orationes, & lacrymæ, & ieiunia, & cetera quibus veniam à patre
hominibus, Ates fraude in peccatū prolapsis, impetravit. Hæ Litas, quasi claudæ essent,
tardè admodum venerunt; sed venerunt tamen tempore suo destinato. Qua de causa
Iouis Hiccsij filia dicta; quod: citra Christi supplicationis nullum fuerit aduersus Aten
remedium. Vera enim Liturgia, & vnica oblatio est Christi in cruce patri facta, vt Chri-
stus verus sit Hiccsius; Deus Deo suppleat; & eius proci & tormenta ipsissima Litæ. Ab
hoc ergo mysterio fabula translata ad quæuis peccata, ab illo primo peccato proma-
nantia, & quæuis peccatorum emendationes, quas perpetuò ipsis peccatis videmus
multo tardiores, & semper claudicante gradu longò post Aten tempore venire. De ca-
dem Ate, & eius è cælo præcipitio, ab antiquis per manus ad posteros tradito, & de Ioue
ipsam præcipitante, idem poëta sic canit:

Lita Iouis
Hiccsij filia
dicta.
Liturgia ve-
ra.

Ate de celo
præcipitata.

Ως φάτο τὸν δὲ ἄχος ὄξυ καὶ φρένα πύφει βαθεῖαν
Αὐτίκα δ' εἶλε ἄπ' κεφαλῆς λιπαρὰ λουάμοιο, καὶ τὸν οὐδὲν ἄλλο
Χωδόμενος φρέσιν ἦσεν καὶ ἄμοσσε κέρτερον ὄφρον,
Μήποτ' ἐς ὄλομ' ἔσται καὶ ἔσθρον ἀσέθεντα
Αὐτίκα δ' εἶλε ἄπ' κεφαλῆς λιπαρὰ λουάμοιο, καὶ τὸν οὐδὲν ἄλλο
Ως εἶπεν, ἔρριψεν ἄπ' ἔσθρον ἀσέθεντα
Χεῖρ' ὄφρονος ἔσθρον ἀσέθεντα

Nos ex tempore vertebannus:
Dixerat Ate, illi dolo acris pectora pulsare
Arripit hanc subito per crines, perq; comatum
Verticem adiratus, fortissima iuramenta
Subdens, nunquam Aten rursus venturam ad Olympum
Sidere iue polum, que cunctis noxia noxa.
Dixit, & arreptam, palma ter deinde rotatam
Deicit. Hæc præcepta humana negotia vexat.

Paullo autem antè cantarat hanc per hominum capita incedere: cuius primà in eo ratio
est, quòd Ates veneno omnes hominum ànimi procliues sint ad mala & noxia sibi per-
petranda, quò omnium capita inclinant. Porro Agamemnon sic se excusans de pecca-
to suo contra Achillem commissò,

Αλλὰ τίθεν πέζαιμι, θεὸς δὲ διὰ πάντων τελευτᾷ
Πρόσσα δὶδς θυγάτηρ ἄτη. Id est,
Sed quid fecissem? diua omnia perficit Ate,
Nata Iouis senior.

in memoriam videtur vocare primam parentum nostrorū excusationem; qua culpam
in serpentem conferebant. Quòd autem filiam Iouis siue vetustam, siue natu grandio-
rem, dicat; id clarissimè cernitur ad Luciferum referri debere, qui senior est humana
mente quam vexat, cum antea fuerit nò creatus modò, sed cælo etiam eiectus, & dam-
natus exsilio sempiterno quàm humanum genus crearetur. Pherecydes Syras hunc
lapsum ad Ophioneum refert, siue ad magnum Draconem; Christianis nimis notum.
Ate itaque draco generis humani hostis, è cælo præcepta à Ioue datus ob superbiam
qua creatori suo repugnabat, nomen eo esu accepit, quo primos parentes, pòmo dum-
taxat deuorato, in exitialem compulit omnium bonorum iacturam. Quando autem
hæc omniū malorum origo ex odio serpentis & inuidia processit, factū vt hæc vocali lon-
ga, vt est in At/odium & inuidiam notet, quasi dicas animi affectione, qua ad malum al-
terius perinde ferimur toto spiritu, atque olim Ate ad perdendū genus humanū, & qua
adspiramus ad ipsam Aten, atq; hac prauitate ei similes reddamur. Iam & alia in huius

Ate dicitur
Lucifer.

Ate unde di-
catur.

Hæc / odium

vocis significatu consideratio fieri debet. Propensio illa ad odiū proximi, maximè declarat prauitatis characterem animis nostris à prima illa dæmoniaca commissatione impressam, qui nos apertè docet, quo animo draco nos ad edendum inuitarit. Inuitauit enim, non vt nos reficeret, sed vt incautos sub specie amicitiae totos deuoraret. Hæc igitur libido deuorandi nocendiq̄. tanta in nobis restat, vt non solum eos quos odimus, animo nostro deuoremus, sed dum eorum copia non datur, pro eo ac vellemus, tractandorum, nos nostra ipsorum viscera, veluti insatiabili edendi rabie incitati, depascimur; iam non inuidi modò, sed famelici etiam Erisichthones. Hinc bene ille,

Inuidia Siculi non inuenere tyranni. Maius tormentum. Et,

Inuidias alterius rebus macrescit opimis. Aiunt Alexandrum Magnum inter

cetera & illud frequenter dixisse: Inuidios non aliud esse, quàm sua ipsorum tormenta. Qui hanc animi pestem, liuorem vocarunt, rectè videntur eius naturam perspexisse: quem cum edacè etiam dicerent, in eadè cum nomenclatore nostro fuere sententia. Ouidius elegantissima verborum & versuum copia eam descripsit, cuius hæc sunt inter cetera,

Intabescitq̄, videndo

Successus hominum, carpitq̄, & carpitur vnà:

Suppliciumq̄, suum est.

Nullum malum maius inuido optare Martialis potuisset, quàm cum dixit, *Omnibus inuideas, inuide nemo tibi.*

*Inuidia definitio.
Inuidia & odium quomodo differant.*

D. Basilius sic eam definiuit, vt dolorè esse diceret ex proximi cõmodis nascentem, qui, sicut rubigo ferrum, ita animū, cui inest, consumit. Fateor equidem discrimen esse inter odiū & inuidiam; quòd hæc dũtaxat in felices grassetur, odiū verò ad eò generatim omnè dolorè signat, qui ex opinione, siue phantasia mali oritur, vt etiã ad bruta transeat. Potest ergo odium iustū esse, illius nimirū qui vitia in quopiam oderit: inuidia verò nõquam vllã æquitatis ratione potest subire; nisi eam eũ nemesi siue indignatione cõfundas. Cui cumq̄. ergo inuidemus, eum cuiuspiã rei gratia odio habemus, tametsi ceteroquin amaremus. Odimus enim in eo quòd plus habeat felicitatis quàm velimus, & quamdiu inuidemus, amici dici nequimus. Dat ergo nos generatim accipimus, perinde atque Latini Odium, quod ab Ate deriuatur, hæc animi maleuolentia inuidiam etiã cõplectentes. Serpens enim non solum nobis inuidebat, sed etiam oderat, vti Dei, hostis sui, filios. Deinde odium quanto maius, tanto magis habentis animum edit; eaque de re optimè ea voce comprehenditur quæ ab edendo significationis suæ causam duxit. Hinc illud:

Ipse suum cor edens hominum vestigia vitans.

*Hic.
Hic.*

Inuidia sola, quæ cessante proximi felicitate cessat, nobis *Hic* dicitur, à *Hic* quod est nihil, eo quòd hæc animi affectio eò spectet, vt quod quis habet, non habeat, vocula & re significata definitione tenus conueniente. Hinc bene Silius:

O dirum exitum mortalibus! o nihil vniquam

Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes Inuidia!

Ate quid sit.

Quia tamè, vt dixi, inuidia ab odio, nõ magis quàm forma à genere suo separari potest: ferè *Hic* & *Hic* in loquendo cõiungimus, significantes eum qui odit, velle, vt is què odit, nihil prorsus boni haberet. Ate ergo nihil aliud erit, quàm dolor exedens, qui in nobis nascitur ex ipso vetiti pomi esu; quò odiū serpentis, & eius inuidia, contagione sui animū nostrum ita infecerunt, vt mox eadem peste laboraret. Quamobrè cum odij & inuidiæ morsus in nobis sentimus, exẽplo cogitemus, hanc illã pestem esse quam edax draconis odiū, esu pomi, ex pectore suo, omnis malæ volūtatis fonte, in animos nostros deriuauit.

Hic, i. habet.

Quauis Græci in Ate tenuem in principio retinuerint, nos tamen eam adspiramus: quo notemus, ad primū illud tabificū serpentis odium nos reuera per hanc animi motionè anhelare & adspirare, & omnino tales effici, qualis prima illa & suprema fuit Ate. Deinde id inde etiam magis vt placeret traxit, quòd vox adspirata magis alludat ad *Hic* vocali breui pronunciatū, quod significat habet, cuius è cõfinio intelligimus inuidiã etiam denotari, quæ semper impetit habentè, ceu diceretur, *Hic* non spirat contra aliū quàm eum qui *Hic* id est, habet. Mirabilis profectò & multiplicis artificij vocula, maximū nobis cum plurimarū rerū ad vitã vtilium, tū occultioris & solis Christianis notæ historiæ præbens documentū, & vnã principem poetarū rectissima via ad fontem reducens veritatis, è quo Ates fabula tota emanauit. Iam aliud adhuc in hac voce latet arcanū. Diuino enim instinctu factū, vt primum hominis nomen ab hac peste nomen acceperit. Adam

enim

enim bene quidē dicitur à terra nomē habere, sed nos in hac voce non rubram terram, vt Hebræi, sed multo maiore notationis efficacitate, eam terram audimus quæ Ate est obiecta: qua de re mox certiores reddimur, nobis esse perpetuū bellū cum Ate gerendū, cui veluti vallum dicimur obiecti. *Dam* enim agger est, à *Tam*, quod est, domabam: eo quòd impetus fluctuum inundantis maris aggere dometur. Nulla elegantior cōparatio inueniri queat, quàm si hominem dicas perpetuis tentationū procellis, velut aggerem quendam fluctibus assiduo impetu tundentibus, obiectum esse. Quæ enim hora, quod momentū transit, in quo nō feriamur vndis sæuissimis prauarum cogitationū, quarum impetus ab Ate, tamquam ab Oceano omnium malorū, in animos nostros, velut aggeres fluctibus obiectos, irumpit. Hortatur ergo nomenclator, vt diligentiam eam animo nostro aduersus Ates impetū muniendo adhibeamus, quàm illi qui crescentibus vndis aggeres opponunt; qui si vel minima parte dehiscant, rimas agant euestigio, non omnia modò camporū spatia, sed homines etiā & pecora longè lateq. submetguntur. Magnus hic sese prospectus aperit in omnem partem ad vitæ humanæ procellas, & assiduos fluctus animis nostris impingentes considerandos; quem si sequamur, per omnem tentationum Oceanum sit discurrendum; qui tam vastis spatii exporrigitur, quàm latè ea patent quæ hominum animis offeruntur, quorum nihil est, quod non fluctus secum violentos ducat. Quemadmodum ergo homo, nomine *Mensij* vt se ducat, & minime duci sinat, monetur; ita nomine *Adam* intelligit, se Ates aggerē esse, & perpetuò dum viuet, fluctibus eius se impetendum. Qui ergo non tentatur ab Ate, *Adamus* non esset, nec quisquam vituperandus, quòd multis tentationum procellis feriatur; sed tum demum reprehensione dignus, dum aggerem suum, quæ recta ratio est, tam negligenter custodit, vt ab vndis superetur aut rumpatur. *Adam* ergo *Ates dam* est; tametsi Hebræis alia eiusdem nominis sit interpretatio, nulla ratione vetate, quin ad diuersos fines idem à Dei instinctu dicatur posse destinari; quorum qui vnum pro causa numerat, à vero nō aberrat. Hoc saltem constat & nobis & Hebræis, in *Adam* nomine terræ esse notationem; his quidem rubræ, nobis, verò fluctibus obiectæ. Vide quòd nos *Eht* vocabulum deduxerit, quàm insignia referarit arcana, quàm egregiam & vitæ doctrinam; & antiquitatis historiam explanarit. Ex *E* item fit *Echt*; quæ vox, litteræ *Cappa* cum spiritu pronuntiata, & *Tau* adiectæ, ratione, id denotat quod arctè vnita deuincit. Vnde nomen hoc pro connubio legitimo vulgus vsurpat; tametsi quoduis legitimum bono iure sic nominetur. Quòd si adspirationem voci præponas, idem erit quod *con*necto, & *con*tinco; spiritu laborem & studium indicante. quod, vt nomen in vsum vocatū; capulum cuiusvis rei significat; propterea quòd eo rem tenere studeamus. *Echt* igitur legitimum, dum nomen est, denotat: dum vt verbum vsurpatur, idem est quod legitimum facio. Hinc apud Latinos *Lex*, quasi dicas *Li-echt*; id est, legitimum hominū inter ipsos vinculum. Verum in eadem voce alia præterea ratio latet, qua in *Li-echt* dissoluta, id designat quo populi copulantur & vincuntur. *Eht* in litteram *X* Latinam duplicem transire nonnumquam solere, cernes; si consideres, à *recht* factum esse vocabulum *Rex*, à *Merx* *Merx*, à *Sticht* *Stix*. Errant qui credunt à legendo *Legem* dici, cum lectio *legi* minimè sit necessaria; immò apud antiquissimos leges non scribebantur, sed carminibus comprehensa puerorum memoriæ mandabantur, vti cum apud alios, tum apud *Ælianum* in *Varia* historia discas. Quid quòd prima lex & antiquissima, sit ipsa lex naturæ, mentibus hominum diuinitus inspirata, quæ docet, Deum super omnia, & proximum cuique suum, non seculus ac quisque sese amat, esse diligendum. Porro cum non inter homines tantum lex sit, sed inter angelos quoque, & omnes res creatas, qua omnia inter se legitimo vinculo copulantur: vocabulum sic solui potest, vt *Le-echt* audiatur, qua via membrorum conexio denotaretur. Huic etymologiæ cum philosophorum principes consentiunt, tum eorum de hac re sensum sic *Cicero* expressit, vt legem definiat rationem profectam à natura ad rectè faciendum impellentem, & à delicto auocantem; quæ non tum demum esse incipiat, cum scripta est; sed tum cum orta est. Ortam autem esse dicit simul cum mente diuina: è quo intelligimus, omnium rerum à mente diuina creatarum inter se legem quandam esse, qua totius vniuersitatis iusta conueniensq. dispositio cōseruetur.

Adam vnde dicitur.

Dam.

Homo perpetuis tentationum procellis obiectus, velut agger fluctibus, &c.

Mensij.

Eht.

Echt.

Echt.

Lex vnde dicitur.

Lex prima & antiquissima est lex natura.

Legis definitio apud Ciceronem.

nominarunt, adspirationem auferente compositionis lenitate; quod nihil aliud est, quàm deserti aridiq̄ue soli diuitiæ; quæ quanti sint, nostri Brabanti Campani norunt. Hinc Erica: quod qui negant, etymologiam inueniant meliorem vel apud Latinos, vel apud Græcos. Vt autem Erica solitudinis diuitias, vel fruticis huius Dei vocati regnum; ita *Merijæ* diuitias aquarum notat; à qua voce *μυρίκη* apud Græcos, ad ripas aquarum lubenter nascitura, præsertim locis iis, ad quæ torrentes & flumina nonnumquam restagnant; vt ad Rhenum, ad Tagum, ad Anam & cetera magna flumina licet videre, tum etiam ad exiguos riuos, qualis est, qui è Pherfena Tridentum, scisso ingenti faxeo monte, decurrit, tantis aliquando turgescens vndis, vt ipsis etiam mœnibus minetur euerfionem. Cùm igitur restagnantis aquæ caluitiis frutex hic gaudeat, meritò apud Græcos vnus vocalis mutatione, myricæ nomen accepit, sicut alter, foliis & facultatibus similis, Erica ob id vocatur, quia in desertis ob sterilitatem locis maximè soleat luxuriare, & opes suas proferre, cuius rei nusquam clarius documentum, quàm in Landis (vt Gotica voce cum Gallis vtamur) à Burdigala ad Pyrenæi ferè iugi radices longè latèq̄ue protensis. Latini, dum Tamaricem nominant, non aliud dicere videntur, quàm adstrictas & minimè luxuriantes aquarum diuitias; quasi è *Tam-mer-rijæ* voce nostrati, ducerent appellationem: vel, si mauis, domiti stagni diuitias dicas; quia eo loco crescit, quem aqua restagnans reliquit, iam alueo rursus domita atque constricta. Quemadmodum autem Myrica duplex est; altera intra fruticis modum magnitudinem coercens; altera ad iustam mensuram arboris, vt in Hispania vidi, elata, è qua pocula lienosis satis ampla tornantur: ita plures sunt Ericæ species; inter quas quædam in Apennino, & Hispanorum montium siluis frequenter obuia, insigniter arborefcit: qualis qualis tamen, & quantulacumque sit Erica, in solitudine semper & sterilibus locis regnum suum & nomine & reapse possidet. Ex hac Ericæ indole, & inde accepta nomenclatura, magna lux accedit aliquot sacræ scripturæ locis, in quibus *עריק* Erica vocatur, quam vocem Hieronymus non bene, mea quidem sententia, Myricam interpretatur: cùm Hieremias hunc fruticem locis siccis, & desertis, & falsuginosis, & inhabitabilibus tribuat; qualis est Campania Brabantix non exigua sui patte, atque eum opponat ligno ad aquas radices suas nutrienti. Nam si Myrica *עריק* esset, frigeret contrariorum collatio; cùm æquè Myrica ad aquas, atque lignum, cui opponitur, crescat. Sic igitur cap. 17. Hieremiæ verba reddamus: Erit enim quasi Erica in deserto. Apud Esaiam, Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina; Derelictæ ciuitates Aroër gregibus. Sic Hieronymus. vbi nos significantius: Derelictæ ciuitates Erica gregibus. Erica enim greges ouium optimè alit, & integra valetudine conseruat, & carnem gignit & tenerrimam & saluberrimam ad edendum, quod Antuerpiæ nemo, nisi sit omnino vecors, ignorare potest. Deuteronomij item secundo, eandem vocem pro solitudine ericis plena, accipio; haud secus atque apud nos Ericæ nomen, quod est Dei commune est & ipsi frutici, & solitudini in qua frutex crescit. Vbi enim est, Ab Aroër, quæ est super ripam torrentis Arnon; verterem, A solitudine deserta & Ericis plena, quæ est super ripam Arnon. atque deinde coniunctionem Opido, quæ vox sequitur, præponerem, vti est in textu Hebraico; vt tota dictio sit, A solitudine, quæ est super ripam Arnon torrentis, & ipso Opido, quod in torrentis valle situm est vsque ad Galaad. Cùm igitur ericeta greges optimè alant, & solitudinem maximè falsuginosam & sabulosam ament, sintq̄ue ab aquis adeò aliena, vt ad eas gramini locū relinquunt; quid ni *עריק* ericam esse dicam; minimè verò Myricam, quæ ad aquas dumtaxat crescit? Iam in psalmo centesimo primo, vbi est, respexit in orationem humilium, vt est apud Hieronymum; vel, respexit in orationem vacui, vt est in alia versione; legerem, Respexit in orationem solitudinis & deserti; quia & eadem hic vox sit, & ipse Vates paullo antè, se desertum esse, & in solitudine versari, conqueratur. Quæ verò sit Hebraicæ vocis origo, Grammatici discant. Ego, si Hebraica sit origo, à *עריק* qua nudare significatur, deriuabo: vt geminatione vocis maxima nuditas locorum significetur, quæ ericetis vestiuntur; quæ etymologia Myricæ ad aquas crescenti non conuenit: mihi tamen magis arrideret, si conuerso litterarum ordine, *עריק* siue *עריק* id est, malum regnum, diceretur: quem sonum huius litteræ esse, post docebo. Prauum enim & malignum regnum est, in qua solitudinis frutex

Erica.

Merijæ.
μυρίκη.

Tamarica.

Scriptura sacra loca aliquot explanata in voce Erica.

Heien / Hei-
den / Heien-
seje.

Ger.

Geir.

Fer.

Fer.

Ac.

Ach.

Ego.

In.

En.

Vnum omnia
comprehendit.

Vnum, Spiri-
tum nominat
& Christiani
& ipse Virgi-
lius.

sceptrum tenet: ita vt optima ratione ex *Etijch* siue *Etijc* *Etijc* factum sit, propter elegantem vocum & rerum allusionem. Ab *Hei* deriuatur vox *Heien* siue *Heien* pro iis, qui agrestes sunt, & in solitudine nati; vnde factum, vt omnes gentiles populos Christiani *Heiden* appellent; eo quod quicumque in Dei ciuitate non commorantur, tamquam solitarij, & ab omni felicitate deserti censeantur; quos Latini paganos nominarunt, quoniam non militent sub Christi signo. Atque hæc quidem satis de fabrica syllabæ *Ei*/ de quæ vocibus ab ea deriuatis. Eodem artificio à *Ger*/ quo cupio notatur, fit *Geir*/ quod est auarus: quia auarus vilis sit parui & angusti animi in rebus petendis. Nec alia ratione à *Fer*/ quod pulcrum signat, Anglis vsu frequentissimo detritum manat *Fer*/ id est, nimis minutè in quauis vel re, vel oratione, vel gestu, ipsum pulcrum ambiens. Quia verò eius, qui de se loquitur, modestiam decet, ne magnum quid ostendet: exilem hanc litteram ad primam personam applicatam videmus; cui si *Cappa* iungas, exilitatem infimis dentium radicibus extremitate linguæ contactis intra te concludes; sic tamen, vt medio ipsius linguæ ad medium palati, quasi ad polum quendam, vt ita dicam, conglobato significes tibi curæ esse, vt te intra limites tuos ipsi spheræ cælesti reddas conformem. Nihil vsquam otiosum artifex reliquit, ne in minimis quidem vculis fabricandis, sed vbique vel rerum naturam, vel vtile aliquod humanæ vitæ præceptum iis intexuit. Allemani, & alij nonnulli altiore spiritu *Ich* dicentes, contendere videntur, vt huius flatus vehiculo ab hac incarceratæ tenebrosæque vitæ exilitate sublimius attollantur. Hinc Græci & Latini suum *Ego* fecerunt, mediam litteram pro tenui vel aspirata substituentes: de cuius vocis ratione Nigidius quondam disputauit satis quidem subtiliter, sed ratione nec admodum firma, nec optimè explicata, quam de notis Articis memini in superioribus me recitauisse. Cum igitur exilitas tenuitatisque, quam nemo non lubenter confitebitur, qui se suamque norit imbecillitatem, nostrati vocabulo, atque eo monosyllabo, exprimitur; & ea quidem intra se dentium radicibus conclusa, & mediæ linguæ conglobatione ad tutelam sui, Erinacei more, contracta: quæ figura vt caelo nos similes reddit; ita firmissima est omnium rerum custos. Cedant nobis Græci & Latini de natalium huius vocis iure oportet. Ceterum in hac vocula alia quoque ratio significationis delitescit, & ea quidem potior de natura *I* & *C* petita; quorum hoc desiderantis est, illud blandientis. Naturæ enim consonum est, vt de se quisque loquens insinuare sese alteri desideret; quod per *It* expressum habemus: quandoquidem nihil aliud dicit, qui *It* dicit, quàm insinuandi desiderium, quod ex natura litteræ *C* perspicuum reddetur: Et quia *I* insinuantis, *C* rogantis, Angli priore littera sola contenti sunt, quod Hebræi quoque in coniugatione imitantur. Elementi porrò huius in notando vim præpositio etiam *In* declarat, quæ fit ab *En*/ quo vnum signatur, per diminutionem; eo quod omnia vno sint minora, & in ipso vno omnia comprehendantur: quemadmodum continens corpus contento maius est, vndique contentum complectens. Verum multo magis in vno sunt omnia, quàm in loco locatum: quoniam vnum non tantum omnia continet, sed etiam conseruat, & sic totum penetrat, vt quauis eius partes, quantumlibet sint exiguæ & viles, complectatur atq. sustentet: qua quidem ratione fit, vt Deus quoque in nobis esse dicatur: non quod nos Dei infinitatem comprehendamus; sed quod immensa eius potentia nos intimè penetret & conseruet. Quamobrem *In*, non solum ad locum, sed etiam ad penetrationis subtilitatem significationis suæ causam refert: Et quia nihil subtilius, quàm ipsum vnum omnia penetrans, meritò & hac ratione *In* ab *En*/ quod vnum est, descendit. Non est itaque leuis aut triuialis causa, ob quam *In* ab *En*/ per attenuationem vocalis, & maiorem subtilitatem formetur; tum quia & omnia in vno sunt infinitis modis minora, & rursus vnum in omnibus sit incomprehensibili subtilitate, minimis minores partes penitus permeando: qua de causa hoc vnum, spiritum, ob subtilitatem, non Christiani tantum, sed Virgilius quoque nominauit:

*Principio cælum, ac terras, campósq; liquentes,
Lucentemq; globum Luna, Titaniæque astra
Spiritus intus alit.*

Quo tamen subtilitatem auget, atque vnius omnia penetrantis seruantisque vim magis explicaret; Mentis nomen adiecit:

Totam-

Totamq̄, infusa per artus

Mens agit molem, & magno se corpore miscet.

Vni itaque, vt omnia intimè alit & conferuat, spiritus nomen dedit: vt verò omnia internè mouet, mentis, qua nihil habemus vel celerius vel subtilius: quorum ad vtrumque significandum vocalis Iota accommodatissima. Bona Pallas, quanta subtilitate primi nomenclatoris ingenium ad intima sapientiæ penetralia peruasit, dum ab *En*/præpositionem *In*, deriuaret! A nostris igitur, apud quos origo inuenitur, præpositio hæc ad Latinos transit: A qua Græci suum quoque *en* fecerunt, deriuationis, quæ apud nos *E* in *I* mutauit, prorsus ignari. Hebræi *in* pro *in* dicunt, quod videtur confusione significationis à nostrati *En* factū, quò Apud notatur: at hoc, vt vt sit, id certè negari nō potest, potiore ratione dici *In* ab *En*/quam *n* ad hanc notationem. Nostras *En*/fit à *Be*/quod est oro; propterea quòd per orationem nos proximè accedamus ad illum quem orare debemus, & idcirco eum rogemus, vt ei insinuemur. Et quia ex hac insinuatione esse nostrum dependet, *Ben* verbum est nobis in eadem significatione, in qua Latinis sum; quod alia dialecto, & alia quoque ratione, *Ben* pronuntiat, ceu *En*—en dicās, id est, apud Vnum. Sed de hoc alibi. Quia vero *I* blandiendi insinuandiq̄ vim habet, non solum *Te* pro ego dicimus, sed *Tu* / pro *Tu*; quod illi qui contemptim quempiam alloquuntur, in *Tu* vertunt, ne blandiri vel se insinuare videantur: quam ruditatem imitati sunt Latini. Græci lenius *tu* & *ou* proferunt. *Tu* igitur dicentes, blandæ vocis vinculo nos ei qui cum loquimur, alligamus, ex natura litteræ *D*, ratione deducta. In plurali numero *Si* dicimus, vbi *G* facit, vt ad insinuationem tendere videamur. Nec citra causam *D* in *G* mutatum; quia nimirum vni facile sit nos blanditiis alligare, sed vt idem apud multos consequamur, optare magis possumus, quàm assequi. Tertiam personam per *I* similiter efferimus, *Di* dicentes: vbi adspiratio docet nos ad insinuandum adspirare. & quia natura nos voluit ad eam ferri vehementius, quàm Deus nobis sociam dedit; in femineo genere *Si* dicimus, sibilo loco simplicis adspirationis accessit, quòd illius, quàm huius, maior impetus sit. Nec ab hac vocali in primæ personæ plurali numero recedimus, dum *Di* dicimus, pro *Nos*: quò denotamus, latissimè insinuationem hanc blandam proferri debere, omniumq̄ nobis amorem conciliandum esse. Iam quia hæc omnium inter nos blanda & amica insinuatio per mutuum amorem latissimè per omnes homines patens nos Deo etiam consecrat, *Di* verbum idem est quod confecro. At de hoc post iterum. Porro sicut ipsum hoc *I* ipsi è blanditur, vt se insinuet; ita *Si* etiam pro verbo vsurpatum, vt idem sit quod *Sum*; blandiri videtur, & se insinuare ipsi illi qui *Se* / id est, dicebat, & dicendo omnia faciebat. Sed hic mysterium sese offert, quod latius alibi explicandum, quò tota creationis via, velut Mercuriali manu, indicatur. A *Si* / infinitus modus *Sin* / pro esse, vocali producta: quæ dum corripitur, *Sin* sensum & intellectum indicat: cuius ratio non est simplex; cum & à *vi* sibili, & voce *in*, *Sin* idem videatur esse; quod vehementi spiritu ad rem introspicendam delatum; & rursus *Si* in significet introspectio. Præterea *Sin* à *Sen* / quod est, mitto, notationis causam ducit; eo quòd nullus sit nuntius subtilior; & altius omnia penetrans, quàm sensus, præsertim interior, & intelligendi facultas. In *Si* / subtiliter pronuntiato, pro *video*, quis non videt quanta subtilitatis ratio habita sit; & quàm sibilus egregiè hic partes suas in significando tueatur. Nullus enim sensus exterior subtilius habet obiectum, & quod citius omnia longissimè penetret. Hinc *Si* pro intelligere vsurpatur: & quia videndi facultate cælum intuemur, atque hinc opificem eius cognoscimus; *Si* per vestigia retro lectum, nos docet, quòd per visum & intelligentiam nostram progredi debeamus, ad ipsum videlicet qui est, quòd nobis *Es* dicitur. Verùm quia in his nullus exitus reperiretur, fatius est hæc arcana in præsens obiter indicata, in aliud tempus deferre: ne in singulis litteris ingentia nobis volumina excrescant. Penetrandi autem vis in *I* notata, in *Pin* vocali longa, quò dolor significatur, luculentum habet exemplum: eo quòd nihil maiore vehementia corpus penetret, quàm dolor. Latini dum pœnam inde faciunt, notationis rationem amittunt. In *Pil* item pro sagitta, quis eandem litteræ potestatem non agnoscit, à qua voce; *Pilum* Romanorum. Infinitus sim, si latitudinem huius litteræ persequi velim; hic tamen, dum infinitum dico, in mentem venit Latinos pessimè fecisse, & omnino contra nominum fabricandorum

In. priuatiua
particula a-
pud Latinos.
On.

artem, dum ex In priuantem compositionis particulam fecerunt: quod illis accidit ex nostro On/è quo perperam In fecerunt, nulla discriminis harum in prima lingua vocalium habita ratione.

O littera sym-
bolica signifi-
catio.
Oot vel
Oit.
Too/vel
Toe.

CETERVM quia iam satis exemplorum allatum, quo doceatur, cuius rei imaginem vocalis Iota exprimat; ad O, quartam vocalem, transitus fiat. Rotundum hæc sonum habet, atque idcirco omnibus iis rebus conuenit, quibus cum rotundo aliqua est affinitas vel cognatio. Hinc oot vel oit idem est quod ab æterno, in quo, perinde atque in rotundo, neque principium est, neque finis. Conuersa vox Too vel Toe duo signat: Aliquando pro Ad præpositione, aliquando pro clauso, ponendum. Pro Ad vsurpatum significationis hanc habet rationem, vt ea audita, moneamur, vltimum finem, qui æternus est & rotundus, perpetuò intuendum, & ad eum omnes actiones nostras & omnia studia esse referenda, quòd Tau vinciat cum æterno. Quare pro clauso ponatur, erit apertum, si sciamus, in O, siue æuo, siue mundi rotunditate, claudi omnia, atque inde Too ad quæuis clausa transire. Hinc Oot vel Ooe pro facio, de priore significato, quo præcipitur, quicquid facimus, eo fieri debere, vt ad æternitatem nobis viam struat, & cum ea nos vinciat. Eadem de causa mors doot dicitur, quia per eam ad æternitatem transeamus. O faustum mortis nomen, & primum pretiosissimæ morti Christi conueniens, quæ sola ad æternam vitam mortales transferre potest. D & T Platoni vincendi rationem habent; quibus duobus vinculis nomenclator in hoc nomine æternitatem conclusit, vt indicaret, æternitatem morti arctissimè esse deuinctam. Vtinam hanc diuinam vocem illi examinarent, quos non pudet profiteri, nullum nobis sensum post mortem esse. Græci θάνατος dicunt, ab Ana/ quod perpetuum circuitum notat, quo ipsum illud significatur, quod ad æternitatem tendit, & eo vsque pertingit, ceu articulo integro dicas, Det-ana-to/ & contracta voce, Thanato. Hebræis מוּרִי mori notat, & cum aliis punctis mortem; quod crediderim factum à Mort/Vau pro Res substituto, vt

Too/vel
Doc.

Ooot.

θανάτo.

March/sine
Marg.
Mort.
Mart.

Ooot.

Om.

Am.
amphi.
Hom.

Mot.
Hom.
Mort.
Mors.
Mart.
Mars.
Mortarium.
Moer.

P'opu.
Romulus vn-
de dicitur.
Ym.

Romus unde
dicitur.

in mo quoque videmus pro March siue Marg medullam significante. Nobis non quæuis mors Mort dicitur, sed violenta; quo fit, vt imperitè Latini & Græci hoc vocabulo vti deprehendantur, etymologia prorsus repugnante, quæ à Mart/ id est, penitus confringit, ducenda. Ooot verò & θάνατος priscam primorum parentum fidem de animorum immortalitate pulcherrimè demonstrant. Eadem ratione Ooot rotundam litteram adsciuit; vt cum rotunditas capitis, tum pium omnium capitis æternitas significaretur. Hinc Ooot apud Ægyptios, præposito articulo, id est, ipsum caput; de quo alibi plura. Ex O rotundum significante, & M rotundum ipsum in se volutum notante, eo quòd clauso mugiat intus ore, vt Terentiani verbis vtat, componitur vocula Om/ quæ circum, vel in circuitu, vertitur Latine: Oam/ id est, circum eo. Om loop/ circularis cursus. Latini in Am mutarunt, quo in compositis solis vtuntur. Græci hinc etiam ἀμφι suum traxerunt, neglecta rotunditatis significatione; quia A rectum potius, & quod è recto fit, quàm rotundum aut circulare signet. Ab hac vocula Om/ Hom fit, quo id notatur, quod cito se circumagere potest; vel de natura litteræ caninæ, quæ validam motionem signat; vel de compositione ex ma & Om/ id est, ex celeritate & facilitate in omnem circum partem; quam qui habet, validus est atque potens; quo fit, vt Hom pro robusto & valido ponatur. Contrarium est Mot/ illud videlicet, quod est ad se in circuitu vndique tuendum imbecille. Ab illo Hom fit, pro iactantia virium & valoris. Ab hoc Mot/ pro violenta eade, occisione & interitu. Vnde Latinis Mors. Hinc Mart pro eo quod est frangere & conterere; à quo Mars, pro Deo belli. Ex eodem fonte Mortarium, quod nobis Mortier dicitur. Hinc Moer pro terra molli & ad gressus sustinendos infirma, qua voce palustria & vliginosa loca intelligimus; qualia qui habitarent Belgæ Morini à Latinis; nobis Moeringen sunt vocati. Quocirca Hom & Mot conuersione sua satis ostendunt, se nostræ linguæ originem debere. Hinc P'opu; hinc Romulus, à Hom & Hul/ quo is significatur, qui potentiam habet populi tuendi; ipsius populi suffragiis & voluntate confirmatam; cui tyrannus opponitur. Hul fit ab Hui-est syncoptòs, quod est idem ac si dicas, nobilitatus; siue euectus ad populi custodiam & tutelam. Fratri ab eodem Hom/ nomen fuit Romus, vt Græci scribunt; sed huius robur ad populum tuendum non fuit admissum. Ex eadem analogia conuersionis in Hom & Mot animaduersa, liquet Hebræos à nobis

suum **סר** & cognata vocabula habere, minimè verò contrà, nos ab illis. Aurum item Latini ab hac voce retinuerunt, quasi antiquum robur diceretur. Quamuis autem **סר** in vsu esse desierit, in compositis tamen & deriuatis significatio eius retinetur, vt in **סרמל** & **סרמלער**. Hinc & **סרומ** constructum, quasi **ser-rom** / quo pulcer & validus notatur; ex qua voce Herodotus **Πύρρομος** fecit, Græcè **καλὸν κ' ἀγαθὸν** interpretatus, in quo pro **ser** **καλὸν**; pro **סר** **ἀγαθὸν** posuit. **ser** enim pulcrum notat, Anglis hætenus notum, à quo **fier** nos retinemus. De hac re alibi satis. A **סר** fit **סרמ** / pro ariete, ob capitis ipsius robur: & nobis **סרממלען** / pro eo quod est vim masculam exercere. Hinc **סרומ** pro lacte è quo caseus & butyrum non sunt expressa; quia nutrimentum fit validissimum. Quamobrem quoque Roma, Cimbricum nomen, habet maximam potentiam, ab ipsis eius primordiis ominatam. Ab **סר** item fit **Vol-omna**, ceu **Vol-om** diceretur, id est, bene rotans, siue rem bene circumuoluens: quæ significatio quid aliud indicat, quàm deam hanc Dei volutatem esse, felici successu hominum actiones voluentem. Sic autem non Voltomnam scribi oportere, ex Volomniorum nomine mihi persuadeo. Fuit huius deæ sanum in Etruria, ad quod duodecim regionis populorù comitia non rarò haberi solent; ea videlicet de causa, vt Dei voluntas omnia voluens, & omne rotans fatum, consilia ad bonù & vtilem Reip. finem deduceret. **Vol** idem est quod bene, à verbo **Vol** / id est, vellem; quia omnis voluntas ad bonum aliquod, siue verum, siue apparens, tendit. Hoc conuerso, & duplici hac in f mutata, fit **Lof** / quasi **loim** / pro laude; quia quidquid bene fit, fit laudandum. Est itaque **Lof** ichnæum vocabulum, ex **Vol** à quo Latini suum **Volo** habet, & Græci **βέλομαι**. A **Lof** fit **Laus**, vt modò dictum. Eadem mutatio w in f est in **Wil** / id est, **Volo**; & **Lif** / quod nunc **Lief** pronunciamus per diphthongum, vt geminam habeat notationis rationem; alteram, quia quidquid volumus, amicum fit; & è conuerso, quidquid amicum, id nobis velimus: alteram, vt officium amici ostendat, ceu **licf** fiat ex **li-hesf** / quod est, molestias & dolores leuare. Amicorum enim index & iudex est aduersitas, non secus atq. Lydius lapis auri. Volomnus itaque & Volomna præsentent prospero rerum successui: cum quibus idem videtur Vortomnus fuisse; de quo satis multa in Propertium sumus commentati. hic satis esto, dixisse, Vortomnum dici à **Wort** / quod est prosperare, siue ad anteriora promouere. **Wort** enim est ante, **Wort** siue **worter** / & **wortet** / vterius: hinc Latinis per metathesim, & mutatione V in P, Pro. Ordo tamen litterarum seruatus est in Porro Latinis & Græcis vsitato. Nos item **Worten** dicimus, pro eo quod est aggredi, & ad anteriora promouere. Hinc **Wort** nobis, & Latinis porta; qua voce monemur, neque domum, neq. ciuitatem egrediendam, nisi eo proposito, vt res nostras promoueamus vrgeamusque. hoc symbolum Messicani pro exordio anni in suis calendariis pinxerunt, valde sanè accommodatè, ad vocis Porta originem. Ab eadem radice **Porto** fit Porto Latinorum; quia quod portatur, insigniter promouetur. Quid V in **Wort** significet, ex Martiano Capella patet; qui ore constricto, & labris prominentibus, V proferendum tradit: ita vt **Wort** motum notet ad anteriora tendentem; cui **W** additum indicat, omnia eò esse promouenda vnde omnibus rebus esse profluit. **W** ex O, quo rotundum & perpetuum; & R, quo fluxus notatur, compositum, illud principium significat à quo omnia procedunt, quodq. ipsum ab æterno processit, & procedet à patre. Hinc **Wort** pro filio etiam ponitur; vt cum dicimus, **Wort sterf sonder Wort** / id est, moriebatur sine prole relicta. Qua, rogo, voce æterni patris filium, ante omne tempus ab æterno genitum, rectius notes, quàm si rotundo sono litteram fluxus indicem addas? Quoniam autem filius hic omnia creat, omnibusque principium essentia dat, factum est, vt **Wort** pro omni exordio ponatur, vt cum dicimus, **Wortspone** & **Wortsaet**; à qua voce Latinorum Orior & Origo. Ex eodem fonte Hebraei **רִישׁ** habent, quo principium & originem designant. **Mac-wort** enim ad verbum est faciendi exordium, à **Mat** / quod est facio; ita vt nihil aliud sit **Mac-wort** quàm origo rerum faciendarum: qua voce cum alia, tum infinitiuum suum nuncuparunt, quod ex eo reliquos modos fieri existimarint; quàm bene, ipsi viderint, cum radices in præterito perfecto indicatiui modi quærunt. Ab eadem voce **Wort** fit, & Ordo, & **Wort** / & **dege**, & cetera inde formata; de quibus antè. Vox versa **Wort** contrarium indicat in **Wort** / quod est corrumper, vel corrumpon; à quo militaris cohors **Wort** vocatur, quia ad destruendum corrumpendumque omnia ferè comparetur. Ab **Wort** originem & æterni patris fi-

Aurum unde dictum.

serom.

ser.

fier.

serant.

serammelen.

sercom.

Volomna

dea.

Vol.

Lof.

Volo.

βέλομαι.

Laus.

Wil.

Lif siue Lief.

Vortomnus.

Wort.

Wort.

Pro.

Porro.

Worten.

Wort.

Porta.

Porto.

W sine Wort.

Wortspone.

Wortsaet.

Orior.

Origo.

Mac-wort.

Wort.

Ordo.

Wort.

dege.

Wort.

lium notante, auditus organum $\Theta\omega\zeta$ vocatur; quia illud in primis audiendū & discendum verbum, quod erat in principio; & quidquid audimus, ad illud principium referendum: hinc illud, *Ipsam audite*. Latini ex $\Theta\omega\zeta$, aurem fecerunt; & ex aure, audio; quasi aurio. Qui igitur aures nostras instruit, & earum vim omnem ad Verbum æterni patris, quo omnia creata sunt, dirigit; is $\Theta\omega\zeta$ fuerit vocatur, à quo Græci Orpheus fecerunt, diphthongo *ve* transposita in *vo*. *Fuecht* autem fit à *Wueg* / quod est compono, ordino, accommo, dispono: sic, *Got salt wuegen* / siue *fuegen* / id est, Deus disponet. Hinc *fuechdom* pro bonis superioris alicuius principis dispositioni obnoxii: è quo Latini *Feudum* fecerunt, mutata diphthongo qua carent, in eam quam habent, solo vocalium ordine mutato. Iperenses hactenus supremum suum magistratum *Fuecht* siue *Woecht* appellant, argumēto & indicio certissimo, hac voce eum notari, penes quem summum ius est, rerum ordine suo disponendarum dirigendarumque. Hinc & illud est, ut tutores quoque pupillorum, & caussarum patroni eadem voce denotentur. Quamuis verò satis clara hæc nominis ratio sit, & facillè potuerit vel *G* vel *Ch* eximi; in eam tamen partem pronior sum, ut Orpheus à *Phue*, quod alij *Woe* dicunt, deriuetur, atque is dicatur hoc nomine qui auribus nutriendis præest. Neq. enim è solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod procedit ex ore Dei. Quoniam verò non alio ad vltimum felicitatis finem dirigimur, quàm Dei verbo, idq. vnicum sit pabulum animorum; voluit architectus linguæ nostræ primus Orpheus, ut *Woege* siue *Wuege* idem esset quod dispono, ordino, dirigo; quasi diceret, *Woe-ge* / id est, alimentum do, siue do ut alaris. Qua de re intelligitur, illam demum veram esse humanæ vitæ dispositionem qua verum animorum pabulum, ipsum videlicet verbum Dei, nos ad vltimum bonorum finem dirigit. Nihil itaque, aut perparum interest, siue à *Phue*, siue à *Phuege* Orphei nomen manasse dicas. Hinc apud Græcos $\rho\omega\mu\eta\nu$, quasi *Phoman* dicas, nō solum ouium pastorem, sed regem etiam Homero significat. Videmus itaque quod supremū aurium officium sit habendum, illud nimirum, ut in primis audiamus verbum Dei, id est, ipsum totius vniuersitatis mundanæ & supermundanæ creatorem, & ad illum semper arrectis auribus tendamus. Hac de causa aures in acumen sursum arrectæ Satyris, Bacchi auditoribus, dantur; quo monemur, in omnibus verbis quæ audimus, ipsam primam omnium rerum causam esse quærendam, eoque sursum aures in acumen erigendas. Aristoteles in iis quæ de sensu & sensato scripsit, auditum magis necessarium ad mentem & intellectum, quàm visum, esse dicit; & plurimum conferre ad prudentiam & sapientiam: quia omnis doctrina verbis & nominibus constet; quæ sunt notionum, quibus res apprehendimus, symbola. Quod si bonus hic magister noster cognouisset aurē ab æterno æterni patris filio, verbo inquam, quo omnia facta sunt, nomen ducere; quantum putamus voluptatis persensisset, quantis laudibus diuinum nomenclatoris ingenium extulisset, quàm auidè sursum ad ens ipsum vnus filium euolasset! Quæ, rogo, satis magna sint præconia huius linguæ, in qua auri, & ipsi Verbo, patris filio, & primæ omnium rerum origini, vbique auribus hauriendæ atque quærendæ, idem nomen datum videmus. Iam igitur tandem omnes Satyri & Sileni aures arrigant, & Orpheum aurium pastorem, moderatorem & directorem auscultent; quò in omnibus nominibus, & fabulis omnibus, semper id quarant quod cum auribus idem nomen habet; per $\Theta\omega\zeta$ / id est, aurem, ipsum $\Theta\omega\zeta$ / id est, omnium causam & exordium intelligentes. Audi, quaeso, in $\Theta\omega\zeta$ æternitatem genituræ filij à patre per *O* & *R* summo artificio ipsis elemētorum sonis depictam; deinde audi & illud, ab hoc æterno principio omnia defluere; quod tremulus vibrantis plectri sonus Platoni indicaret. Perge porrò & illuc, ut humanæ auris non quosuis sonos, sed verba notionum quibus res comprehendimus, tesseras, obiecta propria existimes; atque inde cogites, ipsum $\Theta\omega\zeta$ / id est, primam causam, necessariò verbū ei fuisse iudicatum, qui monuit hæc primū audiendam. Nisi enim verbū esset, quī, rogo, audiretur cum intellectus vtilitate? Viden' ergo quorsum hæc tendat, quæ de cōmuni auris & originis nomenclatura colliguntur: imò potius, audisne eidem origini & verbi nomē propriè conuenire, & eidē etiā conuenire, ut æternus æterni patris filius vocetur? Verbum Cimbris *Woyt* dicitur, à *Woyt* verbo, quod significat *Fio*, vel esse accipio, in medio sui $\Theta\omega\zeta$ comprehendens. quod sic est litteris suis compositū, ut maxima latitudo per duplex Digamma notata Patris personā indicet, $\Theta\omega\zeta$ filij æternam potesta-

*Auris.**Orpheus vn de dictus.**Feudum.**Woecht siue fuecht.**Woege siue Wuege.* $\rho\omega\mu\eta\nu$.*Aurium supremum officium.**Satyris quare aures arrectæ dantur.**Woyt.**Trinitatis mysterium.*

potestatem ad omnia creata maxima vi descendentem, Tau, quæ vltima littera, spiritum sanctum significat omnia amoris glutino deuincientem. Nihil enim fit, ad quod non tres personæ concurrant. Sed hoc mysterium obiter hic tactum suo loco latius explicabimus; si is cuius hypostases attingimus, id fieri permittet. Quemadmodum igitur filius perpetuum esse à perpetuo patre perpetuò accipiens rectè **Θεός** vocatur; ita rursus optimè vocatur **Πατήρ**; quo eadem generationis ratio denotatur clarissimè: quam rerum & vocum congruentem affinitatem frustra in vocibus Græcis & Latinis veneris. Sciuerunt quidem veteres illi Philosophi, magna mysteria in verbis latere, vt ex laudata modò Aristotelis sententia, & Platonis Cratylo quiuis animaduertit; sed quæ lingua hæc verba conseruasset, ignorarunt ad vnum omnes. Primus sanè nostræ linguæ architectus meritò Orpheus dicendus, cum in omnibus aliis, tum in his maximè verbis **Θεός** & **Πατήρ**; quorum hoc ichnæum est, id conuersum indicans, quod ipsi verbo Patris debetur. **Τρόπιον** enim idem est quod fido; vnde liquet omnem hominis fiduciam ad verbum tendere debere: nec fidere solum denotat, sed idem etiam est quod credo; indicans hoc suo gemino significatu, huic soli verbo credendum esse atque fidendum. Quamobrem **Τρόπιον** ex **Πατήρ** conuersum, dum verbum est, in agendi significatu idem est quod fido & credo; at dum nomen est, fiduciam notat & fidem. Sed de hoc alibi. Nunc itaque qui habet aures ad audiendum, audiat, qua voce Verbum Cimbris vocetur; quod vbi intellexerit, mox nouerit summum Christianæ religionis mysterium eo signari, & tam copiosè, tam variè, tam dilucidè signari; vt nihil queat humana mens cogitare præstantius, nihil sublimius, nihil ad salutem magis necessarium. **Πατήρ** enim primum conuenit ipsi filio, quia is æterna generatione esse à patre accipit. Quemadmodum autem filius ex patris abyssò omnia creat, & reapse ostendit, quantum in eius tenebris delitescat diuitiarum: ita sermo noster mentis nostræ secreta depromit, atque idcirco **Πατήρ** verbum etiam nostrum significat. Cum enim nomenclator eadem voce in diuinis & humanis vtitur; tum eam sic facit, vt priore atque potiore iure conueniat diuinis, quàm humanis; quo suo artificio descensum idearum ab archetypo imitatur. Eodem modo eademque ratione, eadem vox conuersa, prius filio æterni patris attributa est; quàm ei quod in nobis ita nominatur. Filius enim sic omnem in se continet veritatem, vt seipse Veritatem appellet; quoniam ab eo omnis rerum veritas dependet atque continetur. Quid enim aliud est Veritas, quàm prima causa, omne rerum esse, omnemque earum essentiam custodiens? quam definitionem linguæ nostræ faber indicauit, dum eadem voce **Ματρί**; verum, & custodio, notauit; quasi diceret, Ipsum verum omnia custodire atque conseruare. Sed de **Τρόπιον** alibi quoque dicendum, nec id vno loco. Deus itaque, iuxta hanc exquisitam vocum inuestigationem, **Τρόπιον** dicitur; quia omnem rerum veritatem continet: & is qui ei credit, **Τρόπιον** item vocabitur; eo quòd ipsum verum omnia in suo quodq. esse custodiat, nec fallere vllò modo possit. Ichnæa ergo conuersio docet, soli verbo quod **Πατήρ** dicitur, credendum fidendumque esse. Iam **Τρόπιον** etiam idem notat quod matrimonio iungo; de qua notione illud intelligitur, Deum filium humanum genus sibi, tamquam sponsam suam, coniugare. Sed de hac re aliàs. **Θεός** itaque & **Πατήρ** filio eadem ratione tribuuntur, quia scilicet ab æterno gignatur: quod nos licet vtraque voce æquè intelligamus; alia tamen in hac, alia in illa mysteria panduntur. & in hac quidem illud in primis admirandum, tam diuinum fuisse nomenclatorem, vt ad aurem denotandam ea voce vteretur, qua moneremur, quòd omnis auditio tendere debeat; perinde atque dixisset, non est auris officio suo functa, nisi suum audiat creatorem. Audio porrò **Πατήρ** dicitur, adscita adspiratione; quæ monet itidem, aurem in audiendo sursum, ad ipsam omnium rerum originem, & æterni patris filium, arrigendam. Verùm cum latissimè per sacras litteras huius symboli vtilitas sese distendat, & iis perpetuò ad audiendum Dominum moneamur & incitemur; non est quo diutius Orpheus esse pergam in auris nomine explicando. Discant nunc saltem hic Græci, discant Latini, quis Orpheus sit, & quorsum omnis fabularum contextus, huic auctori tributarum, contendat; quamque longè frequenter cum poëtæ, tum eorum interpretes, à veritate aberrarint. Nec me posthac vel rideant, vel explodant; dum in Ogeniis figmentis enucleandis, ad Christum Dei filium quàm plurima referri, & totam ferè religionem iis contineri, demonstro: quod si vmquam aliàs, nunc

Trotu.

Matr.

Pater.

certè maximam habet vtilitatem ad Christianæ fidei antiquitatem arguendam; eo quòd in tanta hæreseôn varietate & peruicacia, in tam densis offensionum periculosissimarum salebris, in tam crassa mentium humanarum caligine, quæ totæ carnis tenebris sunt sepultæ, in tam gelido pietatis & amoris frigore, verendum sit, ne multi; religione vera deserta, solis externis ritibus Christianos se præstent; ne illud quidem facturi, nisi fîscum, falces, secures, ignes, & si quid grauius, timerent. Vides itaque, quisquis es, quàm conueniens nomen supremo Theologorum datum sit, vt aurium nimirum pastor, gubernator moderatòrue dicatur. Si enim aliarum in communi hominum conuictu rerum, quo iusto ordine disponantur, præfectos esse decet: quanto magis opus erit magistro, ad eum sensum gubernandum, qui ad disciplinas capiendas, Peripateticis, ad ipsam primam omnium causam, in omnibus verbis audiendam, Cimbrico, quisquis is fuerit, nomenclatori comparatus videtur? Sicut iter ignotum ingressuro opus est vel manu Mercuriali, vel duce; sicut naui per immensa Oceani spatia ventis vela daturæ opus est perito gubernatore: ita & in hoc immani verborum abyfso, & latissimè patente disciplinarum orbe, oportet insignem habere itineris præmonstratorem, cuius ductu, non secus ad ipsam omnium rerum originem, quàm Magnetis tractu ferrum ad Septentrionem, dirigamur. Et quia nullus in vita mortalium error periculosior est atque capitalior, quàm à vero scopo in disciplinis diuagari: prudētissimè nomenclator sic aurè, sic auris moderatòrue vocauit, vt ipso nominu monitu quiuis intelligeret, in omni verbo audiendo ad ipsam primam omnium rerum causam mentem subuolare debere; vt nimirum illic pabulum sibi proprium carpat. Eò enim omnis directio & moderatio aurium spectat, vt alimentum verum & solidum animo subministrant: vt etymologia ipsius *ἄρρηγε* quo dispono denotatur, clarissimè demonstrat. Iam verò quo aures sursum ad cibum suum erigendas esse, magis etiam & luculentius doceret; dum ipsum Audio voce Cimbrica *ἄρρη* exprimit, adspirationem adiicit, ad aurem eleuandam. Totus itaque, quàm latè patet, quoquo versus se extendit, quicquid ambitu suo completitur disciplinarum orbis; feudum est, vt sic loquar, & pabulum ipsius Orphei; nec quisquam citra huius dispositionem in illius possessionem est admittendus. Neque est stolidè cum vulgo credendum, vnum aliquem Orpheum fuisse, certo tantum seculo & ætati concessum. Tot fuere Orphei, & tot hætenus sunt, quot aurium formandarum euehendarumq. ad proprium nutrimentu, quod primum & summum rerum est exordium, reperiuntur magistri. Quemadmodum autem Ægyptij, teste Iamblichò, quicquid de rebus diuinis vel scriberetur, vel in sermone hominum esset, Mercurio tertio maximo adscripserunt: ita Thraces & eos imitati, primi Græcorum Poëtæ fabulas sacrarum diuinarumque rerum laruas Orpheo tribuerunt; quamuis, si quisquam primus fit inter mortales querendus Orpheus, is ante diluuium Adam fuerit, & post diluuium Nochus; quibus omnia omnium sacrorum, omnium disciplinarum meliorum principia debemus; & post hos, Christus ipse verissimus Orpheus, & is solus, ad quem omnia Orphica referuntur. Eiusmodi virum Aristoteles in Politicis sibi finxit; eiusmodi aliquem fuisse, tradit non vno loco Socrates, quem vult non ab alio quopiam priore homine, sed ab ipso Deo omnem doctrinam de diuinis rebus accepisse; qua confessione, mundi exordium statuisse, vt antè dixi, conuincuntur. Quæ autem Orphei nomine citantur, ea diuersorum fuisse auctorum, in Suida licet videre; quòd hic prolixius docere non est propositi nostri, cui sufficit, si intelligatur, Orpheum, aurium ad primam causam & Verbum ipsum, à quo mentes esse suum accipiunt & pabulum, dirigendarum, de nomine suo ius habere. Ceterum sat modò explicata est ea ratio, atque subducta; ad quam nomina prima ex O formata, sint ad rerum notiones exigenda & accommodanda.

Orpheus ante diluuium Adam, post diluuium Nochus, & post hos Christus ipse fuit.

V littera symbolica significatio.

RESTAT, vt de V quoque vsu in vocabulorum compositione dicamus; & id quidem promiscuè, siue vocalis sit, siue consonans, siue simplex, siue geminata, siue longa, siue breuis, siue etiam suo proprio, siue Græcæ diphthongi sono proferatur. Vt enim sciam, hæc discrimina nõ paruam cum ad huius, tum ad aliarum vocalium vtendarum modum adferre diuersitatem; nolo tamen tam curiosus hinc esse, vt hanc mihi putem persequendam infinitatem, in qua & ingens labor res minutas vel nulla, vel exigua & contemnenda vtilitate persequeretur, & tædio lectores enecaret. Non arduum fuerit

ex iis quæ ad typum primum conferemus, de reliquorum moneta similiter existimare, & censuram ferre: quam admonitionem licet non addidissimus, succurrere tamen cuius ex iis quæ prius dicta sunt, debuisset. Sonum igitur quintæ vocalis ex O incipere, & ex eius compressione labra ad anteriora porrecta diducere, modò declaratum. Hac igitur è rotundo labiorum diductione, & ad anteriora porrectione, latitudo, & longitudo, & consequenter duratio exprimi videtur: propterea quòd eiusmodi figura angulus fit exterius nullo sine conclusus. Solum itaq. V pronuntiatum, quod quia longum est, duplici ferè scribimus figura, vt sit *u*, datiuus est, & accusatiuus, & ablatiuus pronomi- nis secundæ personæ, vt, *Ick geef u / ick leer u / ick leer van u / id est, do tibi vel vobis, doceo te vel vos, doceor abs te vel à vobis.* Est tamen propriè pluralis numeri, modestiæ, vel potius adulationis cœdæ causa, ad singularem translatum. Significanter sanè hic sonus à nobis ad secundum exterius transit, apertiore via, quàm vt sit prolixius ostē- denda. Eandem vim habet V consonans in *Dan*. Cùm enim *An* Ad significet inter ce- tera, cui in hac notione ichnæum est, non contrarium, ipsum *Da*, pro eo quod est pro- pinquum, *Dan* remouendi habet notationem non aliunde, quàm ex natura litteræ V consonantis. quod exemplis declarare vbique in omni sermone obuiis, nihil aliud sit, quàm operam perdere. Illud interim non indignum admonitu, ex *Dan* elongante per conuersionem fieri *Nau*/quo id significatur quod proximè accedit & stringit. Hinc *Nauo* Latinorum, pro eo quod est rei cuiusdam ita instare, vt videaris vrgere & con- stringere. A *Dan* fit *wan*/quo significatur instrumentum quo omnia superflua, paleæ præsertim & acus, à frumento procul euentilantur: qua de voce Latini *Vanni* nomen habent. Duplicamus nos consonantem, quo frequentia repulsionis indicaretur; quam notationis vim Latini, quòd hoc elemento carerent, exprimere nequiverunt. Ex hac vocis ratione *Vanni* Bacchiæ symbolum facile redditur explicatu; quo *Sileni*, *Satyri*, *Mænades*, *Mimallones*, *Tityri*, & totus reliquus *Dionysij* comitatus monebatur, vt in omni vita, in omni actione, in omni studio, in omnibus cætimoniis & ritibus diligentis- simè inutilia, & nihil ad Bacchum facientia, à veris fructibus secernerent, & procul se- gregarent: cuius in sacris tanto maior ratio habenda, vt nisi ritus externos diligenter excutias & euentiles; numquam sis ad veros solidæ religionis fructus peruenturus. Iam quòd in sacris suis præeundo hac tessera commonstrant sacerdotes, ad omnes actionum studiorumque rationes pertrahendum, longèque semper eliminandæ & proiciendæ inanes paleæ & glumæ, quòd sinceris purisque tum sacrorum, tum totius vitæ fructibus gaudeamus atque bacchemur. Hæc potius mystica *vannus* *Pierio*, quàm grauis attrita dependens cantharus ansa, fuisse explicanda. Sed sobrius, ne dicam ieiunus, Hierogly- phicorum interpres hos delicatos *vanni* fructus necdum degustauerat; tametsi à *Man- tuano* poëta ad puras has dapes fuisse inuitatus. *Varro* ineptus, qui *Vannum*, quasi vallum, à volatu aceris, dici existimat: quandoquidem clarissima ratio docet, à fecer- nendis remouendisque superfluis & inanibus, & nomē & symboli locum datum fuisse. Ne tamen in *Vanno* *vanni* monitionem negligamus, relictis que de Romanorum anti- quitatum monumentis huc adferre possimus, aliis operam nostram nauemus; & eos sanè rideamus qui hoc verbum *Nauo* à nauibus deducunt. *Nau* enim ab adstringendi

Da / pronome
secunda per-
sonæ.

Da

Da / pronome
Da / pronome
Da / pronome
Da / pronome

Da / pronome
Da / pronome
Da / pronome

Vannus vnde
dicitur.

Vannus Bac-
chicæ.

Nauo.

Nauis.

Nauis.

Nauis.

angustam

angustam præbeat habitationem, utpote tota aquis cincta; tum hoc præterea proprium sibi & peculiare habet, ut angustias animi maximas & frequentissimas mortalibus adferat; vectoribus quidem & nautis, ne pereant; mercatoribus verò, ne mercium iacturam faciant, meruentibus: quibus si principum & ciuitatum timores addas quibus tenentur, cum classes mari, & ventis, & dubiis præceliorum casibus commiserunt, egregia accessione, caussarum ob quas à Nau fit *ναῦς* & Nauis, momenta auxeris; eo quòd hæc omnia exigua hac vocula Nau significantissimè explicentur. Hinc deinde fit *ναῦλον*, & Latinis Naulum, pro vecturæ naualis pretio; quod qui negabit à Nau-*ισον* nostri vocem, quæ nauis merces signatur, deduci; ei nescio quid possit probari. Quamuis igitur hoc tempore Nau pro Naue vix sit in vsu; licet tamen de postulatu meo vocem hanc postliminij iure in ciuitatem Cimbricam reuocare; & videatur alioqui *Ναχ* à Nau derivari, quæ vox ad Rhenum est vsitatissima. Nobis nunc vocabulum *Σειπ* pro eo est in vsu, à *σειπεν* / quod est formare; & alia notione, aquam vel alium liquorem capere siue haurire: cum propterea quòd nullæ machinæ ab hominibus, quàm naues sint, maiores fiant; tum quòd ipse omnium creator, quem *Σειπτερ* vocamus, primus fuerit nauis architectus, dum Nocho arcam compingendam præciperet, omnem eius mensuram delineando & præscribendo. *Σειπεν* enim est create & formare de rudi materia: quod ut primum Deo conuenit, ita per excellentiam nauis fabricationi accommodatur; idque eo maximè, ut semper recordemur, quis primus fuerit nauis inuentor. Ex *Σειπ* & *Σειπτερ* perpetuò in mentem veniat totius machinæ mundanæ creator; & eius singulare beneficium in Naue maxima Nocho præmonstranda, toties animo reuoluatur, quoties *Σειπ* nostras nauis nomen audimus. Numquam dormit, numquam cespitat nomenclator: nos item aures habeamus ab Orpheo ad originem sursum in acumen erectas, ne surdi tanta verborum mysteria, velut Sirenium scopulos, præternauigemus. A *σειπ* & *σειπεν* Græci *σείπρος* retinent, Hebræi à *שׂוּפְרַת* fecerunt, contrario ordine litterarum, & postrema redundante; nisi nauis vocem è *Σειπ* & *Ναχ* coaluisse velis. Videmus itaque quanta ratione *Σειπ* potius quàm Nau placeat, quæ tanta est, quanti refert semper homines & creatoris, & eius beneficiorum singularium memores esse. Fortassis itaque Nochus vocem *σειπ* primus & fecit, & caris suis Ianigenis dedit vtendam; quo perpetuò creatoris & cataclysmi recordarentur. Adde, si placet, quòd nusquam magis memores simus creatoris, quàm vbi in assiduis periculis & dubia salutis spe versamur; ut vel hac de sola caussa *σειπ* à *σειπεν* dici mereatur; quia videlicet in naue non alius aut securitatis, aut salutis certus auctor esse possit, quàm is qui ut omnia elementa creauit, ita perpetuo suo nutu & ventos & maria gubernat. Audin' ut ne in ipsa quidem nautea nobis desit, quò ad opificem nostrum inuocandum excitemur? Audin' quibus de caussis alia vocabula aliis potiora credantur, & alia in desuetudinem abeant & obsolescant, alia vel de nouo fiant, vel ex antiqua consuetudine in sermonis præsentis partes vocentur? Satis iam nauigatum; posteaquam è sentina rerum infima secundus nos ventus tulit ad opificem & architectum non primæ modò nauis, sed omnium eorum quæ de infinito patris abyssu, infinita Verbi sapientia sunt producta. At at, nec dum satis nauigatum. sentio me nouo numine ad intima Idis adyta rapi. Cuius Idis, rogas? Eius, inquam, quæ de se dicit; Plutarcho ex eius in Ægypto templi pavimento referente, Ego sum, quidquid fuit, est, & erit; nec meum peplum quisquã mortalium retexit. Quæ ergo alia hæc est Idis, quàm verbum Dei, ea ratione consideratum qua Deus de Deo, verum vnum de vero vno, verum ens de vero ente; quod quid aliud est, quàm opificis sapientia, per quam ex patre omnia creantur, quæ præter cetera quamplurima nomina; propter quæ Myrionyma quoque vocatur, hoc etiam nomen habet, quo geminum Est in Cimbrica lingua continetur; cum Idis idem sit quòd Est Est. Quòd Sum verbum Deo conueniat; ipsemet Mose declarauit: quod si geminetur, non aliud significatur, quàm verus Deus de vero Deo: ita ut *Es-is* / siue Est Est, dicatur de Dei verbo, cuius potentia sapientiaque omne esse ex patre accipiunt omnia creata: cuius sapientiæ peplum nemo reuelauit, quia caput ipsius obscuro, caliginosoque, & inuiso mortalibus abyssu occultatur. Huius quidem numen vnicum est, & apud omnes orbis incolas in summa veneratione, sed, ut Appuleius inquit, multiformi specie, ritu vario, nomine multiiugo. Hanc infinitis modis subiugenti nominum diuersitate latitan-

tem,

fem, Salomon Sapientiam vocavit: D. Paullus luce clarius sententiam dicens, Christum Dei virtutem & sapientiam pronunciauit. Audiamus igitur ipsam Sapientiam de se inter alia & hæc loquentem. Quid ni illam arrectis auribus audiamus, quam ut auribus hauriamus, aures nobis datas esse, linguæ nostræ princeps declarauit. Audiamus utique ipsam Salomonis ore se prædicantem, ut tandem videamus quæ sit Isis Ægyptiorum. *Meum, inquit, est consilium & equitas, mea est prudentia, mea & fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilant ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbae, & iustitia.* Et mox paucis encomiis interiectis: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, necdum fontes aquarum eruperant: Necdum montes graui mole constiterant, ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terra. Quando preparabat calos aëtheram, quando certa lege & gyro vallabat abyssos.* Hæc & plura alia eodem spectantia Salomonis ore de se Sapientia decantat, quæ declarant, omnia à patre per sapientiam creata, & certa lege disposita esse. Vnde colligas necessaria conclusione, hanc eandem cum filio esse, quem patris virtutem & sapientiam vocat D. Paullus, plenum gratiæ diuinæ dolium. Geminatus certè in nomine *Is-is* essentiæ actus, secundam personam siue hypostasim indicat, cui totum mundi visibilis & inuisibilis opificium debetur, quod Isis sibi in suo pavimento adscribit. Nunc igitur ad nauem Isidi ab antiquissimis dedicatam. Tacitus apud Sueuos Isin cultam fuisse scribit, cuius simulacrum fuerit in modum Liburnæ conformatum; qua de figura sic ratiocinatur, ut religionem aliunde inuectam putet. Lucianus item de nauigij forma colligit, numen eius nauigationi præfuisse. Appuleius Cymbium eam læua tenuisse scribit, liburnicæ nimirum sub poculo effigiem. Nobis de nomine nauis & creationis communi perspicuum est, ut quod maximè, liburnicam hanc siue cymbam nihil aliud denotasse, quam sub nomine Isidis sapientiam & virtutem opificis, qua omnia creauit & creat, principio adoratam fuisse. Nam *stey* idem est quod *creo*; & ut nomen vsurpatum, nauis habet notationem. Hinc nobis *steyper* creator: qua de voce in Hieroglyphicis latius. Bene itaque Isidem reginam cæli vocauit Appuleius, non ille quidem ea quam declaro, ratione ductus, cum nihil minus cogitarit; sed tamen id honoris de vetustis ritibus mutuatus, sic locutus est, ut quadam tenus, quid diceret, intelligere videretur. Quare porro *Stey* pro *Creo* ponatur, quamuis post iterum sit dicendum, hic tamen tribus verbis aperiam. *Stey* idem est quod ex vase aliquo maiore haurio, vase quoque minore, ut trulla, vel nasiterna, vel cyathis, vel etiam caua manus vola, Diogenis scutella. Quia igitur filius ex infinito patris vase hunc mundum, & quidquid in eo est, hausit; dictus est *steyper*; voce sibi cum haustore & nauta communi. Ex eadem littera, & *Hat* vocula, fit *Dat*; quod idem est ac si dicas, claudendo interius, & aperiendo exterius teneo: siue, latitudine mea comprehendo, & interiore clausula, quæ compressione soni prioris in *V* notatur, seruo. & id quidem tum, cum verbi locum fortitur: at si nomen sit substantiuum, ut Grammaticorum more loquamur, ipsum illud significat, quod continet; qua de voce Latini *Vas* fecerunt, pro *Tau Sigma* substituto. Est autem *Dat* in hac compositione, præteritum imperfectum tertiæ personæ; à quo tempore & persona noster sermo lubenter nomina format, quò tempus præsens, præteritum, & futurum vna voce complectatur; quod imperfecto præterito peculiare esse, rectè consideranti perspicuum est. Qui enim tabulæ suæ adscribere solet, *Pingebat*; significabat se necdum opus absoluisse, sed adhuc in pingendo esse, necnon futuro labori aliquid restare. Ad naturam igitur rei, & indolem, & ipsam quoque essentiam exprimendam, non aliunde rectius nomina deduci possent; quamquam id non semper obseruetur. In *hau-vast* enim, quo firmum vinculum ad continendum significatur, præsens tempus in compositionem venit, in quo *hau* & *haut* pro teneo & tenet, dicuntur.

Dat porro ut verbum vsurpatum, pro seruo atque contineo conuertitur, ut significet notionem quandam, latitudini quodam modo contrariam. *Tau* enim idem est quod premendo constringendoque quicquam in se contrahere; quòd nostrates intelli-

gunt co-

Sapientiam
Isidem deam
vocat Salomon.

Sapientia &
virtus Dei
patris, Deus
filius.
Isidæ nauis
dedicata ab
antiquis.

Stey.
Steyper.

Dat.

Vas, vasis.
Dat præteri-
tum imperfe-
ctum tertiæ
personæ.

Hau.

Tau variè
significat.

*Teertauwers.
Taurus mons
unde dicitur.*

Getau.

Tau Gallicum.

*Cruce, mortis
Christi instrumentum,
multis rationibus
Tau vocatur.*

Au.

gunt coriarum, dum se *teertauwers* vocant. Hinc *Tau-rui* unde Taurus mons, idem est quod riuos facio, constringendo nimirum frigore suo halitus cavitatibus suis comprehensos. Est tamen illud ex cognatione ipsius verbi *Dat* sumptum; quod nihil queat ad hunc modum preparari, nisi sit arcte firmiterque comprehensum. Ex *Dat* præterea, ut verbum est, teneo comprehendere notans, per conuersionem fit *Tau* pro eo quo aliquid tenetur & alligatur; in quo, ut in plurimis rationum est copia, alia adhuc & alia significandi causa reperitur; quia *Tau* includere videatur *Te-hau* id est, ad tenendum & conseruandum: cuius compositionis significatio tam late patet, quam multi modi sunt vel tenendi vel conseruandi. Hinc pro fune nautico ponitur, quo naues retinentur, ne fluctibus abripiantur; iam & pro aliis vinculis, quibus quicquam alligatur: Tandem generatim pro omni instrumento *Tau* siue *getau* prosthesis syllabica usurpatur, quo monemur, semper instrumentum manibus tenendum, ne cogamur otiosi desiderare. Quod si nunc in huius artificij onomastici contemplatione ad illud ulterius pergamus, ut peruestigemus, quidnam illud sit quod hanc nomenclaturam præ ceteris omnibus maxima excellentissimæque ratione meretur, vereor ne tandem ad *Tau* Gallicum veniamus. Sit sanè ita, veniamus; quantumuis prima fronte videatur abominandum. Sed quid dices, est *Tau* Gallicum? Ipsissima nempe crux; ita à Cimmericis, quorum Galli, teste Iosepho, proles, nec parua nec vna de causa nominata. Est enim instrumentum instrumentorum quo illud opus peractum est, quo nullum vel admirabilius, vel maius, vel felicius ab homine peractum est, ipsa videlicet collapsi hominis in mortis tenebras, ad perpetuam vitæ æternæ lucem restitutio. Num potest quicquam cogitari aut maius, aut præstantius, aut beatius, hoc tam insigni & vnico omnium seculorum opere? Quod si nihil excellentius: quid ni & ipsa crux, per quam hoc opus Christus peregit, ut verus Hercules per veram clauam, vocetur instrumentum; quando omnibus cæteris instrumentis præstantius, & nomine communi dignius sit censendum, quod opus omnium perfectissimum absoluit. Atque hæc vna sit ratio. Accedit altera. Crux, non solum quia instrumentum omnium optimum sit; sed quod etiam ad conseruandum ab omni malo destinetur, nomen *Tau* meretur; quod *Te-hau* interpretamur. Cum enim quempiam saluum significare volumus, dicimus, *hi is behauwen*. Quoniam itaque cruce, tamquam mortis Christi instrumento, seruati saluatique sumus; optima ratione Crux *Tau* vocatur. Deinde *Te-au* id est, ad vetus, *Tau* interpretari licet: quod duplici rursus dicitur ratione; altera, quod per crucem prisco statui restitui, Christi morte à morte redempti, cui nos peccato nostro obstrinxeramus; altera, quod sic in integrum restituti ad ipsum *Au* id est, ad ipsum antiquum tendamus. Quis verò inter omnia antiquus optimè dicitur? Pater haud dubiè, ad quem nos Christus morte sua per crucem illata reducit. Iam porrò cruce sua nos Christus, tamquam fune, siue retinaculo potentissimo, patri suo alligauit: qua de causa Crux elegantissimè *Tau* dicitur. Quid quod à premendo constringendoque crebra manuum iniectione, ut coria preparantur, *Tau* etiam dici hoc instrumentum queat: quoniam corium adflixit corporis omnium nobilissimi. Postrema sit communis, & in vulgus nota ratio: *Tau* crucem dici, quod homines in ea non dolore tantum immani premerentur; sed quod ita etiam tenerentur, ut nullo modo solui ab ea ante soleant, quam morerentur. quæ significatio per conuersionem innotescit. Conuersa porrò vox *Dat* ichnæam habet demonstrationem, eamque geminam: vnam, ut *Dat* sit imperantis, pro Arripe; qua intellectum ratione, omnes hortatur, ut crucem arripiant, eaque se seruent, quod *Te-hau* siue *Tau* notat; atque illa, tamquam fune firmissimo sese in salutis portu retineant atque figant. Alteram, ut *Dat* sit tertiæ personæ indicatiui modi, pro comprehendit; qua via intelligemus crucem captu suo omnia comprehendere, atque id non aliò, quam ut omnia salua reddat; & Patri suo, qui *Au* supra omnia dicendus, ceu anchoratio fune, deuinciat & adstringat. Nolo hoc loco linguæ artificium, & arcana sacra laudibus meis euehere: quæ ne diuinam eorum maiestatem depressa orationis meæ humilitate contaminasse potius videar, quam pro eo ac merentur extulisse; quod nulla vis ingenij comprehendere, nulla orationis sublimitas possit, tantum abest ut me vel parem huic oneri existimem, vel sperem vnumquam me parem futurum; breuitatem consuetam retinebo. Hoc saltem mihi Dei gratia præstitit, ut altius paullo mihi ad huius contemplationis

tionis culmen videar adscendisse, & plus mysteriorum è tenebris, quibus hæcenus fuerunt sepulta, eruisse; quàm quisquam vniquam mortalium, non dico fecerit, sed attentarit. Nihil tamen mihi inde gloriæ, nihil laudis debetur; sed illi spiritui, qui mihi hæc aliaque id genus singulari suo dono suggerere dignatur; quem oro, vt mihi tantisper vitam proroget atque gratiam, dum ea quæ inspirauit, aliqua saltem tenus, ad communem hominum vtilitatem scriptis mandare possim. In Hieroglyphicis de pictura **Tau** plura erunt in medium adferenda, vbi Crucis quoque nomen ad etymologiam vt apertissimam, ita stupendam, si is qui in ea pependit, concesserit, vocabo; in qua omnium rituum, omnium carimoniarum, omnium denique sacrorum vltimus finis, atque summa perfectio cernetur. Vidimus modò, quàm admirabile nomen sit **Dat** & **Tau** eius retrogradus sonus: in quo plus adhuc miraculorum latet, quàm breuitas huius libri ferre posset; quæ tum luci suæ priscæ reddemus, dum in nomine trilittero de Patre tractabimus. Hic obiter id sit admonitum, à **Dat** substantiuo nomine fieri **Dater** pro eo qui in vas indit; à quo genitor **Dater** vocatur, quia semen excellentissimum in præstantissimum vas coniiciat. Hinc Latinorum & Græcorum **Pater**; vox alibi frustra originem quæsitura. A **Dat** verbo, fit **vater** pro eo qui comprehendit; de quo in eo quem promitto, libro. Ab hoc **Deter** pro catena cum generatim, tum primum pro illa qua pater supremus omnia tenet. Arrigite hic aures, ó panisci, & à **Dat** & **Tau** ad patrem adscendite, vt eius sapientiæ peplum exterius videatis, & extremas contingatis fimbrias.

Ad alia. **Dat** Latini in **Quod** & **Quid** verterunt; quo interrogamus. Sicut ex **Wic** **Quis** vel **Qui** fecerunt. Latissimè enim patet interrogatio, eoque meritò duplici diducta signanda. Nec aqua se nec ventus angustis spatiis cohibet. Hinc **wai** pro ventum efflo dicitur, & **wa** olim pro humecto; vnde **wat** humidum, & **wet** facillè cedens & imbecille, & **was** lauo. Nunc **water** dicimus, quod sonat humectatorem; & **waden** pro eo quod est in aqua versari; vnde **Vadari** Latinorum, & **Vadum**. Mutato **W** in **B** fit **Baden** & **baten**; à **waben** & **waten** pro Balneis; vnde **Baia** Cimmericorum inter **Cumas** & **Puteolos**; & hæcenus **Baden** cum limitanea præfectura ad **Rhenum**. **Wa** itaque, quasi latè & longè procedo; quod optimè conuenit humido. Quòd si **Iota** tenuis & subtilis littera suauem suum sonum addat, fit **wai**, quod significat ventum efflo; ab **W** quo spiritus notatur, quasi processum subtilem dicas: vnde **αἰολος**, id est, spirituum antrum. **Went** idem est quod **Verto**; hinc **went** vel **wijnt**; è quo Latini ventum habent, sic à vertendo dictum, cum quòd ipse crebro se, tum quòd alia etiam vertat. **Quid** multis? **V** littera semper latitudinem aliquam & diductionem notat, atque aded hinc latè longèque patens **wijt** vocamus; & **wit** breui vocali, album, quod visum dilatat; à quo **Vidua** albis induta, & in alborum numerum relato nupra. Hinc **Video** quoque, quod nullus sensus longiùs latiùsque sese extendat; à quo digamma Græci in **ειδω** & inde deriuatis ademerunt. Ab eodem **vito**, quòd eum quem vitamus, longè latèque abesse velimus. Sic **wackel** dicimus, pro eo quod est huc illuc inclinare lato & inconstanti gressu: à quo Latinis **Vacillo**. At **wat** vocali longa, idem est quod **vigilo**; quia vigilans latè omnia sensibus capit & peragrat: quod Latinis dedit **Vaco**, pro diligenter inuigilare. **Vacuum** item à **wat** a breui, quia facillè cuius cedit, vt fit in loco vacuo, in quo aër est subitò cedens, & latitudinem præbens; è quo intelligitur, locum non esse vacuum, sed corpus imbecille in eo esse cuius latitudinem præbiturum. **Wag** sursum deorsum inconstanter moueor; hinc **wag** pro libra, & pro curru longo quatuor rotarum; **wagen** ab incerto & tremulo motu. Ab eodem motu fluctus se sursum deorsum librantés **wagen** nobis dicuntur: inde **Vagus** & **Vagari**. **Walt** vis est & potestas, eo quòd **wphalt** id est, longè latèque teneat & seruet; vnde **Valeo**. Hinc & **walt** & **saltus**, quorum hoc duplex **w** omisit, & adsumptit sibilum ex aspiratione **wihalt**. **Wlog** volabat, à **wli-hog**, id est, altè effugio, siue fugio in altum; Latini transmutarunt in **volo**. Hinc **Wlo** pro pulice, quia nihil celerius ad effugiendum; quod nomen Latini in **Pulex** mutarunt. **War** a breui est intricare, quod longè latèque impediatur; inde **Varus** apud Latinos is dicitur, qui crura sic interius torta habet, vt gressum intricare videatur: Hinc fortè **Varronum** nomen. Sin **war** a longo pronuntietur, signat diuturnam moram essentia; & pro verbo vsurpatum, est custodio, & tueor; pro nomine, idem quod **verum**; quoniam veritas omnia in suo esse custodiat, iuxta illud **Dauidici** carminis: **Domine Deus virtutum, quis si-**

Water.

Pater.

Deter.

Wat.

Quod.

Quid.

Wic.

Quis vel Qui

Wai. Wa.

Wac.

Wec.

Was.

Water.

Waden.

Vadari.

Vadum.

Baden/

Baten.

Baie Cim-

mericorum vn-

de dicta.

W.

aiolos.

Went.

Wint.

Ventus.

V littera sem-

per latitudi-

nem aliquam

et diductione

notat.

Wgt.

Wit.

Vidua.

Video.

iidw.

Vito.

Wackel.

Vacillo.

Wac.

Vaco.

Vacuus, a. ñ.

Wag.

Wagen.

Vagus, Vago

Walt.

Valeo.

Saltus.

Volo, as, are.

Wlo.

Pulex.

War / varia

significat.

Varus. Varro

milis tibi? Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Nónne hic veritas loco custodiae ponitur? Cedo, qualem hunc putas fuisse, qui veritati, à custodia essentiae suae, melius ipsius esse, quod essentiae est officium, & actus nomen consecrauit? Num Barbarum? Non moror quid respondeas. Ipsa se veritas cōtra vitiligatores linguæ nostrae tuetur. Scuto circumdabit origines nostras ipsa veritas, vt ad alium Dauidis versum alludam. Magna vis est in hac nominis significatione. Cū *war* audio, vt intelligo verum omnium habere custodiam, ita moneor vt & ipse veritatem custodiam: qui loquendi modus Hebraeis frequens est; non ille quidem de Hebraico vocabulo, sed de fonte linguarum & veritatis acceptus. Habemus aliud quoque nomen, *wis*/ quod veritatem cuiuspiam rei exaggeranti conuenit; vt exempli gratia, dum dicimus, *Wis wis*/ quod tantundem est, ac si dicas, est certissimum, à vi ipsius *w* & *s* idem notantis, quod Est; ita vt nihil aliud sit *wis*/ quàm quod longè latèque extendit suum esse, quasi *wi-is*. Ab hoc Chaldaei & Hebraei habent *wsp* & *wspip* mutato duplici *W* in *Qu*, quod frequens est. *Wisshet* enim, à *wis*/ certitudo & veritatis firmitas est; sicut à *wjs*/ quo sapiens signatur, *wjshet*/ quod est sapientia. Ex *war* itaque & *wis* veritatis & essentiae cognatio colligitur: eo quod hoc ipsum esse latè in omnem partem patens significet, illud custodiam & latifundia durationis & amplitudinis addat. Nos pro custodio, & vero, hodie *war* dicimus, vocali longa, quod tempus producendum esse, plerique sic notant, vt ex vocali diphthongum faciant è prima & secunda vocali. Zelandi, & alij nonnulli, pro *war* *wer* dicunt. Nos, quo omnia, quàm possunt maximè, in loquendo distincta sint; pro vero, *war* efferimus, & *wer* longa vocali, pro defendo vsurpamus. Latini, perinde atque Zelandi, verum è *war* fecerunt; non malè illi quidem, quoniam veritas omnia contra omnia defendat; sed nos distinctius, dum sonum nonnihil mutamus. A *war* pro custodio, vetustissimi Graeci fecerunt *ωρῶ*, relicta littera, qua carebant, & A longo in O magnum mutato; vnde *πυλωρῶς*, ianitor; & apud Homerum, *ὡς δὲ κύριος* *ὡρῶ* *μῆλα* *δυσωρήσων* ἐν *αὐλῆ*. Ex eodem fonte fluxit *φρουρῶ*, per litterarum metathesim. Nescio qua in voce tandem dicam mysteriorum latere fastigium; cū videam in omnibus contineri summa. O veritas, veritas, quàm accuratè primum sermonis nostri fabrum docuisti veritatem! O me beatum, cui dedisti in his corporei carceris tenebris videre, si non te ipsam, at saltem imaginem tui excellentissimè depictam! Adde, obsecro, quem hoc beneficio & hac gratia singulari reapse Ioannem fecisti, vt eum ad perpetuam perducas felicitatem, in qua te videat facie ad faciem; & quorum hic vmbra latissimus amplectitur & osculatur, ea tandem coram, quoad eius animis fas est, liceat intueri. Verùm enimvero, dicet quis, latitudinem & amplitudinem in *war* agnosco, siue in ipsa littera duplicata, citrà vocalis adiectionem: at non video, quid *Ar* addat; cū R. littera sit ad motionem & celeritatem significandam idonea. Fateor equidem, & Platoni, & ceteris omnibus, vibrantis linguæ in hac littera canina celeritatem motioni, quàm quieti, aptiorem videri: sed illa est linguæ nostrae analogia, vt è primis vocibus non rarè fiant secundæ, per solam conuersionem; in qua formandorum nominum regula, non est litterarum in secundis, sed in primis ratio habenda: *Ar* enim fit à *ra*/ qua voce celeritas pulcerrimè notatur; eo quod R, veluti hasta vibrata, perrectam & parulam ipsius A vocalis pronuntiationem feratur. A *ra* fit *rat*/ vnde Latinis Rota. Hinc & *ret*/ pro parato, & quod in promptu est; vnde Graecis *Ρῆτιδος*, & cognata. Dicimus autem *ra* & *rat* pro celeri; cui *Ar* & *Tar*, contraria; quorum hoc Anglis in vsu, pro moror; vnde Latini *Tardum* fecerunt. Nos hodie metathesi vtimur in *Tra* & *Trag*. *Ar* igitur tardum notat; à quo flumen tardissimum in Gallia, *Arar* vocatur; ad quod dum habitarem, vix oculis primo intuitu animaduertere poteram, in vtram partem proreperet. A *rat* pro celeri, fit *rat-an*/ id est, celer in progressu; vnde *Rhodano* nomen, flumini rapidissimo. Ceterum quo ipsius *Ar* gemini, in fluminis nomine, vis & significatio magis perspiciatur; *Cæsaris* verba audiantur. Flumen est, inquit, *Arar*, quod per fines *Æduorum* & *Sequanorum* in *Rhodanum* influit incredibili lenitate, ita vt oculis, in vtram partem fluat, iudicari non possit. Ab hac voce fit *Art* pro terra, quod plerique in *Ert* detorquent, distinctionis gratia; eo quod vox etiam illud significat, quod cuiusque naturae proprium est; nimirum, quia quod tale est, diu, immò semper, in ea re, cui peculiare est, moretur. Hinc compositum *Mar*/ vocali breui, quasi diceretur;

Me-ar

Wis.

Wisshet.
Wjshet.

Wer.

Verus, a, um.

ωρῶ.
πυλωρῶς.

φρουρῶ.

Ar.

Ra.

Rat.

Rota.

Ret.

Ρῆτιδος.

Tar.

Tardus, a, um.

Tra.

Trag.

Arar.

Rhodanus.

Art / suo

Ert.

Mar.

Me-ar/ id est, cum tarditate; quo significamus idem quod quippiam non expedio notaret: à quo Moror Latinorum. Hebræi ab **Ar** feruarunt **ארו**, & ab **art** siue **ert** pro terra **ארת**. ab eadem origine est **Er**/ per **הרא** pronuntiatum, pro Terram proscindo per sulcos; vnde **Aro** Latinorum, & Græcorum **ἀρω**, vnà cum tota sobole. Hebræi longius recesserunt, **ארו** dicentes, ceu dicerent, **Che-art/** & per Sigmatismum, **Che-ars/** quo aratum nobis notaretur. **Ares**, pro Marte apud Græcos, ab ira dicitur & impedimento. **Ar** enim & **Er** iratum nobis significat; vnde **Ira** Latinis: quia & maximè impediatur rationem, & quàm longissimè faciat aberrare; ita vt gemina sit ratio. **Er** autem pro errare, causam habet è litterarum natura; quia fluxus sit ab vno, cum **E** Vnum, **R** fluxum signet. Contrarium est **he/** pro ratione, quoniam progressus sit ad vnum. Dicimus autem **he/** & **heden/** pro eodem. **Er** igitur & **he** analogia formaturæ docent, ad cuius gentis incudem sint referenda. Vide, vt causæ simul incidant duæ, ad eandem notationem in **Er** & **he**; quia vtrumque & causam habet è litterarum natura, & simul ab **ar** & **ra** oppositis. Allemanni, dum pro **Er/ Irre** dicunt, ab etymologia longius recedunt. Sic & **ἀρης** ab impedimento & tarditate rationis, & ab ira; & **Er/** pro irato; quia & rationi fit in mora, & ab Vno recedat. Minuta hæc in speciem, at diligenter tamen annotanda iis qui accuratam volent cognationis vocum & rerum notitiam adipisci. Redeo ad **Ar/** quo mora & duratio indicatur, propterea quòd **ra** conuertat ad contrarium. vnde **Hart/** pro quouis duro; & **Harden/** pro durare; & **Hert/** siue **Hart/** cor, cuius motioni perpetuæ vitæ duratio debetur; & **Hert** item ceruus, quoniam diutissimè in vita duret. Non potuit itaque terræ conuenientius nomen dari, quàm **Art**; tum propter quietem, quæ omnem superat tarditatem, & à celeritate, per **ra** notata, quàm longissimè distat; tum quia inter elementa sit durissima. Latini ab **ert** **Ter** fecerunt; & hinc **Terram**. Nobis **ter** vel **tarde/** est calco, & audacter pedibus in terram impactis procedo, quasi gradu quodam militari: vnde **ἄρος** Græcis pars ea pedis est, qua terram calcamus. Hinc **Dar** nobis pro audeo; quod in **δαρπείω** Græci mutarunt. A **Dar** **Dardanius** nomen accepit, quòd audax esset ad aggrediendum, ceu **Dart-an/** id est, audet aggredi, diceretur. Si omnia quæ ex **Ar** & **ra** fluunt, exponerentur, ipsum **Ararem** oratio nostra tarditate superaret. Ex **Ar** itaque, & gemina latitudinis & expansionis nota **W**, fit **War/** pro custodio, & vero; quoniam verum omnem ipsius esse durationem custodiat. Bene verbum & nomen eodem sono signantur; quoniam in veritate omnia custodiente, ipsum verum custodiens, & actus custodientis, nihil profus differunt; cum **Deus** non sit alius à suo actu. Exposui modò artificium nominis Cimbrici in vero notando; quo totum ferè veritatis mysterium, totaque eius prima vis & potestas cum sit comprehensa & explicata; perspicuum fit, quæ sit collatio ipsius veri, ad primum esse; quamque eleganter veritas scuto & satellitio in sacris comparetur. Vbi nobis in **Scut** & **War** elegantissima est allusio: quandoquidem **Scut** & **hescut/** vnde **Scuto** Latinorum nomen, idem est quòd defendendo, & malum amolior. Veritas ergo, cum omnia custodiat & defendat, optimo iure **Scutum**, id est, defensio vocatur. Ex hac consideratione non parum lucis accedit hieroglyphico **Herculis** signo, in quo pro scuto **Leonte** est siue leonis **σκύρος**, qua voce corium generatim dicitur; quòd animantis corpori scutum sit & defensio. Cur igitur **σκύρος** habet? Quia nempe scuto suo **Hercules** omnium malorum in cursum amolitur, vnde **ἀλεξμάκω** nomen. Cur porro leonis exuuium habet? Quia leoni cor sit generosissimum & fortissimum, vnde **λεω** à **leuen/** quòd est viuere, nomen habet; eo quòd cor vitæ sit origo. Quoniam ergo **Hercules**, qui masculam vim totius rerum vniuersitatis nomine suo profiteretur, scuto suo vitam omnium defendit aduersus mortis auctoritatem; leonis exuuiò donatus est, quo simul & defensio in **σκύρος**, & fortitudo in **leone**, & vitæ præstantia in eodem intelligeretur. Ceruis vt ex **Hercule** ad masculam vim vniuersorum venit: quæ iam quia ipsissima sit veritas, quæ nomine suo defensionem, siue scutum, præ se fert; notauerunt hanc defensionem **σκύρος** leonis, cui à vita nomen est. Quicquid igitur **Hercules** agit, id ad perfectissimam, excellentissimam & generosissimam vitam pertinere intelligatur, quam claua crucis nobis parauit. Huc spectat **Leo** ille de tribu **Iessæ** venturus, diuersarum gentium vaticiniis eodem tendentibus, tametsi per diuersas vias. Nobis vitæ symbolum ex leonis nomine clarissimum est. Hebræi ab eadem voce, qua viuere nobis dicitur **leb/** **לֵב** deriuarunt, pro corde id usurpantes, quo-

*Claua unde
dicitur, & quid
significet.*

Colf.

*Floc / sine
Flocs.*

Pollux.

Cul. Fur.

Colfdragers.

War.

Wau.

Wjs.

*Ianus quare
dicitur sit ge-
minam facie
habere.*

Tru-wjs.

Druider.

Tru.

Wit / Wtig.

Wj.

tes; quoniam è corde vita procedat. qua de re alibi. Sic & clauæ tessera non ex re tantum, sed ex nomine quoque, notationis rationem ducit; eo quòd *Colf*/ unde claua, per metathesim nobis indicet expeditum auxilium, cuique nulla mora possit adferri. *Floc* enim, siue *Floc* / expeditum, promptum, & citò ad destinatum finem perueniens designat, quasi *Vol-luc*/ id est, plenum fortunati successus: qua rursus vocis ratione summa felicitas, quam per Pollucem solum nancisci datur, continetur. Aliena sunt hæc à proposito; sed eò conducunt, vt clarè peruideamus, quanta sit veterum fabularum cum vocum originibus cognatio, quamque nihil queat sani ex ipsis elici, citra harum adiumenta: tum etiam qua via de fabularum obscuritate veritas elucescat, quam hic inuenimus eandem esse cum Hercule. Cùm enim apud antiquissimos Hercules cultos celeberrimus habeatur, atq. omnium consensione celebretur; monstrarimq. vel ipsam custodiam à vero, vel verum à custodia nomen traxisse: quid vltèrius dubitandum, vt non Herculem veritatis laruam esse dicamus; cuius vis cùm in tota rerum vniuersitate maxima sit, meritò nomen habet, quo mascula vniuersorum potestas indicatur. Quid quòd *Cul* & *Colf* ex eodem fonte deriuentur, & recta procedunt ad successus felicitatem, custodita etiam quadam vtriusque instrumenti similitudine, quam clauæ celetum nostrorum, quos *Colfdragers* / id est, clauigeros vocamus, egregiè ob oculos ponunt. Obruit me rerum copia: quam si persequerer pro eo ac meretur, quis tandem esset finis? Custos Hercules, custos veritas, Hercules Iouis è mortali femina filius. Christus ipsa veritas supremo patri è virgine nascitur. Sed hæc in Hercule nostro. Rideant modò, qui volent, vel fabularum, vel primarum vocum origines: quarum illas, Græci sermonis nostri ignari, corruerunt, & fœdis erroribus, turpissimaque idolomania contaminarunt: has longissima & profundissima à multis seculorum voluminibus ignorantia ita suppressit, vt lingua omnium excellentissima pro rudi & contemnenda non apud alios modò, sed apud ipsos etiam nostrates haberetur. Pergamus in *War*. Quando constat vniuersam & essentia & vitæ custodiam à veritate pendere; consequens est, cum qui sese ab ea segregat, mox necessariò perire, & æternæ morti subijci; quod humano generi tum accidit, cùm deserta veritate, Draconi mendaciorum patri credentes, vetiti pomi veneno sese intoxicarunt. Quis ergo ad salutem reditus? Nullus profectò, nisi ipsa te veritas reducat per culpæ agnitionem & pœnitentiam. Agamus igitur pœnitentiam, & per eius ianuam ad veritatem reuertamur, quo ipsius leonino corio, & claua, totius felicitatis instrumento, ab horrendo Caci antro liberemur. Hoc est iter quod *War* nobis demonstrat: eo quòd si per vestigia vocabulum retro legamus, mox simus pœnitentiam audituri. O admirandam diuinæ benignitatis notam, quæ voluit ipsum veri nomen ita fieri, vt cum voce clamantis in deserto, Pœnitentiam agite, ad vnguem conueniret! Rideant nunc iterum, si audeant, insani linguæ suæ contemptores, & in nos ipsius veri demonstratores vel ludibria, vel venenatas, quod quosdam facere scimus, despuant calumnias, sed sic id faciant, vt tandem per pœnitentiam ad veritatis fontem reuertantur; qua pœna nullam ipsis imprecor maiorem, immo contrà pro ipsorum calumniis illud rependam, vt vel inuitos per vestigia retro compellam ad veritatem redire; nisi planè inuidia Draconis, mendaciorum patris, peruicacia sic veritatem oderint, vt quam nos face prælata ostendimus, eam videntes agnoscentesque, neque videre, neque agnoscere dignentur. Et hæc quidem de veritate omnium custode, quæ Herculis figmento tegitur, satis esto delibasse. Magnam latitudinem dico duplici *W* designari, quam vt in aliis, ita in *Wjs* etiam latissimè cernas. Sapiens enim idcirco *Wjs* vocatur, quia longissimè latissimèque in omnem partem circumspicit: quod quia Ianus diligentissimè præstaret, dictus est geminam faciem, & quaternos oculos habere. *Wpsie* / & per apocopen in aliis etiam vocibus visitata, *Wjs* dicitur, qui longè latèque videt. Inde mox verbum *Wjs* / idem est quod demonstratio: à quo *Tru-wjs* is erit, qui & ipse veritatem per ampla spatia longè latèque intuetur, & aliis demonstrat: quo officio qui apud Gallos fungebantur, Druides sunt à Græcis nominati, duplici *W*, quo carent, exempto, & tenui littera in mediam mutata, *Tru* enim verum, notat, ab *Wrt* / quod significat eleganter benèque quippiam ago, à quo *Wrtig* vocatur, qui ad omnia rectè expeditèque peragenda insigni facultate præditus est. Origo est *Wj* / quo id notatur, quod in genere quoque excellit, propter *V* latitudinem notans, & *R* vehementiam

mentiam motus exprimens. Qui enim latè mouere potest, is fortis excellensque habendus: qua de voce & eius sobole, in littera R agetur. Porro nulla in voce clariùs huius V litteræ vis cernitur, quàm in *Ecu*/ qua extensio ipsius Vnius notatur, quæ quid aliud est, quàm perpetua, & ante & post omnia temporum curricula duratio, siue vnus vita; quæ nihil rursus aliud, quàm actus ipsius esse vltra omnes terminos portectus. Hæc enim vnus est latitudo, qua sese sicut per omnes res, ita consequenter per omnia tempora distendit. Ab *Ecu* siue *Ecu* Latini habent *Æuum*, Græci *αἰών*, vocali longa in diphthongum mutata. Definiatur ergo *Æuum* de nomenclatoris nostri sententia, ipsius vnus extensio; quæ tanta est, vt omne tempus excedat. Quæ autem hæc est extensio vnus, siue dilatatio, quàm ipsa vnus vita, per quam esse & vitam dat omnibus, pro sua cuique portione. Per hanc extensionem ipsum Vnum se clarificat. qua de re hæc Christi apud D. Ioannem verba audiantur: Hæc locutus est Iesus, & subleuatis in cælum oculis dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Hæc ipse æternus æterni patris filius, qui per spiritum suum nomenclatori inspirauit, vt æterni illud nomen faceret, quo extensio & clarificatio ipsius Vnius sic contineretur, vt eam nouisse homini est vtilissimum; sic nimirum, vt intelligeremus, omne genus miseriarum nobis imminere, nisi Vnum nos sic per claritatem extensionis suæ comprehendit, vt vitam æternam nobis ex æternitate sua communicet. Si enim *Ecu* conuertas, *Dee* audies, quæ vox vt interiectio vsurpata idem valet quod *Væ* Latinorum: at si *Dee* nomen sit, dolorem notat, vt hinc facillè liqueat dolorem æternitati opponi. Vt autem multa sunt in sacris litteris *Væ*, ita nullum latius patens quàm illud, *Væ* vobis viri impij: & apud D. Ioannem, *Væ* ciuitas illa magna: & iterum, *Væ* ciuitas illa magna: & tertium, *Væ* ciuitas illa magna. Magna est æternitas, quam Deus dicitur apud Esaiam habitare; quod idem est cum magna vnus extensione. & magnum rursus est *Væ* magnæ illi ciuitati intentatum, in qua regnat Antichristus, homines æternæ mortis hæredes faciens, non secus atque Christus æternæ vitæ. Vt igitur Christus æternam vitam dans, & Antichristus mortem dans æternam, opponuntur: ita *Ecu* & *Dee* diuinus ille nomenclator voluit opponi; vt videlicet quoties *Ecu* audiremus, cogitarem simul vtrumque, & vitæ æternæ felicitatem, & doloris æterni acerbiteriam. Hinc prisca Deum *Di-ecu* vocarunt, quod Latinè veritas, Ipsam æternitatem; quo nimirum audito hoc Dei nomine, statim in mentem veniret illius doloris & illius *Væ*, quod paratum est iis qui ipsi æternitati aduersantur, opposita videlicet ipsi legentes vestigia. Ex *Di-ecu* *Dieu* facit contractio, quam vocem Galli de prisca sua Cimbrica lingua retinuerunt. Nos diceremus *D'ecu* per elisionem prioris vocalis, quam vocem Leodienses hæcenus vsurpant: vnde Latini Deus fecerunt, *θεός* Græci. Hanc vocem *Dieu* maiores nostri ab Alauda didicerunt; qua de re alibi latius, si Deus, quem Galeritæ canunt, permittet.

*Ecu.**Æuum, & αἰών.**Dee.**Di ecu.*

Dieu vocem Galli de prisca Cimbrica lingua retinuerunt. Deus & θεός vnde dicantur.



NE EXEMPLA earum rationum quibus è vocalibus symbola ad res notandas petuntur, abeant ad quandam infinitatem; tempus esse existimo, vt ad consonantes fiat transgressus; in quibus ne rursus nimia vel curiositate, vel prolixitate fiam odiosus; cum adhibendum modum censeo, vt paucis vocibus ad causas reductis, alias aliis relinquamus ad eandem normam examinandas. Quòd si aliter facerem, singulis vocabulis excutiendis insistens, integrum Lexicon esset conficiendum; quod nec est huius mei propositi, nec operæ vel gratiam vel pretium haberet. Pari item ratione vocalibus multo diutius fuisset inhærendum; & in his non simplices tantum, sed in diphthongos etiam coalescentes ad notationis causas vocandæ fuissent: quod non compendiosæ doctrinæ tantum, sed omnium artium metas excederet, in quibus satis est rerum formas vno aut altero exemplo declarari. Vt autem soni vocalium & consonantium commiscantur; ita rationes etiam significationum mixtas esse necesse; de quibus ex simplicium natura iudicandum. Procedat igitur in medium ipsum Beta, cui cur secundus locus datus sit in litterarum regno, post suo loco explicabo. Capella hanc litteram ait effici labris per spiritus impetum reclusis: quod obscurius est, quàm vt multum videatur allaturum utilitatis. Repetatur itaque quod Terentianus versibus suis expressius de hac muta prodidit:

*B littera, vel P, quasi syllabæ videntur,
Iunguntq; sonos de gemina sede profectos:
Nam muta iubet portio comprimi labella:
Vocalis at intus locus exitum ministrat.
Compressio porrò est in vtraque dissonora:
Nam prima per oras etiam labella figit,
Velut intus agatur sonus: at altera contrà
Pellit sonitum de mediis foras labellis.*

*B littera sym-
bolica signi-
ficatio.*

*De syllabica
adiectio in
verborum
principiis.*

*Hi.
Hi.
Apis Hi dic-
itur, quia
plurima no-
bis offert.*

Hic videre est, quid consonans, quid vocalis præstet. Illi labiorum compressio; huic soni exitus, compressa tamen inferius lingua, debetur. Quocirca idonea erit littera ad propinquitatem, coniunctionem, compressionem, & his cognata denotanda. Hinc fit vt apud nostrates syllabica sit in verborum principiis adiectio; vocabuli cui additur significationem reddens pressio. Sic è *gaen*, quo *Ire* significatur, fit *begaen*/ notans eum quem cura & sollicitudo cuiuspiam rei inuadit & premit. Exempli causa, *It ven dare me begaen*/ id est, sum de re illa sollicitus, & eius cura premor. *Stoten* generatim *trudere* significat; *be-stoten* est inuadere, & impetum in quempiam facere. *Dau* teneo; *behau* conferuo & saluo. *Lopen* currere; *belopen* est diligenti cura variè discurrendo rei cuiuspiam conficiendæ instare. *Copen* est emere; *becopen* est culpa, siue multa, siue malo quopiam rei cuiuspiam præteritæ premi; & ferè idem est quod pœnas dare. *Sien* est videre; *besien* diligenter inspicere. *Doort* decet; *behoort* valde decet. *Dent* cogito; *bedent* diligenter cogito. Similiter in multis significationem dumtaxat reddit pressio; in aliis etiam per cognationem quandam detorquet ad propinqua: vt in *becopen*/ quod est quempiam sibi malum emisse sua quapiam culpa. *Scriuen* est scribere; *bescriuen* est rem scriptione notare. Plena sunt exemplorum omnia quibus compressionis vis luculenta inest, quæ nihil attinet enumerare. Hinc fit vt *hi* apud significet; & *hie* offero siue præbeo; & inde *hie* apis, quia plurima nobis offerat, ceram ad vulnera, dolores, vlcera curanda; ad lumen cum in tenebris tum in sacris & festis alendum; ad lintea, ad coria aduersus aquas munienda; ad infinitos denique vsus. Quid dicam de propoli, quàm multis illa medeatur? Iam mellis, liquoris secundum vinum diuinissimi, quantus vsus ad corporis valetudinem tuendam! Interrogatus quidam quibus remediis ad tantam senectutem peruenisset; respondit, Intus melle, exterius oleo. Quid? nonne ingens Europæ & Asiæ portio ex melle vinum componit, Cretico viribus & inebriandi facultate quàm proximum? Dies me antè deficiat, quàm saluberrimum mellis vsus integrè describam.

Num

Num igitur immeritò diuinum hoc animalculum hie ab offerendo præbendoque no-
men duxit? Quamquam verò hæc maxima queunt beneficia videri; sunt tamen ex
eadem volucris longè adhuc maiora præstantioraque, dum respublica tota, totumque
regnum, ab apibus præcepta & instituta optima deducit; quibus & Regis erga populù,
& populi erga Regem, & ciuium inter se officia quàm clarissimè docètur, si quæ exem-
pla præbent, ea studiosè consequamur, & omnibus actionibus publicis & priuatis ex-
primamus. Neque enim hie solùm significat offero, sed crebrò etiam pro impero vsur-
patur: quoniam eiusdem supremi numinis sit, & omnia præbere largiri que, & omni-
bus imperare. Quamobrem architectus vocabulorù singulari prudentia monarchiam
certis limitibus inclusam per Apis nomen nobis commendauit; quam qui reget, is vt
examinis regem imitetur necesse est, qui sic se gerit, vt ab omnibus apibus ametur, &
summa cura custodiatur, fidissimo semper satellitio septus; & interim tam abest procul
à lædendo, vt nq aculeo quidem, quo lædat, sit instructus. Accedit & altera ratio nomi-
nis de litterarum commutatione, dum vicina in vicinam transit, quam sequendo hie ad
hie alludit, quod significat purgare & consecrare; quorum vtumq. Apis egregiè præ-
bet, dum melle corpora purgantur, & ad lætitiã mulso perducuntur. Iam & cera cor-
pus purgat, per occultos halitus digerendo, & lumine suo mentem consecrat; dum ex-
terno signo è tenebris mortalis corporis, ad cælos, & ipsam diuinitatem, & lucem æter-
nam inuitat & deducit. Vastum rerum Oceanum ingrederer, si hunc locum perinde
atque postularet, per omnia sua latifundia oratione dimetiri tentarem. Quòd autem hie
offerò significet, id in compositione etiam cernas: nam *Was* pro patre familias vsurpa-
mus, eo quòd is præbeat suis alimenta. *Wan* item vocali longa, siue *hæn* / vt vulgò feri-
bunt, est idem quod præbens progressum: qua voce lata via notatur, quasi *hie-an*. Hinc
Græcis *βαίω* pro gradior & eo. A hie Latini habent Apis, adiecto in principio articulo
Cimbrico, ceu diceret *Abie*. Epitheton elegans api datum olim fuisse videtur *danwar* /
id est, roris custos, siue rorem diligenter obseruans & reponens: qua de voce Hebræi
habent suum *דבורה*, vbi Vau pro duplici w ponitur. Hinc *דבש* mel vocant, quasi *dau-
was* / id est, quod ex rore prouenit, vbi Vau est omissum. Verùm dum *דבש* pro caula di-
cunt, corrumpunt *ד'וואר* / quod nobis signat ipsam ouium custodiam, à verbo *ד'וואר*
war / quod est oues custodire; quo Chaldæi pro minare vtuntur. Cùm *דבר* pro loqui po-
nunt, ipsum *דבר*, id est, verbum, pro *וואר* transponunt; quod clarius est in *דבר* pro
verbo. At cùm pro eo quod sit, siue pro re quapiam, eandem vocem vsurpant; ad *וואר*
alludunt, quod idem est cum Latinorum *Fit*, siue esse accipit. *דבר* pro interfecit, est à
ד'וואר / id est, adfero mortem, deriuatum; vnde & pestis *דבר* vocatur, quia mortem
adfert. *דבר* pro solitudine & eremo est, à *ד'וואר* / id est, cum timore; quia deserta
loca & solitudines non sunt sine metu; iuxta illud, *Ve homini soli*. *דבר* pro caussa & or-
dine, fit à *וואר* / quod est custodio; quoniam res per caussam custodiatur. Vide, quæso,
quæ vocum Hebraicarum inuestigari queant radices; & quanta confusione à linguæ
primæ perfectione procedant. Per me tamen licet, vt sententiam meam reiiciant, &
quam volent, in etymologia viam sequantur. Huius digressionis, Apis, à præbendo apud
nos & Romanos, apud Hebræos à roris custodia habens nomenclaturam, præbuit oc-
casionem. Hebræi ex *Bi* / quo Apud significatur nobis, & Ad, & aliquando Per, vt cùm
dicimus, *bi Got* / id est, per Deum, eam loquedi formulam duxerunt, vt *q* pro In, cum,
quando, ad, per, contra vsurparent. Nobis *be* vocali longa, & *bet* preces signat; eo quòd
per eas ad ipsum vnum & ipsum caput arctissimè coniungamur. *Ben* autem vocali
breui idem est quod Sum; propterea quòd esse nostro ad vnum ipsum, quod est *em* / de-
uinciamur. *Ben* verò vocali longa, ossa significat, quasi *bi em*; quòd ossa in vnum col-
ligent corpus. A *be* siue *bet* fit *baet* siue *boet*; quorum hoc adiuuentum & remedium,
illud lucrum & vtilitatem signat: ab eodem etiam *bet* & *beter* pro meliore; propterea
quòd preces nostræ quibus Deo astringimur, maximum necessitatis humanæ reme-
dium, & summam vtilitatem adferant, & perpetuò nos reddant meliores. Sed de hac
re in Hieroglyphicis. Ex *boet* Hebræi conuerterunt *בון*, quo generatim quoduis bonù
vocant; quia quod non iuuat, bonum non sit. Quia autem panis ad esse maximè spe-
ctat, quod est *be* siue *ben*; necessariò etiam nobis maximè rogandus. *Beig* igitur, & con-
cise *beg* panem notat; qui duplex est, vt duplex vita; alter mètis proprius, alter corporis;

Wic / i purgo
& consecro.

Wæn.

Wain.
Apis.

Wob.
Wort.

Wart.

Wi.

Be / *Bet*.

Ben.

Beem.

Bet / *Bact* /

Boet.

Beter.

Beig.

Beg.

Panis duplex,
mentis &
corporis.

quo fit, vt ille prius, quàm hic, fit per preces à Deo petendus, quo mentis vita feruetur & alatur. Fit autem à *be/beig*/ pro precario; vt à *wet/wettig*/ id est, à lege legitimum, & similia plurima ab aliis ad eandem formam. Vox igitur Cimbrica *beg* statim ostendit, panem omnium precarium esse. Orandus itaque Deus huius vocis monitu, quò illud nobis det quod ad esse nostrum plurimum confert. Confert autem plurimum panis caelestis quo animus noster pascitur. *Neque enim ex solo pane uiuit homo, sed ex omni verbo quod procedit de ore Dei*. Hinc rectè Isychius fecisse intelligitur, cum panes cibos animarum fidelium interpretatur. Non parum igitur mysticæ intelligentiæ hæc vox cõprehendit, imò tantum quantũ vix ingenti volumine queat explicari. Iam quia Deus dixit, *Petite, & dabitur vobis*; ipse nomenclator eam vocis formulam inuenit quæ & panem precarium esse signaret, & adderet præterea per conuersionem ipsum *geb*/ quod est dono; ceu diceretur, Peto panem: & mox à Deo responderetur, *geb*/ id est, do, siue dono. *Geb* item ad petentem referri potest, vt dicere intelligatur *beg-geb*/ id est, panem da. iuxta orationem conceptis à Christo verbis factam. Non igitur etymologia tantum, sed vocis etiam conuersio, necessaria collectione demonstrat, *beg* nostras esse à primis natalibus vocabulum. A *beg* fit *becker*/ mutata media in tenuem geminatam, pro eo qui panem facit. His rationibus Herodoti & Ægyptiorum sacerdotum accedit auctoritas, qui *beg* Phrygium vocabulum esse docent. Hinc Becceselana & Aristophani & nobis, pro iis quæ ab vltima & prima omnium ætatum origine repetuntur. Ab hoc vocabulo Hebraei mutuuntur suum *bag*/ pro quouis cibo. Huic præponunt nonnumquam *bag* quo cibum volunt notari. Nos *bet* pro morfu dicimus, quia mordens ipsi *bet*/ quod est comedo, proximè accedit. *Bet beg* ergo esset morsus panis, siue buccella panis; è quo *bag* per litterarum viciniam effectum: nisi velimus *batbeg* dici pro precario pane, cum *bat* sit idem quod orabat. Sed hæc satis est indicasse. Nostrates è *beg/weg* faciunt, vt album candidiorem quæ panem è polline factum notent. *Beg* enim generatim quemuis panem esse, *becker* & *backen* declarat, quorum hoc à *beg* deductum, ad quamuis rem ad modum panis coquendum transit: huius *weg*/ quo delicatissimus panis notatur, conuersio apertè demonstrat optimi panis effectum, qui est, vt ad æterna sæcula salui perduremus. *Ge-ew*/ & concisè *gew*/ idem esse intelligatur quod dat æternitatem; à *ge* pro *geet* & *geest*/ id est, dat: vel *ge*/ ad significet, vt sit *ge-ew*/ ad æternitatem. Vtroque certè modo intelligitur, panem caelestem cum delicatissimum esse, & omnis fursuris expertem, tum etiam eius alimento ad æternam vitam dari vigorem. A *beg* itaque *geb*/ pro dono; quia huius panis donatio sit omnium præstantissima. *Geb* quasi *geheb*, id est, ad habendum dicitur: quia eo damus, vt is habeat cui damus. & fortasse ea de causa sic verbum hoc factum est, vt intelligamus eum qui dat, eo dare, vt habeat; & nihil dandum esse, nisi ad eum finem vt habeamus: quod cum in ceteris donis, tum in iis maximè cernitur quæ pauperibus conferuntur, quæ damus, vt centuplum accipiamus. Nos è *geb*/ *gef* facimus, quo & altera etymologia indicetur, qua *gef* indicet *ge hef*/ id est, ad eleuandum. Cum enim omnia dona ad leuandos homines è vitæ necessitatibus spectent; tum nullum est quod altius nos eleuet, quàm panis caelestis qui de cælo descendit, vt nos ad cælos eleuaret, atque in vitã attolleret sempiternam. Quanta, boni panis dator, hinc rerum est & vocum cognatio! quantum latet mysteriorum! quàm latè in omnem partem sese extendit contemplatio! quàm omnia scripturis sacris consentiunt! *Gef* si conuertatur, mox ostendet quid tibi donum Dei præstet, quodque sit donum excellentissimum. *Feg* enim significat mundare; quo fit, vt qui *gef* dicit, non solum attolli velit, sed addat etiam rationem qua velit & possit attolli atque eleuari. Da enim, & munda, dicit, qui *gef* pronúciat: prorsò ordine Da; *ichnæo* regressu, Munda designans. Nec hinc gradum sistit contemplatio. Vltèrius indicatur quid mundatio atque depurgatio nobis efficiat. *Gef* enim, pro nomine adiectiuo, idem est quod Latinus omni ex parte purum nominaret. Sic enim à Deo mundari cupimus, vt nulla prorsus macula restet: & sanè nullum struthium, nullum nitrum, nullus sapo tam puras lanas reddit, atq. Deus animos mortalium, quos sanguine suo lauat & emúdat. Viden' modò vocem hanc *beg*, per quam ad hæc arcana viam inuenimus, non indignam esse, cuius notatione lingua omnium antiquissima designaretur? Vt enim panis corpora alit atque firmat, ita sermonis primi diligens examinatio métem ad vitam pascit æternam.

Hinc,

Hinc, dum pueri Ægyptij **Bet** dicuntur poposcisse; docemur ante omnia, rogandum esse eum pascum siue panem, quem Phrygia lingua suppeditat iis qui rectè norunt litteras & syllabas enumerare. Nihil enim est in religione, nihil in toto philosophiæ regno quod non doceatur primi sermonis explicatu: atque hæc vera causa est ob quam prisci homines tam curiosè quæsiuerint, quænam prima lingua esset, ut nimirum ea intellecta, perspicerent, quid primus homo à Deo didicerit, quidque de vnaquaque re fuerit edoctus. Non exiguum, me hercules, præmium, non contemnendum operæ sermoni impendendæ pretium; si tota philosophia & religio ipsius continetur inuolucris. Alij ad Brachmanes, alij ad Gymnosophistas, alij ad Chaldaeos, alij ad Persas, alij aliò currant sapientiæ comparandæ gratia: nos indies magis atq. magis in vernaculi sermonis sacrariû penetremus, atq. inde in lucem proferamus disciplinam primo homini à Deo infusam, cuius adminiculo omnia omnium rerû nomina naturæ earû quamoptimè accomodauit. Hoc demû est patres & maiores interrogare, primû omnium patrû patrem interrogare, ut ex ipso tamquã prima sapientiæ diuinæ scaturigine, discamus veritatem. Huius intelligentiæ diuinitûs, non humanitûs, acceptæ signa, quãto mens nostra acutius peruidebit; tanto rerû diuinarû doctior euadet. Nihil igitur mirû, si tã insignia salutis humanæ oracula vocibus suis primus nomenclator consignatit: cum non ex homine, sed ex ipso opificis fonte suam hauserit doctrinam. Hoc est quod per obscuram famam in Academiam Socrates inuexit: in rebus diuinis primam noticiam à Deo inspiratam; minime verò vlla humani ingenij vel industria, vel ratiocinatione, peruestigatam fuisse. In hac littera illud notandum, si vocalis præponatur, compressionem in se notari, ut in **Et**, **Et**. quod est maris se in se contrahentis, & à terra recedentis. Sic **Het** habeo, quod alij **Hab** dicunt: **he** conuersum **eb** facit, quoniam semper rogandus Deus, ut vnda tentationum quibus pulsamur assiduè, cessent, & veluti Oceanus, ab aggere rationis nostræ recedat. **Bet** conuersum est **teb**, quo notatur, vel ad cessationem impetus vndarum, vel ad habendum aliquid, fieri orationem. Sed hæc Hieroglyphicis referuntur. In **ben** / pro Sum, infinitas quædam latitat mysteriorû; quibus quidquid Platonis sopherista, quidquid Parmenides obscurè disputauit, sic expressum est, ut non mente modò, sed manibus etiam videatur teneri. Dixi antè quæ vis sit ipsius vocalis **E**, qua simpliciter pronuntiata, vel vnum intelligimus, vel articulo præposito quidquam notamus. Huic si **N** addas litteram, tinnitu ad superiora palati ita tendente, ut ipsis etiam naribus, tamquam tibiis biforibus, resonare videatur; & nomen potestatis eiusdem consonantis proprium exprimis, & finem omnium das cogitandum, qui sic in omnium rerum natura tinnit, sic ab omnibus rebus auditur, ut nihil sit quod non obediat & extemplò sequatur. Quia autem **E** vnitatem notat; efficitur, nihil aliud ut dici queat, quàm vnû omnium finem **E** esse, cuius dicto, uti sonantissimo, omnia parere cernuntur. Quia igitur in hoc fine supremo, quod vnum est, omnia coniunguntur; **En** apud nos pro coniungendi particula **En**. vsurpatur. At quia coniunctio vinculo videtur indigere, placuit sermonis auctori, ut **E** siue **D** aliquando adderetur, atque **ent** vel **end** diceretur: neque tamen id citra vltimus arcanum, quod in trinitate consignanda, & personis distinguendis consistit, signante **E** patrem fundamentum omnium; consonante **P** filium, qui non sonus tantum patris, sed Verbum etiam dicitur; **S** Spiritum sanctum, vtrumque amore deuincientem. Quid **En** igitur sit, siue **Ent**/hinc colligendum: quo cognito, mox elucescet quid sit **Bet**. **B** adhæsiorem, siue pressam quandam coniunctionem notare, modò declaratum: quo fit, ut **ben** idem esse intelligatur, ac si dicas, fini ipsi omnium, qui non aliud est, quàm ipsum vnum per omnia tinniens, pressè hæreo atque coniungor; quod primum conuenit ipsi filio patris æterni. Dum itaque **ben** dico, sic mihi cogitandum, me mentiri, & patrem sequi mendaciorum, si ipsi fini omnium non adhæream, & quod me esse assero, id non referam rectissimè ad hoc ipsum vnum finem omnium supremum. Præterea quidquid mihi tribuo per hanc vocem, id intelligo per hoc ipsum tantum mihi adesse, quod ipsi me fini constringam, per quem, quidquid boni est, accedit; immò nihil boni rationem alio, quàm hoc solo quod ad hunc finem destinatur, & ei adhæreat, potest tueri. Dum item **Ben** dico, in animum venit, per eum me id dicere posse, qui primum & propriè dicere potest, **it ben**/ id est, ego sum. Quia autem hic filius Dei est; apud Hebræos **Ben** pro filio generatim vsurpatur, ratione prorsus ignorata; tametsi ad **הבן** ratione nominis eos sciam

Et.**Het**.**Bet**.**Et**.**Ben**.**Ent sine****End**.**Trinitatis****arcanum****in dictione****Ent**.

eos sciam referre. Verùm confusio tanta accidit, vt in id genus originibus pertinacius sententiæ cuiquam adhærere, hominis sit parum intelligentis. Nos item pro *ben* crebrò dici audimus *bin*/ citra notationis discrimen, lubrico lapsu E in I transeunte. Vnde Hebræi *בן* habeant pro intelligere, difficile item sit non tam inuentu, quàm comprobato. *בין* nos pro inuenire dicimus, quod propriè & primùm cõuenit intellectui. *בין* verò idem est quod opinari, quasi dicas, rem vertere modò in hanc, modò in illam partem, nec omnino certum habere, qua ratione eam constare oporteat. Vel ab hoc itaque vel ab illo fieri *בין* queat. At cùm *בין* significat, inter, sit à *בין* uen voce nobis vñtata. Atq. hæc de *ben*. A *bi* & *en* fit *bijn* pro ligo, quasi vnum apud vnum dicas; à cuius præterito imperfecto *bant* vinculum designat: pro quo Hebræi inter alia habent *בבל*, quod à nostrati voce *Cabel* derivari videtur, rudentes notante. Sed cùm rex Hiram per derisionem viginti opida à Salomone donata terram *בבל* vocaret; fortassis ad *Cauuil* alludit, quod frequens nobis est, dum rem ita contempnimus, vt meliorem fieri non fore speremus. *Ca* enim malum, *uuil* sordes. Quid enim malis sordibus contemptius? Hebræi quid Hiram dixerit, non facilè de sua lingua assequuntur: apud quos tamen *Cauuil* ita frequens, vt nusquam frequentius omnium gentium. Sed valeat *Ca-uuil*, ne nos contaminet. A *Bant* / Banda & Bandophorus, & *Daen*, de quibus in Gigantomachia.

C littera symbolica significatio.

Accedamus modò ad C, in quo pronunciando, pressius quiddam Terentianus inuenit: Martianus addidit extremas linguæ oras molaribus apprimi: nobis constat C & K idem esse, atque inde mox liquet, nomen huius litteræ de potestate sumptum, *ke* esse debere: qua vocula tum vtimur, cùm quempiam ita rogamus, vt blandiè orandoque ita premamus, vt nisi impetremus, non videamur cessaturi. Sic vsus habet, *ke doet dit/ ke ic bid w*: id est, Obnixè te oro, fac hoc; oro te quàm possum enixissimè. Quis in id genus precibus nõ agnoscit pressuram? quis non vehemens desiderium quo rei cupitæ instatur? quis non videt, quàm aprè litterarum naturæ sermo noster vocabula concinnet? Contrarium et, vt inuersione soni, ita re ipsa, qua vocula vtimur dum quidquam exhorrendum iudicamus, quodq. minimè nobis cupimus. Hinc *dyec*, quasi *doz-ec*, id est, à quo penitus abhorremus, pro merda nobis vsurpatur. A *ke* & *ar*, quo morari notatur, fit *Car*/ pro eo quod enixissimè cupimus apud nos morari. Latini Carum hinc acceperunt, & exordio vocis & significatione concordans, quæ vox iehnearum vna sic retrò legitur, vt id intelligatur, quod in Caro maximè carum est. *kar* enim vocali, perinde vt in *Car* est, longa, idem est nobis quod Latinis tango. Prorsa itaque vox conuersæ iuncta *karat* facit, & syncoptòs *karat*, pro templo, in quo hoc hominum proprium est officium, vt se Deo, qui summum est omnium carorum, ita coniungant, vt mente eum continuò tangant, nec vllò se modo ab eo sinant auelli. Quòd si *karat*, vt plerique pronunciant, dicas; videbitur ipsum templum nobis insonare *ke-rat*, id est, enixè vehementerque te oro, vt tangas. At quem? Illum nempe quem *karat* conuersum demonstrat, quem *kaar* per exochen dicere debemus. Omnes ergo templi cærimonias, blandas preces nobis fundere putemus, vt cogitatione nostra deum ipsum, omnium carorù apicem supremum, tangere continuò nitamur. Huius enim folius contactus omnia conseruat, omnia custodit, omnia tuetur. Vnde templum etiam *Thom*, & media littera *Dom* dici consuevit, quasi *het-hu-om*, quo id notatur quod vndique tuetur atq. custodit. Hoc vocabulum primùm conuenit ipsi cælo inuisibili, deinde visibili, quo omnia vndique in circuite custodiuntur atque conseruantur; hocque supremum templum est & maximum eorum quæ videntur. Cùm ergo quoduis templù nos oret, vt Deum mente tangamus; tum nullum magis, & maioribus illectamentis, quàm totum cælum admirando suo artificio ad opificem inuitans, atque mentem attollens, ad eum contingendum, cuius tam stupenda opera oculis cernuntur. Vt autem quoduis templum domus est orationis, vt *karat* satis luculenta notatione nobis insinuat: ita & cælum quo omnes continemur, & animus noster domus orationis maximè habeatur, vt vbique & semper orandum putemus, atque ad eò ipsam hominis vitam nihil aliud esse, quàm orationem, intelligamus. *Dom* itaque domus est orationis propriè, quæ sola nos vndique custodit, tam variè vsurpanda vox, quàm variè sese hæc custodia ratio diffundit. Sed hæc iis quæ in Amazonicis scripsimus, adiuncta sufficiant pro tempore, cùm multo prolixiore, non dico sermone, sed volumine opus esset, ad vim vocis *karat* siue *karat* integrè persequendâ.

Ex H,

Ex H, quo spiritus indicatur, & A, quo progressus ad anteriora dicitur, & C, quo enixa hæc instantia intelligitur, fit *Haar*/ quod idem est ac si dicam, maximo desiderio feror ad aliquid. Huius ergo tam ingentis spiritus, quo ita ferimur, finis est ipsum bonum, quod omnia æquè expetunt. Relicta ergo adspiratione, *aat* significat ipsum bonum, ad quod anhelatur, siue suspiratur; vbi adspiratione relinquitur, & pressura ipsius C retinetur; vt intelligamus, ipso bono acquisito, atque iam pressè contacto, nos non amplius suspirare, sed grata perfrui quiete. Eodem modo *Het* altum signat, eo quòd alta ad Deum tendant, qui apex est omnium: à quo si adspirationem demas, ipsum illud quod omnium supremum est, quodque ad nihil aliud suspirat, intelligemus. *Hæ* ergo bonum, *Hat* ad aliquid sub ratione boni suspiro. Iam quia bonum omnia ex se suspendit, & velut magnes ferrum, tenet affixa; fit vt *Haar* pro vnco ponatur, & vt verbum etiam vsurpetur, pro retineo firmiter, velut vnco aut harpagone. *Hæ* pro bono, *Ca* contrarium habet pro malo: in quorum vtroque quamuis vocalis nostratibus producat, Græci tamen *κακός* priore breui dicunt, & *ἀνός* ab *at* pro medicamento ponunt. Ab *Hæ* fit *Hæ*/ pro bonum reputo: vbi sibilus loco affirmationis est, vt tota potestatis nomenclatura ad compositionem veniat, ceu diceretur, *Hæ-es*/ quod redditur Latinis, bonum est. Huic contrarium *Sta*/ quasi dicas, *Es-ra*/ vel *So-ra*; quorum illud, est malum; hoc, ad malum, designat. *κακός* autem dicitur à *Caar*/ voce composita ex *Ca* & *Haar*/ pro eo qui flagranti desiderio fertur ad malum; vt cum dicimus, *Cis een erg Car*. Latini rectius in *Caco* suo priorem syllabam productam retinuerunt; quo vocabulo malorum pater denotatur, qua vix vlla vox significantior queat esse, ad eius naturam exprimendam, quam totam scimus vehementissimo ardore ad mala præcipitem ferri, & homines, vt ferantur, maximo nisu omnibusque machinis continuo pulsare. Beatos, & ter beatos Romanos, apud quos siue Saturnus, siue filius eius Ianus fabulæ huic totum salutis humanæ mysterium intexuit, dum *Caci* antrum flammis & tenebris horrens finxit, ad quod boues, id est, homines bouum similes, retrorsum ad exitium trahebat: Hunc Hercules occidit claua sua; huic ara maxima Romæ consecrata, certum argumentum, Christum apud gentes, quarum caput Roma, prædicandum, Iudaica gente ob peruicaciam repudiata; à qua seculi legis in seculum gratiæ mutatione, *Euander* nomen accepit. Nemo miretur, aut indignè ferat, me sapius ad Christianæ religionis mysteria reuolui; cum totius *Hermathenæ* hic vnicus scopus sit, vt ex sapiente vocum interpretatione ad apicem sapientiæ veniamus; quem non alium, quàm Christum esse scimus. Hunc omnibus expectandum, plurimis suis vocibus nomenclator ostendit: & vt aliis aliud de eo prædicat; ita in nomine *Caci* declarat, quem is, qui mittendus erat, occisurus esset. Oremus ergo, dum *Caci* recordamur, vt desiderium, quo ad malum nos ferri sentimus, Christus gratia spiritus sancti extinguat: qui verus Hercules, vt de *Caco* triumphum duxit ad capitolium sempiternum; ita nos à *Caci* veneno purgatos vnà secum ad epulum ducat ambrosium, huic victoriæ præparatum. Neque illud hic omittendum, *Car* fauces nobis dici, propterea quòd & primorum parentum fauces, & nostræ item, ad malum inclinent, dum suauitatem potius sequimur, quàm frugalem, sobriam & modestam corporis refocillationem. Hinc Hebræi suum *קר* retinuerunt. Porro quia *Car* dicitur quasi *Ca Haar*/ atque id sic licet interpretari, vt idem sit quod malum detineo, tamquam vnco alligatum: obtinuit loquendi consuetudo, vt vox hæc pro columna ea diceretur, in qua ad publicam ignominiam flagitiosi homines spectandi deridendi que exponuntur. Ab *Hæ* item fonte, aqua videtur ad Latinos deriuata; non alia de causa, quàm quòd ea plurimis rebus optima videretur. Quid sitientibus plantis pluuiæ; quid vel solis, vel laboris, vel febris ardore tostis fontes sint & gelidi riui; quid coquis, & medicis, & omnibus denique hominibus ad diuersissimos vsus aquæ præstent, qui nescit; is quid scire possit, ignoro. Quantum commoditatis flumina, quantum maria, quantum reducti sinus, quantum freta, quantum ingentes lacus mortalibus vtilitatis apportent, qui expendere & ad calculum vocare velit:

— *Libyci velit æquoris idem*

Discere quàm multa Zephyro turbentur arena;

Aut, vbi nauigiis violentior incidit Eurus,

Nosse, quot Ionij veniant ad littora fluctus.

ἄρως.

Αἰῶν ὕδωρ dixit Pindarus : Thales ὕδωρ omnium rerum principium collocavit: quod nos de ipso summo bono, siue omnium bonorum Oceano, intelligimus; qui verè ἄρως est, & verè ὕδωρ, id est, vt in prima lingua sonat, custodiæ origo. Siue igitur ἄρως dicas, siue ἵνδ-ἄρως; de eodem principio agere videberis: quandoquidem vt per ipsum bonum omnia fiunt; ita omnia conseruantur, & in sua quæque essentia & statu custodiuntur. Orphici ergo, & quotquot ex eisdem fontibus biberunt, ἵνδ-ἄρως, siue Aquam, principium omnium dixerunt; symbolo tribuentes, quod ei quod significaretur, conueniret. Vt enim boni est, ex alto ad omnia descendere, & ex infimo loco omnia sursum educere, & generatim se omnibus communicare: ita inter elementa, aqua ex alto descendit, & rursus per halitus attollitur, & congelata flumina effundit, atque omnibus sese largissimè communicat, & animalibus, & plantarum omni generi suppeditans alimenta: nec his tantum, sed ipsis etiam elementis, dum crassescens terra fit, rarefcens aër, & in maiorem subtilitatē attenuata transit in ignem. Cùm citra alimēta animalia nulla viuere possint, omneque alimenti genus aquæ debeat: cùm nec herbæ, nec radices, nec caules, nec arbores, nec arborum fructus, nec seminum aliquod genus citra aquam crescere possit aut nutriri: necessariò colligimus, omnibus se aquam communicare, & citra eius custodiam nihil conseruari aliq̄ue posse. Quòd autem ἄρως pro aqua, ipsius summi boni tessera, apud maiores etiam nostros in vsu fuerit, certissimum capias argumentum ex voce ἄρως, quo vas notatur quo aqua hauritur. Hinc apud Græcos non ἄρως tantum, sed ἀνάρως etiam & ἀνάρως nomen sortitur, ceu ἀρ-ἵατ, id est, aquam tenens, diceretur: quia scapha in aquis & se teneat & vectores: & generatim omnia quæ per aquas portantur. Macrobius & alij non pauci docent, Acheloi nomen generatim pro quauis aqua poni: at cur id fiat, non assequuntur. Seruius Oceani & Tethyos filium facit. Etymologiarum scriptor pro quauis aqua nomen vsurpari annotauit: verum causam vocis non adiecit. Nobis ἄρ-ἵατ significat altum aquæ caput, siue excelsum aquarum principem. Quemadmodum ergo Bacchus pro vino, ita Achelous pro aqua dicitur, deo præside, pro eo cui præsidet, collocato. Flumen itaque Ætoliam & Acarnaniam dirimens Acheloi nomen accepit, non à ficticio rege, vt plurimi comminiscuntur, sed ab eo quòd princeps esset fluuiorum illius terrarum tractus, & idcirco à præcis Cimmeriis ita vocatus. Hinc illud Virgilij intelligitur,

Poculaq̄ inuentis Acheloua miscuit vndis.

Nec aliò fabula de cornu eius spectat, quàm vt intelligamus, aquæ beneficio & irrigatione magnam fructuum copiam è terra provenire. Sed hac de re alibi plura. Iam & ἄρως longum multis riuis apud nos nomen est, propter rectum & apertum fluxum qui nobis hac littera notatur. Atqui riuus quòd, rogo, properant? ad originem nimirum suam in qua cuique bene est, quæque omnibus bonum affert. Cùm ergo riuus ἄρως vocetur; non mirum ἄρως dici id quòd ἄρως contendit, ex litteræ C natura. Iam Oceanus quem omnium deorum patrem fecit Homerus, nedum ceterarum aquarum, eodem modo littora vndique ex alto ferit quo lingua dentium radices in pronunciando. Rursus igitur fluxus ad omnem partem se pressissimè applicans, bene per A & C exprimitur: quæ ratio vt in summo bono primum, ita sub cælo in aqua suam tuebitur veritatē, quoad corpora & elementa permittunt progressum. Quòd si Aristoteles hæc intellexisset, non tam crassè Thaletis sententiam fuisset interpretatus; qui eodem quo Homerus modo audiendus. Ex hac contemplatione illud intelligi possit, *Separauitq̄ Deus aquas ab aquis.* quod aliàs fortassis explicabo. Hoc iterum mirum est in ἵατ, quod & alteram includat rationem, quam sic expositam cernes: ἵα-τ, idem est ac si dicas, si haberem, quod proprium eius est qui vehementer desiderat. Quòd si circulare ex ἄρως & τὰ vocabulum fiat, Acca Laurentia nominis sui originē agnosceret; quæ qualis fuerit, frustra Latinos interroges, apud quos ridicula sunt quædam, quædam sacrilega de huius numine conficta; quæ Macrobius adducit. Constat Laurentalia Iouis festum fuisse, & in eo diis Manibus in velabro sacrificari solere: præterea de veterum relatu accepimus, cum Hercule eam coisse. Quis Hercules sit, modò sæpius indicatum; cui quid rei fuerit cum Acca, is clarè cernet qui norit hac voce medicinam mali denotari. Quàdo verò Acca habuit rem cum Hercule? Tum cùm in templo Olympico clauæ crucis inniteretur, finem facturus omnium veterum carimoniarum, quarum ambagibus obscurissimis vera religio, & religionis absoluta

ἄρως.
ἀνάρως,
ἀνάρως, etc.

Achelous.

ἄρως longum
multorum riu-
orum nomen
est.

ἵατ.

Acca Lau-
rentia.

Laurentalia.

Hercules cū
Acca coisit.

absoluta perfectio designabatur. *Lauer* nobis idem est, quod obliquis cursibus ventos *Lauer*.
 in mari aut maiore flumine capto; à *Laf-luer*/ quod est remissioni cursus repugno: for-
 mula compositionis eadem; quæ annotata est à nobis in *Gyauu*/ pro *Gar-autuen*. Prisci
 homines lubenter symbola ab aquis & mari ad religionem transfulerunt. Hinc nomen
Adam apud nostrates, pro primo homine; hinc *Srepper*/ pro creatore; hinc *Water*/ pro
 Deo patre. Nam veteres in hoc vitæ Oceano numquam directe & secundis ventis ad
 felicitatis portum ferebantur: sed obliquis flexibus, atque his infinitis, omnibus tamen
 per ambages eodem tendentibus. Aliis ritibus Iudæi, aliis Cimbri, alii alij, velut ob-
 liquis cursibus, utebantur, quo tandem per multos mæandros ad veram religionis me-
 tam deucherentur: Nec quisquam erat, qui recto & explicato orationis filo, Christi in
 cruce mortem aperiret: sed omnes, quotquot de ea, diuino instinctu, vel apud Hebræos *Christi in cruce*
 sunt vaticinati, vel apud Ianigenas; vel fabulis veritatem occultauerunt, vel obscuris & *ce mortem ne-*
 intricatis ambagibus, quæ vera hominis salus esset, coniectandum potius, quàm intel- *mo Iudæorū,*
 ligendum, dederunt. Huius obliquitatis non ante finis erat futurus, quàm is veniret, *Cimbrorum,*
 qui hos plus quàm Gordios nodos dissolueret; & quid iis vates inuoluissent, aperiret. *aut aliorum*
 Christi ergo pretiosissima mors ob eam causam Acca dicta est, quod omnem mali vim *recto & expli-*
 in nobis curatura esset; Laurentia verò, quod obliquis huius vitæ cursibus & doctrinæ *cato orationis*
 allegoricæ finem esset impositura: *Lauer-ent* enim finem notat omnis illius discursus *filo aperuit.*
 quo ventos captamus. Hæc autem mors cum Hercule concubuit in aperto quidem cæ- *Acca et Lau-*
 li templo; verum ita occultè, vt deitas apud vulgus lateret. Plutarchus in problematis *rentia dicta est*
 duas Accas Laurentias facit; & alteri in Aprili sacrificari solere asserit: quod equidem *mors Christi.*
 nec apud Latinos inuenio, nec vnde acceperit, coniectare possum. Nec illud satis pers-
 picio, quod dictum à Macrobio sit, decimo Calendas Ianuarias celebrari Laurentalia;
 cum ea sextæ diei tribuat Varro. Magnam in fastis errorum varietatem super Saturna- *Saturnalia.*
 libus fuisse, satis à Macrobio indicatum; de quibus quod antiquissimis placuisse cerno,
 id puto verissimum. Nonius itaque Atellanarum scriptor, & post hunc Mummius,
 septem dies Saturnalibus tribuerunt; ad quorum supputationem referendum, quod à
 Varrone dictum, sexto Saturnaliorum die Ioui Laurentalia celebrari. Quid quod post
 etiam, Macrobio teste, ad septem dies discursus publicus, & lætitia religionis extende-
 batur, adiectis Sigillanorum festis. Quamobrem vtut mensis diuersis temporibus *Sigillanorum*
 Romani fuerint partiti: illud perspicuum, & olim, & post, Macrobij adhuc ætate se- *sesta.*
 ptem dies festos Saturnalibus dedicatos fuisse, & in iis vltimum propriè Saturni nomine *Saturni dies*
 fuisse insignitum, vt & sabbatum esset, quod Saturno dedicatur, & æternam tranquil- *festus Sabba-*
 litatem meritis sextæ diei succedentem denotaret. Sextus igitur dies Accæ sacer, quia *thum est.*
 sexto die, & sexta eius diei hora, Christus cruci erat affigendus, & curationem omnis *Acca sexta*
 mali exorsurus, quam nona hora absolueret. Præter autem ceterorum parentaliorum *dies sacer.*
 ritum, quæ atræ die peragi Pontificum decretis vetitum erat, festus hic dies Atra dice-
 batur; quod in Varrone lectum, perperam correctum esse à M. Vertrannio Mauro ar- *Atra dies*
 bitramur. Credimus enim nec à M. Varrone, nec à quopiam alio intellectum, cur A- *mortis Chri-*
 tra diceretur; non magis sanè, quàm cur eodem die Diis manibus seruilibus facerent *sti.*
 Sacerdotes; quod tamen posterius tanta constantia in omnibus exemplaribus legitur,
 vt ne auderet quidem Maurus vocem Seruilibus eliminare, tametsi eam intelligere ne-
 quiret. Nos vetere lectione salua, & Atram diem dicimus, & Manes seruales vocamus; *Seruales Ma-*
 & non solum in his sacris Iouis fuisse mentionem, quem aliis atris diebus nominare ne- *nes.*
 fas ducebant; sed totum etiam sacrificium ad Iouem patrem dicimus pertinere, cui fi- *Laurentalia*
 lius Christus oblatus est, ad expiandos hominum animos, qui seruitute perpetua ipsi *Ioui celebra-*
 Malo erant adstricti. Diis autem manibus seruilibus faciebant sacerdotes, propterea *ta.*
 quod omnes omnium hominum manes in Cacodæmonis vinculis tantisper essent de- *Diis manibus*
 tinendi, donec ab Acca Laurentia liberarentur. Quàm verò Atra hæc dies fuerit, ex *seruilibus in*
 Evangelio notum; è quo tenebras per vniuersam terram medio die factas docemur. *Velabro sacri-*
 Porro optimè in Velabro sacrificium hoc peragebatur: vt Velabri & nomine & vsu *ficiam peragi*
 moneremur, ad id sacra hæc fieri, quo cœnum & sordes omnes ex hominum animis *solutum.*
 perinde tollerentur, atque per hanc lacunam vrbs sordes effluébant. Velabrum enim *Velabrum.*
 dicitur à *Duisen hzum*/quo cœnosa & fœda aqua denotatur: qua in voce mirum non est
 ut diphthongum in aliam siue vocalem siue diphthongum esse mutatam, eo quod illa

Latini non ferè vterentur. Nunc itaque scimus linguæ Cimmeriæ beneficio, cuius vſus in Italia fuit antiquiſſimus, quæ ſit Acca, cur dicta Laurentia, cur ſexto die culta, cur Atra eius dies, cur item Ioui Laurentalia celebrarentur, tum qua de cauſſa diis Manibus ſeruilibus in Velabro ſacrificium peragi diceretur. Quòd ſi Accam Venerem vocem, nihil peccauero: quoniam & dies Veneris, dies Accæ eſſet; & quia omnis hominum in Tartareum cœnum demerſorum venuſtas ſoli Accæ Laurentiæ debeatur. Acceperant fortasſe Romani à maioribus obſcuram aliquam opinionem, Accam Laurentiam ad Venerem ſpectare: quod cum non intelligerent, prolapſi ſunt in fabulas de ſcorto, quòd ſcorta Veneris propria eſſe exiſtimarent. Sed quid ſibi vult, quòd Romuli nutrix fuiſſe dicatur? Id ſecuta ſæcula apertum fecerunt, dum Romani non ſolum mortis Chriſti verbo ſunt nutriti & refocillati; ſed eò etiam dignitatis in religione adſcenderunt, vt ceteræ Chriſtianorù diceceſes ad Romanã, tamquã ad caput, referrentur. Meritò itaq. Venus Romanorum maioribus ſemper fauiſſe dicitur; meritò Acca Laurentia Romulum nutriſſe: tum quia Deus populum Romanum perpetuò ſeruauit, & euexit; vt ſub eius imperio mundus diuino diuini verbi neſtare recrearetur; tum quia Roma ex mortis Chriſti prædicatione præcipuum ſuum robur & æternitatem eſſet habitura: quæ cum ſe ita habere clarè videamus; quid ni Accam Laurentiam Romuli nutrice vocemus, è qua Romulidas omne lac, & omne roboris & durationis ſuæ nutrimentũ & iam olim ſuxiſſe, & hætenus fugere videmus. Eòdè & Lupa ſignũ Hieroglyphicũ ſpectat. Sic enim Acca vocabatur; quòd per ipſam ſolam populis omnibus cum Deo patre pax æterna ſanciretur: quod voce **Lupa**, ſiue vt integrè **Lut-pai** dicimus, nihil aliud ſignificetur, quàm reddo populos contentos: quod fieri non poteſt, niſi pax cum Deo patre contingat. Nam à verbo **Pai**, quod eſt contentum reddo, fit **Pais**, quod Latinis Pax eſt: quoniam nullius populi votis ſatiſfieri poſſit, niſi pax cum Patre noſtro cæleſti intercedat. Quàm hæc bene quadrant cum Hercule, Accæ amico, ſemper dicere ſolito, *Pax huic domui: & Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Quam pacem?* Eam quam per Accam dedit mundo: quæ idcirco **Lut-pai** vocata, & fabulæ de Lupa Romuli nutrice conſictæ, & ſigno nomini ipſi proximè reſpondenti dedit occaſionem: nec aliunde factum, vt Lupa pro ſcorto publico caperetur; quàm quòd meretrix populum contentum reddat, totius populi, non vnus ſatiſfaciens voluptati. Sed hæc propria erant antiquitatum Romanarũ, in quibus de Euandro, de Hercule, de Caco, de Ara maxima, quæ hætenus Romæ eſt, de Acca Laurentia, de Quirino, de quæ id genus ceteris, ſi tempus detur, ex aduerſariis noſtris agemus. Hic exempli dumtaxat cauſſa tractanti neceſſarium fuerit hæc obiter diſcutere, & ad ſcopum dirigere veritatis; partim vt cudendarum vocum ratio tradatur; partim vt omnes intelligant, quòd cognitionis vſq. per has litterarũ minutias adſpirare poſſimus. **Dat** itaq. & **Ac** eo differunt, quòd illo, dum actus habet notionem, notetur ſpiratio ad bonum; hoc verò ipſum bonum, à quo quia omnia pendent, **Dat** itidem vncum notat, quòd ex bono, tanquam vncò & capite catenæ ſouialis omnia dependeant. Poſſet quiſquam mortalium ingenio ſuo tantum valere, tantum intelligere, tantum inueſtigando aſſequi, vt hoc artificium quod in vocibus his, **Dat** at/ra deprehenditur, æquaret? Quàm verò prope naturam ipſam nomenclator ſit ſecutus; declarat ea particula orationis quam Grammatici Interiectionem vocant. **Ach** enim dolentis eſt, ob bonum amiſſum, ſpiritu nimirum poſtpoſito, vt ſignificetur bonum ante præteriſſe, quàm toto ſpiritu ad ipſum ferremur. Huic ſi **Tau** nota vinculi addatur, fit verbum, quo ſignificatur Bonum æſtima quaſi quis dicat, illud tene, & tibi alliga; quod ſi amiſeris, dolebis, & exclamabis, **Ach**. Iam quia hæc littera **C** dentium inferiorum radices vndique contingit, factum eſt, vt **Ch** ſit optantis; ceu diceretur, in rotundo rerum curſu vellem hoc contingere. **Ch** porò idem eſt quod **Etiam**, rotundo videlicet rerum decurſui adiunctum ſiue contingens illud, quod eſt modò deuolutum, quod Latini cõuerterunt, pro **Ch** Quoque dicentes, tempore etiam mutato, quod frequenter in vocum imitatione neglectum videmus, vt apud Græcos in **ἀνο** ab **Ac** & apud Latinos in aqua ab eodem. Hinc item fit vt **Ch** ſit angulus; quia ſuperficies ſeſe in angulo cõtingant. Sic & **Com** pro Venio dicimus, ceu diceretur ipſum **Om**, id eſt, rerum circuitum attingo; à quo Hebræi **om** habent, ſignificatu nonnihil mutato, pro Surgo. Sed in **Cap** apertiffima eſt huius litteræ notatio, ſignificante nimirum ipſum

ipsam supremum vndique è medio eleuato, contingens ea quorum est supremum. In domo, in templo rectum supremum, in mundo calum, in vestibus vestem supremam rap vocamus. Est igitur rap quasi coniunctum ipsi hap, quod est apprehendo. Sed hac de re in Hieroglyphicis. Hæ eadem littera fit ran pro possum, & scio; quorum vtrumque in eo consistit, vt is qui potest vel scit, id quod potest vel scit apprehendat; atque a se complectatur. Hinc Canis apud Latinos, à notitia, quod ea hoc animal maxime valeat, vt vel solo Vlyssis cane queat conuinci. Hinc ran nobis pro poculo, quonia pocula plurimum possint, & homines reddant omnium rerum & gnaros & potentes. Can verbum in præterito imperfecto facit ran; vnde *κύων* pro cane. Plato testis est Phryges olim canem eiusmodi voce nominasse; cuius testificatione fretus nihil vereor asserere, olim canem apud Cimbricos ran fuisse nominatum; à quibus Græci *κυνες*, & Latini canis nomen retinuerunt: quarum vocum nec hi, nec illi veram rationem assignare possent. Nos hæcenus dicimus vulgato proverbio, *Contra sensen hent*, è quo charientismo clarum est, *Can* olim canem denotasse. *Con* apud nos idem est quod poteram vel sciebam; quæ vox si producat, fortem & animosum notabit. Canis autem non solum notitia plurimum valet, sed animal etiam est animosissimum. Non mirum igitur, si Canis philosophi symbolum fiat, cum proprium philosophi sit, & plurimum in rerum causis cognoscendis posse, & animum habere maximum. Non leue igitur fuit Socratis iurandum, dum per canem iurabat: & quauis Plato fortassis huius etymologiæ esset ignarus, ductum tamen rerum & rationis eò peruenit, vt intelligeret, Remp. tum optimè habere, cum vel philosophus regnaret, vel rex philosopharetur; quod apud nos regis nomine significatur. *Con* enim eam habet, quam dixi, interpretationem, cui *hant*, quod est omnia ex se habere suspensa, adiunctum, facit *Conting*; quo nomine rex vocari non meretur, nisi rerum earum quas regit, scientia polleat, & potentia plurimum valeat, & pectus ad res gerendas habeat animosum, & talis præterea in regno suo sit, vt omnia ex ipso, non ex alio, pendeant. Hebræi Melech dicunt, quæ vox ad primam linguam vocata cum significat qui docet atque aperit hominibus ipsum *Erst* siue *Egt* id est, legitimum quo omnia deuinciuntur. Quidquid regis est, *Melech* explicabit, si quis ab *Erst* ad *E* progrediatur, quo iustam rerum omnium vnionem denotamus. Habent Latini Regis nomen, sed vnde deriuetur, parum intelligunt. Neque enim Rex à rego fit, sed & hoc & illud Cimbricos habet natales. *Re* rationem signat, quia fluxus est ad vnum: cui contrarium *er* / vnde *Erro* Latinorum. Hinc *reerst* quasi *re herst*. Est autem *reerst* annecto & deuincio: & vt nomen quo aliquid firmiter tenetur. Et est alioquin à *re re-ig*, & hinc *reig* & *reigt*; sicut ab *Er*, *ee-ig*; & hinc *eigen* / & *eegen* / & *eegt*. Vel ergo compositam vel simplicem dictionem intelligere licet, citra significationis mutationem. Quid quod litteræ *rh* & *t* adiectæ ipsi *re* notant, per *reerst* ipsum *re* ad omnia præ se appellari & alligari. A *reerst* fit Rex, quasi *reests* primum nomen fuisset. A *re* item fit *reegen*, pro eo quod est per rectum ducere: vnde *Rego* Latinorum. Rex itaque is erit qui omnia ratione fieri curat, & sic consistere, vt non solum eam tangant; sed cum ea etiam sint deuincta. A *reegen* fit *reegel* / quæ mensura est ad quam res quæpiam dirigitur; à quo *Regula*. Videmus itaque ex hac nostra lingua, non regis modò officium; sed illud etiam quod omnia ad rectam rationem sint dirigenda; & rectam rationem nihil aliud esse, quam fluxum ad vnum, per *R* & *E* significatum: quarum litterarum sonus ipsarum rerum similitudinem gestat. Quis hinc non obstupescat, immò quis non è mentis stupore, in quo hæcenus plerique iacuerunt, excitetur; dum tantum videt rerum vna vocula contineri? Quam breui compendio *Ethica*, *Oeconomica*, *Politica*, atque ad eò omnem scientiarum & artium basim complexus est, qui nomen *reerst* primus inuenit: Sed dum de basi fortè loquor, in mentem venit nominis Græci, quo Rex nominatur; *βασιλεύς*, *Basis* est populi: quo nomine indicatur, nullam humanam societatem bene fundatam & stabilitam esse, nisi ab vno capite regatur:

Ὅν ἀγαθὸν πολυκοινοῦν, εἰς κοίτης ἐστὼ. id est,

Multorum imperium prauum, rex vnus habetur.

Bas autem siue *Bas* a longa, est epitheton terræ, factum à *bie-acs*, quo præbeo alimentum significatur. Vnde fit vt *Bas* non solum infimum elementum notet, sed quemuis etiam qui nobis alimenta præbet. Sic vulgò famuli & domestici omnes herum suum

Hap. 111
Can.

Canis.

κύων.

Con.
Conti.

Canis, philo-
sophi symbo-
lum.

Conting.

Rex vnde
dicitur.
Er.
reerst.
reest.

Reegen.

Regel.
Regula.

βασιλεύς.

Bas siue
Bas.

Basis. **Bases** vocant, quia videlicet omnibus suis domesticis alimenta præbeat. Iam quia terra quæ *bas* vocatur per excellentiam, omnia sustinet atque firmat, factum, ut *bas* pro fundamento stabilimento quæ quarumvis rerum poneretur. *λεως* porro populus est, à *Λι* nostrati, unde & *לב* Hebræorum. *Basileus* igitur non stabilimentum tantum est, atque populi sui firmamentum, sed pastor etiam, & is cuius est offerre omnibus alimenta. Hinc bene Homerus Regem *ποιμένα λαών*, uti modò dixi, vocavit; hac ratione *Basileos* nomen, licet fortasse nesciret, interpretatus. Credo equidè à Phrygibus Ionix vicinis cum plurima alia, tum hoc etiam didicisse. Quòd si *Basileus* est qui non solù populum confirmat, sed etiam alit, quid de illo dicendum quem per duo pugnancia vocabula poëta *Διμόβορον βασιλέα* vocavit? O quàm providus fuit rerum omnium nomenclator! qui veritus, ne populus à Rege deoraretur, illud cognomen Regi dedit, quò moneretur, ut populum pasceret. Sint igitur Reges populorum pastores, non demoueri, si *Basilees* dici velint; semper item se, & sua, atque omnes, & omnia omnium ad rationem dirigant, & in ratione cõtineant, si Reges, ut dicuntur, ita esse cupiant. Porro Coningi dici non merentur, nisi plus ceteris & sciant, & possint, & animosè gerant, atque tales se præstent, ut ex ipsis omnia pendeant: quæ quatuor diuina dona ad Cimbricum regis nomen implendum requiruntur. Sed quia à *bas* sumus prolapsi, addamus & illud *bas* pro infimo etiam dici, quod à Germanis Franco Romani, & Itali, & Hispani Germanifantes retinuerunt. Hinc *Bassus* apud Musicos pro infima voce, in qua quodammodo *basis* est ipsius cantus. Vidimus obiter quid sit *Basis*, & unde dicatur, quod hæcenus neminè puto animaduertisse. Terra itaque prima omnium *basis*, quia omnibus suppeditat alimenta: hinc ad sustentaculum transit, quia omnia tellus sustinet: inde rursus ad infimum, eo quòd elementum omnia alens & sustinens sit infimum. Habemus nunc explicatas rationes, ob quas *Canis* apud Græcos & Latinos nomè sit adeptus, & qua de causa *tessera* sit philosophorum; nimirum, quia notitiam optimam habeat, & ignorantiam summè oderit: quod satis declarat, dum eundem, cum ignorus est, latratibus & moribus inuadit; & post, cum innotuerit, adulatione demulcet. Non enim hominè oderat, sed ignorantiam; qua depulsa, odium cessat. Ex hoc liquet, quid sibi fabula velit, qua fertur, à cane *Cyrum* maximum Persarum regem fuisse enutritum: haud aliud nimirum, quàm *Cyrum* omnibus regis dotibus fuisse præditum, quæ *canis* simbolo denotantur. *Canis* enim ab eo quòd notitiæ sit excellentis, nomen habet, & non olim dictus est, quòd non tantum notitiam habeat, sed quòd potès etiam animal sit, & animosum: quas virtutes in regibus esse debere, Cimbrico nomine docemur. Hinc *Anubis* capite canino pingebatur, qui in Hieroglyphicis *tessera* gerebat eius qui nobis iter ad custodiam & tutelam nostri demonstrat, quem *Hermanubin* etiam vocarunt. *Plutarchus* hac de re ita: *ὁ δὲ ἀναφάνων τὰ κέρνια καὶ τῶν ἀνω θεωρούμενων ἀνυβίς λόγος, ἐστὶ δὲ ὅτι καὶ ἐρμάνυβις ὀνομαζέται*, id est, Ratio atque sermo nobis cælestia & superiorum lationes declaratans, *Anubis* est, qui & *Hermanubis* vocatur. Credidit fortasse ab *ἀνω*, quòd sursum notat, vocatum *Anubin*. Priscas, apud Ægyptios sacerdotes, voces Phrygias fuisse, fabula de *Ber* ostendit. *An* siue *an* nobis est nota cuiusuis ad anteriora progressus, ut ostensum est. Hic itaque pro *Ad* ponitur. Quocirca *Anubis* integrè diceretur *An-hu-wijs*, id est, ad custodiam monstro. *Hui* siue *hu* custodia. *Wijs* demonstro. *Anubis* igitur *canis* caput habet; ut moneat, neminem, nisi sagacem, iter ad custodiam posse monstrare, & de nomine *Canis* neminem rectè hoc iter docere, nisi quòd docet, ipse prius norit. Demonstrat præterea eum qui docet, animosum esse debere, & audacter latrare contra ignorantes. *Canem* autem symbolum doctoris esse, non de vetusto tantum nomine, sed etiam ex *Esaiâ* discas; apud quem dicit Dominus: *Speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi; canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia: Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem; ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam.* Hic videmus, populi siue pastores, siue doctores, siue *Episcopos*, canes vocari: quoniam ipsorum sit tum scire & videre quid in omnibus fieri oporteat; tum alta voce & magno animo docere veritatem, & lupos omnes à grege, quem custodiendum acceperunt, arcere. Accusat ergo eos Deus, quòd non solum non doceant, & latent contra ignorantes, sed ne ipsi quidem videant, & sciant veritatem. Tum etiam tantum abesse, ut gregem pascentem contra lupos custodiant, ut ipsimet perpetuò prædis inhiant, auaritia nunquam satianda.

Regis veri quatuor diuina dona in nomine Cimbrico Coningi

Bassus.

Canis, tessera philosophorū.

Cyrum Persarum rex quare à cane enutritus dicatur.

Anubis quare depictus capite canino.

Hermanubis.

An.

Hu.

Wijs.

Anubis unde dictus.

Canis, symbolum doctorum, pastorum, populi, & episcoporum.

fatianda. Non habere itaq. eos quæ in bono cane laudanda sunt; sed ea quæ in hoc animali sunt vituperanda; voracitatē scilicet, & impudentiam, & pro vigilia altū soporem. Videtur apud Hebræos etiam Cimbricum Canis nomen restare Cantib ; quo significatur notitiæ amicus; aded vt parum absit à philosophi notione, cum idem esse videatur amicus notitiæ, & amicus sapientiæ. Nil autem miri, Nun esse exemptum ab Hebræis, vtpote trium litterarum, quàm veræ rationis, amantioribus. Ex his itaque & Anubis interpretatione liquet, custodiæ doctoribus Anubin præsidere: cui si Hermæ nomen præponas, idem fuerit ac si diceretur, publicus monitor ad custodiam iter monstrans. Miror Pierium pro impudente hominem canino capite pinxisse; cum Anubis sic pingeretur, non pro impudente, sed, vti dico, pro numine custodiam tutelamque homini demonstrante: tum quia Canis custos, & nomine suo scientiam indicat; tum quod contra veritatis & sapientiæ desertores non dentes modò, sed animum etiam & latratum habere oporteat. Præterea custodiæ doctorem sagacem decet esse, partim in rerum causis inueniendis & explicandis, partim in discipulorum ingeniis agnoscendis atque tractandis; tum etiam vigilem, ne quis error, ne quod peccatum, ne qua fraus irrepit. Quamobrem in sacris Isidis Anubis præcedebat, vti doctor & præmonstrator tutelæ omnium, cuius ritus causam nequicquam ab aliis interrogas. Quod verò custodiam potissimum doceret; palmæ ramo & caduceo ostendebat, quorum hoc læua, illum dextra portabat; indicium se pacem demonstrare & victoriam: pacem quidem cum patre cælesti, victoriam verò aduersus draconem & mortem; quibus rebus tota humani generis tutela continetur. Ed enim omnis religio, omnes ritus, omnes cærimonie spectant; vt discamus, qua via, quo deprecatore, quo medio pax nobis cum æterno patre sit concilianda, & victoria aduersus cacodæmonis & carnis insultus consequenda, quo ab interitu æterno custodiamur. Liquet itaque vocem hanc primùm & propriè Christo conuenire, qui nos ducit ad Isidem, ipsius Patris sapientiam & veritatem, per quam ad patrem venies; quem *Ons Her*/ id est, Dominum nostrum vocamus, à quo corruptum Osiridis nomen apud Egyptios remansit. Sed de his plura in Hieroglyphicis. Vide quàm philosophum me reddiderit vetus canis apud Phryges nomen; à Platone commemoratum illud quidem, sed minimè ad originem suam reductum. *Can* igitur siue *Ken* idem est quod possum & nosco. Nunc quid summa nostra potestas nobis, quid summa notitia præstat? Id si scire velis, conuerte vocem, quæ *Dat*/ siue *Pek* facit, quod significat appropinquo. Sed quid est, cui summa mentis potestate & summa notitia euadimus propinqui? Ipsum illud, quò omnia desiderio supremo feruntur; ipsum videlicet bonum, quod nobis *Coet* dicitur, à *Got*/ qua voce Deum vocamus; quia bonum à Deo descendit, & ad Deum deducit, dum de Cimbrica nominis deriuatione cogitamus. De hac potestate, qua Deo propinqui euadimus, locutus est ille qui dixit: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Per notitiam item sic Deo appropinquamus, vt in eo cognoscendo vita æterna & summa felicitas consistat. Optimè igitur *Can* & *Dat* voces hanc habent conuersionem, vt prorsè utilitatem versa proponat. Ab hoc vocabulo *Can*/ Latini retinuerunt Vulcani nomen. Idem enim est *Dul-tan* siue *vol-tan* quod plenum scientia & potestate: quæ vis à Deo filio, qui patris sapientia est & potestas, ad omnes creaturas descendit. Hinc quia inter corpora maxima vis est ipsius ignis, factum vt ignis Vulcanus vocaretur. Calore enim ignis omnia & fabricantur & viuunt. Calor igitur ille cælestis verè est Vulcanus: verùm dum in corpora & elementa frigida decidit, claudus efficitur. Quia autem caloris huius beneficio ferimur & eleuamur; *Heph* *Hars* vocatur, id est, eleuans celeriter, vel eleuationis celeritas; vnde Græci retinuerunt *ἠρπυγος*. Huic uxorem dant Venerem; quia caloris vitalis effectus est pulcritudo. Quòd si Deo vox applicetur; vim eius opificem notabit, atque inde per ordines superiores ad inferiores descendit, omnibus notitiæ & potestatis particulas distribuens, quas venustas pro sua cuiusque portione comitatur. Volcani igitur proprium est, scire & posse, qua de causa faber vocatur; & cui maxime affulserit, ei plurimum notitiæ potestatisque ad faciendum agendumque largietur.

Anubis in sacris Isidis præcedere solet.

Osiri.

Can siue Ken.
Dat siue Pek.

Coet.
Got.

Vulcanus.

Hephars.

PERCAMVS nunc ad D, quæ medium sonum facit inter T & Th; de quibus Terentiani versus repetantur:

At portio dentes quoties suprema lingua
Pulsauerit imos, modicæque summos;
Tunc D sonitum perficit, explicatque vocem.
T qua superis dentibus intima est origo,
Summa satis est ad sonitum ferire lingua.

D littera sym-
bolica signifi-
cacio.

Tau.
Tant.
Dens.
Te.

To.
Tot.
Doc.

Tai.
Doct.
Coem.
Cam.
Mat.
Moet.

Iuuds.
Anubis hieroglyphicum
signum.

Menschy.

Domo.
Dauao.
Dapulo.
Dpua.

Plato huic litteræ vincendi ligandique vim assignauit, fortasse non alia ratione, quam quod prima esset in *Δευδος*. Nam quod de vi innixus & compressione dicit, non admodum mihi probatur. Hebræi linguæ litteras dicunt, quam aptè, ipsi viderint. Suspicio fanè Platonem apud Ægyptios sacerdotes de mysteriis Tau leuem accepisse auditio- nem, qua ligandi ratio fuerit indicata. Nos Terentianum & Martianum Capellam laudamus, qui linguæ ad dentes appulsu has litteras formant. Dentes autem apud vetustissimos hominibus dati dicebantur, quo iis lingua coërceretur. Hinc Homero frequens *ἔρκος ὀδόντων*. Cùm igitur in harum pronuntiatione linguæ extremitas dentibus, quibus sonus eius ligatur, impellitur & coërcetur eorum illusione, fit vt sonus earum ad vinculi vim exprimendum commodus videretur. Hinc Tau funis nobis vocatur, & Tant dentes, quia sermonis progressum per Au notatum dentes coërcent; vnde dens Latinorum. Te apud nos, ad, & in, significat; quia lingua ad dentes appellitur. Sic, Te Louen/ id est, ad Louanium, vel in Louanio: Te doct/ te gant/ idem quod ad faciendum, ad eundem. To item & Tot/ ad etiam & vsque notant, eadem ratione, quod lingua ad dentes vsque se extendat. Quia autem dentibus clauditur, To etiam clausum apud nos signat. A To pro ad, fit Doe pro ago; quia quicquid agitur, ad aliquid refertur, tamquam suum finem: & quia in To/ T coniungitur ipsi O, indicatur, omnia quæ facimus, ad æternum finem esse destinanda: quoniam æternitas rotunditate eius notetur. Artificium vocis minimè negligendum, à quo aliæ linguæ longè recesserunt. Tai significat id quod lentum est, & difficile ad rumpendum, quæ natura vinculis apta est. Doct est mors, quia nos æternitati alligat. Coem est frenum, in quo aperta ligandi vis cernitur. Cam est domitum, cui opponitur Mat/ pro indomito; sicut illi Moet pro animo, quod animus freno maximè aduersetur: & quia animo indomito, in quo superbia est, in omnes necessitates & molestias incidimus, factum est, vt Moet pro molestia, dum nomen est, ponatur; dum verbum est, idem significet quod necesse est. Nusquam nomenclator à religione nostra aberrat: semper plus habet in recessu, quam prima fronte promittat. Quod si rectè consideres, à freni nomine, per conuersionem, animi nomen fieri, quia animus freno sit contrarius: intelliges, qua de causa animus noster figura equi in hieroglyphicis signetur: qua de re in Veneticis, quo loco Diomedis equos ad significationem deduco. A Moet Græci *θυμὸς* fecerunt, conuersione litterarum, & aspirata pro tenui admissa. Huc spectat Anubis hieroglyphicum signum, in quo tria capita, canis, hominis & equi, significant, doctorem debere non solum scientiam habere, sed animum etiam. Facies igitur media Selenica est, & barbata, Doctoris symbolum gerens, quæ media ponitur, vt in animo & notitia humana ratio in medio contineat omnia, & id faciat quod homo Cimbrico suo nomine facere iubetur: Menschy enim dicitur à Men-schy/ quo signatur, ducit seipsum. Quia igitur notitia & animus ratione in medio continentur, caput hominis inter equum & canem medium locum fortitur. Quæ à Plutarcho de horizonte & duobus hemispheriis dicuntur, vana sunt, & nihil ad Anubin. Ducamus itaque diligenter hunc equum & canem, ad illud ipsum, cui per notitiam & potestatem euadimus propinqui. Triceps fanè hæc imago cùm propria sit eius qui docet; tum etiam cuiusuis hominis rectæ rationi potest accommodari: eo quod recta ratio Doctoris officio in homine fungatur. Equus ergo animi tesseram gerit, qui Moet nobis dicitur, à Mat quod indomitum signat. Coem contrarium, frenum animi notat, à Cam/ quod est domitum: atque aded à Cam/ Domo Latini seruant, licet ad Coem propius accedat. Græci à Cam *δαμῶ*, & *δαμῶ*, & à Cam/ quod idem est, *δαμῶ* per metathesim retinuerunt: quas voces è Cimbrica lingua ad ipsos venire, quamuis conuersio nobis peculiaris non clarissimè doceret atque demonstraret: de vocum tamen nostrarum breuitate & simplicitate satis perspicuum esset, primogenium ius penes Cimbricos fuisse: quandoquidem naturæ aptius sit paucis mediis, quam multis, ad eundem finem peruenire. Nec est alienum ab huius litteræ natura, quod articu-

articulum *Het* finiat; propterea quod veluti dentes linguam reprimunt, ita hæc littera spiritum vagum continet, atque ad certam rem coërcet. Vim autem maximam in hoc elemento esse, ipsius linguæ usus declarat, dum breuitatis, quam ubique quærimus, gratia, articulus cum eo cui audientis mentem adstringit, in vnam coit vocem. Tum enim reiectis *H* & *E*, solum *T* relinquatur, quasi satis per se virium habes, vt intelligentiam ad vnam rem coërcet. Exempli gratia: pro *Het hoot* dicimus *thoot* / quo ipsum caput notatur; qua voce sacerdotes Ægyptij Mercurium vocabant: quoniam nihil aliud Hermæ apud priscos Cimbroſ erant, quàm quadratæ pilæ, quibus supernè caput imponebatur; quarum vsum Hipparchus primus, si Platoni credimus, Atheniensibus ostendit. Plurimis enim id genus columnis, tum in vrbe, tum agris, collocatis, sententias graues inscripsit, quibus homines ad probitatem sapientiamque excitaret. Quod autem quidam *Det*, quidam *Det* scribunt, inde factum, quod capitis diuersa nomina sint, *Deet* / *Hoot* / *Huet*, quorum primum ab imperio & calore animalium spirituum deductum; alterum ab *Hoo*, quod altum est, cui Tau adicitur, quod caput nos alliget altissimo; tertium est ab *Hue* / quod idem est cum *Hui*, id est, custodio & defendo: propterea quod caput prouidentia sua totum hominem tueatur. Diphthongus autem *ue* à Græcis transponitur, vt sit *eu*. qua de re prius. Hinc *thuet* pro *thuet*, quo Campani Brabanti ferè nomine caput appellant. Sive igitur *Det*, sive *Det* dicatur, parum interest. vtrumque certè nomen ipsum caput significat. Nec mirum, multa nomina capiti dari, cum multæ sint eius dignitates. Est igitur & quartum nomen *Hooft* / quo non pauci vtuntur, quod compositum est ex *hoo* & *hest* / quorum illud altum notat, hoc idem est quod eleuat. qua nominis ratione monemur, nos semper à capite nostro ad suprema ferri debere. Hinc *Theutates*, apud Gallos & Germanos, Mercurius vocatus; quod nihil aliud est, quàm caput habens: *Hat* enim idem quod habet. Nam præter caput Hermis nulla membra erant, exceptis Ichyphallis. Sed de his alibi. Quoniam porro *D* & *T* vincendi officio funguntur, fit vt frequenter à nostratibus eximantur, ceu satis litteræ citra vinculum cohærerent. Sic ex *Dater* & *Dader*, quod idem est, *Datt* facimus; atque inde, si lubet, syllabas duas in vnam contrahimus. Sic ex *moeter*, *moer*; ex *hoeter*, *hoer*, & similia è similibus formamus. Latini, dum duæ vocales nimis hiulco coitu viderentur cohærere, *D* sæpius interposuerunt, vt ex *Re-eo* fecerunt *Redeo*, ex *Re-amo* *Redamo*, ex *Re-emo* *Redimo*, à *Re-ago* *Redigo*, & similia è similibus. Plauto frequens est eadem euphoniæ ambitio in diuersis vocabulis, quorum prius in vocalem definit, & potterius à vocali sumit exordium. Sic in *Afinariæ* actu primo. *Argyrippus. Solus solitudine ego te .d. atque ab egestate abstuli.* In eadem fabula: *Me .d. amantem dixit*, pro *me amantem*. Idem in *Epidico*, *Hæc adepol remorata me .d. est.* quibus plurima apud hunc auctore leges similia, in quibus *D* vincit vocales, aut potius coërcet, ne concurrant. Verumenimvero quidquid huius sit, id saltem constat, in *Tau* nomenclatorem nostrum seruasse, vt eo in vocabulis vincendis & iusto fine claudendis vteretur; quod tam frequenter in variis vocibus licet videre, vt superuacaneum videatur hac de re plus fundere verborum: & erit alioqui in signo signorum supremo in Hieroglyphicis accuratè rursus de *Tau* agendum. Quamobrem exempla plura hoc loco non putavi recensenda, ne, dum quàm possum celerrimo curriculo ad metam *Hermathenæ* propero, inutilis me prolixitas demoretur.

SVCCEDAT **F**, de cuius ferina pronuntiatione quæ scripta sunt, Romanis relinquamus, quos in loquendo durius os, quàm nostrates habuisse, vel ex huius folius litteræ sono coniectes, qui nobis minimè talis est, qualis apud ipsos habebatur. Suavi enim spiritu efflatur, labro superiore leuiter ad inferius depresso, & inferiore interius ad superiores dentes retracto. Huius litteræ magna cognatio est cum **V** consonante; nec cum ea simplice solum, sed cum ea etiam quæ duplex vocatur, & duplicis **V** figura pingitur. Apud Græcos eius loco **Phi** habetur, quod duriusculum est. Lenissimum est **V** simplex consonans, deinde idem duplicatum, tertium locum habet **F**, quartum **Phi**. Habet item hæc littera nonnihil cognationis cum **P**, sicut & **V** consonans. Allemani frequenter quo loco nos **P** efferrimus, post **P** litteram **F** ponunt, pro *Peil Pfeil* / pro *Peper Pfeffer* / pro *Pal Pfal* / pro *Perd Pferd* / pro *Paut Pfand* / pro *Pap Pfaff* / & similiter alia multa permutant. Ex vicinia hac factum, vt ex *Duer*, quod est porto, Latini faciant *Fero*, pro

Hermæ.

Deet.
Hoot.
Huet.
Hoo.
Hui.

Dat sicut Det.

Hooft.

Theutates
Mercurius
vocalis.

D littera a-
pucl Latinos
duabus voca-
libus sape in-
terponitur
euphonia
caussa.

F littera sym-
bolica signifi-
catio.

Duer.
Fero.

diphthongo, qua carent, posteriore vocali relicta. Nomenclator cognationem hanc secutus est in deriuandis vocabulis; vt dum ex *Wuer* facit *Wert* pro equo, vbi V in P mutauit; cui Germani F addunt, vt mixtum quid audiatur. Idem in *faem* F fecit ex w. Est enim *faem*, *wat-hem*, id est, venti vox, vnde *Fama*, & *φῆμι*, cū tota propagine. Hinc fit vt varius huius consonantis vsus habeatur. In fine V consonans, siue simplex, siue duplex crebrò transit in F; vt è *lieue lief/ hocue hoef/ roouen roof/ leuen les*. In conuersione nonnūquam ex w fit f, vt ex *wal*, quo vehementia notatur, *laf*, quod in conuertendo nobis in V consonans transit. Ex *laf* enim quo imbecille denotatur, fit *fal*, pro cado, quod nos *ual* dicimus: Casus enim sequitur imbecillitatem & impotentiam. A *fal* fit *fael* pro erro, quod est cadere de recta ratione. Ex eodem *fal* fit *fals*, pro mendaci & impostore; & *falsen*, pro corrumpere per fraudem. Ex hoc fonte *Fallo* & *σφάλω* cum tota sobole deriuantur. Radix igitur in eiusmodi examinanda, quæ est *wal*, quo latitudo roboris notatur; quasi dicas, latè patens ad omnia. Hinc *wal* in aqua bullio, *walt* magnum robur, *wal* agger hostibus oppositus. Ex *wal/wel*, & apud quosdam *wael*, pro bene & bono; quoniam quæ bene habent, sint valida. Ex *wel* fit *wil*, pro volo; quia omnes id volunt quo bene habeant, quodque ipsis bonum sit. Proprium enim voluntatis, scopū ipsum bonum esse, non minus nomenclator, quàm Aristoteles perspexit. *Wil* in præterito imperfecto habet *wol*; vnde Latinorum *Volo* & *Voluntas*, Græcorum *βούλομαι*. A *willen* infinitiuo habent *Velle*, & *Vellem*. A *wil* fit *wijl*, pro temporis duratione, ad quam omnium prona est voluntas; quamuis hoc à *wijl* deduci queat, quod est, latè longèque transit. Sed conueniunt duæ rationes ad eandem vocem non infrequèter, & id quidem non citra artificis maximam laudem. Vt in *wiel* quoque, pro alto aquarum gurgite, causa significationis ex *wel* siue *wal*, pro bullio, capi potest; eo quòd gurgites ebullire videantur, & in vortices conuolui. Eadem rursus vox composita videtur ex *wij*, pro latè longèque, & *hel* alto; quæ compositio gurgitis definitionem comprehendit, & hoc simul ostendit, *hel*, perinde atque altum apud Latinos, ad profundum etiam pertinere; de quo mox amplius. Ex *wel* pro bene, & iterum pro bullio, fit conuersio ad *les*, w in f mutato, quod est viuo. Vita enim perpetua quædam est humorum bullitio, calori debita, sed eatalis, vt bene habeat, beneque corpus & membra omnia disponat.

I A M præter boni bullitionisque rationem, accedit alia, non ex conuersione, sed de compositione rei naturam declarans. *Lee-hes* enim *Les* facit, quod est, membra leuo; vitæ enim est omnia membra ferre atque eleuare. Contrarium inde *Fel* pro crudeli, & eo quod vitæ aduersatur: Vnde *Fel* Latinorum, pro humore in corpore admodum crudeli, & crudelissima symptomata nonnumquam pariente. Poterat *feles* siue *felis* à *Fel* deriuari, sed non ita est; eo quòd aperta sit metathesis litterarum, qua fit ex *Wesel* W in f commutato: quod moneo, vt discas quàm multis variisque modis vocum sit facta confusio, & quæ ex ea ad veras primæ linguæ origines queat veniri. Iam ex *les* fit *lies* pro amico; quòd citra amicitiam vita non sit; quam qui tollit ex hominum societate, Solem è mundo tollere videtur. Exilis litteræ adiectione expressum videmus, quàm exiguo minoris amicitia, quàm vita, sit æstimanda. Hoc est vocabula facere, sic vna litterula ad vitæ verbum adiecta, plus docere, quàm multi multis de amicitia libris. Ex *Lies* Græcis *φίλος*; *φιλ* è *Lies* conuerso, vbi diphthongus neglecta, qua sermo Græcus caret. Nobis *Lies* conuersum *Fiel* facit, pro eo qui non est ad amicitiam admittendus. Is enim *Fiel* est, quem omnes contemnunt, & amicitia excludunt, siue is cui nemo tam est amicus, vt eum vel domo excipiat, vel vitæ eius necessitatibus succurrat. Ne existimes tamen *Vilis* Latinorum hinc fieri, quod dubio procul à *Wiel* deriuatur, significante multum; eo quòd vilia ea sint, quorum magna est multitudo. Hinc *uitil* apud nos est venale, quòd copia res venum protrudat. Ridiçuli hic sunt Græci, dum ex amico eum fecerunt, cui nullus est amicus. Non mirum, Scythas præ ceteris gentibus omnibus amicitiam maximè coluisse; quando videmus eos ex ipso nomine sibi vernaculo intellexisse, amicitiam & vitam minimo discrimine seiungi, immo ne seiungi quidem, sed minimæ litteræ glutino in vnum nomen coire. Cùm *for*, pro loquor, Latini dicunt; f, ex w, faciunt; à *Wort* quod est verbum, *for* deriuantes. Non est tamen inde *fati* nomen, verùm à *Dat*; quia *fatum* illud est quod omnia tenet atque comprehendit, ita vt manum ipsius nihil effugere queat. Loquor autem verbum, pro *for*, est ab Hebræis deduc-

deductum; apud quos est *hip* pro voce, quod Latinus conuertens, Loq fecit, cui adiecit terminationem. *hip* portò nostratis est originis à *Cal* quod est suauiter fermocinor, de quo superius. Sicut ex *Wort* fecerunt *for*; ita è *Wau-not*/ faunos siue faunus. *Waut* silua est, aliter *Walt*; vnde *Saltus*. *Not* necessarium, *Put* utilis. Deus itaque saltibus & siluis necessarius, *Wau-not* dicitur; at siluis utilis, *Wau-nut*: quorum vtrumque faunis conuenit, cum siluarum numina crederentur. Ex *Werm*/ quod est calidum, Latini duxerunt *ferueo*, & fermentum, *werm-ment*/ id est, adducit calorem, fermentum calore panem attollit. Ferus è *waget* metathesim patitur. *Wau* apud nos significat vellem: Inde *waut*/ pro successu optato: Hinc *wauteren*/ est ex animi sententia succedere: *Ten wil mijt wauteren*/ idem est, ac si dicas, rem quampiam ex animi sententia & voto succedere nolle. Hinc fit *gewaut*/ pro boni successus efficacitate. *Got hebt gewaut*/ id est, Deus efficiat vt res succedat pro eo ac vellem. Cum dicimus, *wat t' wauts is dat*/ idem dicimus quod Latinis est, Quid, bonum, hoc est: *Te wauts* enim ad bonum & optatum finem spectat: hinc *Got t' wauts*/ Deus faustum reddat. Ex *wauts* faustum fecerunt Latini. *A wau* item, quod est vellem, fit *faueo*, quod nihil aliud est, quàm cuiquam bene velle. Sed quia *wau* & *wou* citra discrimen dicitur; ex *wou* Voueo manauit, quod Latini ad sacra traxerunt, eo quòd ad voluntatem nostram explendam Deo promittamus donaria, aut victimas, aut aliud quippiam, quod placiturum putamus. A *wyff* fit *frio*, pro terro; à *wy ryt ef*/ id est, latè rumpo ad æqualitatem partium. Sed longius recessit, qui ex *wtgiet* fecit *futio*; cum hic duplex V vocalis sit longa, minimè verò consonans. E priore igitur F factum, è posteriore V vocalis. Fur vocabulum retro pronuntiatum, è *roof*/ pro spolio; vnde Græcis *φύρ*. Fit autem *roof* à *woof*/ quod est pro, & cum; quasi diceretur, contrarius ei qui nobiscum facit, & nostra promouet atque propugnat. Frux & fructus à *Wucht* fiunt: quod fit à *Wreucht*: quod rursus a *Werheucht*/ quod est, delectat & recreat. *Wreucht* pro lætitia fit ab *hoch*/ quod est altum; quòd animus lætitia efferatur, tristitia deprimatur. A *freucht*, fruor. Quod igitur maximè in quaque re delectat, id fructus eius dici potest, si etymologiam sequaris: quo modo huius mei laboris & inquisitionis, à plurimis hætenus derisæ, fructus est inuentio antiquitatis, vaticiniorum ab exordio generis humani de Christi aduentu editorum: fructus est, cernere apertissimè summa religionis nostræ, & solius veræ, mysteria: fructus est, videre omnia omnis sapietia præcepta, omnia omnium scientiarum arcana, totamque aded diuinorum & humanorum vniuersitatem mentis oculis perlustrare & intueri, quoad eius fert captus mortalium: fructus est etiam, & ille quidem insigni gaudio & incredibili voluptate omnes pectoris sinus perfundens & implens, confabulari cum primo illo vocabulorum opifice, atque ex eo audire, quas opiniones de rebus omnibus menti ipsius Deus indiderit, quas insculpserit sententias de incomprehensò humanis animis mysterio trinitatis. Incomparabilis hæc est mihi oblectatio, omnibus deliciis, quantæ quantæ cogitari possunt, sexcentis millibus schœnorum præuertens. Hæc me numquam deserit, adest statim absoluto somno, immò & in ipso somno nonnumquam obuersatur: hæc à summo mane frequenter ad ipsam noctem libris affigit, nihil nec cibi memorem nec potus: hæc ambulanti, edenti, bibenti semper aliquid noui spectaculi præbet. Præ hac diuitias, honores, fauores principum, ceteraque omnia, quæ mundus in supremis bonis ducit, nihili facio; & vt semper nihili facere liceat, est mihi summa votorum. Neque porò inuidus tanta mihi oblectamenta secreta seruo, at lubentissimè communico; quid dico communico, obtrudo etiam inuitis: tanta est cupiditas, tanta libido, tanta, vt ad Satyros & Hermas Ithyphallos alludam, tentigo, ad ingenerandam aliorum animis hanc eandem voluptatem. Huc omnis mea scriptio, huc neglectus valetudinis, huc contemptus vulgarium deliciarum spectat; vt omnes huius nectaris, cuius vi debacchor, participes reddam. Sed excutiamus furorem, aut potius furere pergamus. Quando satis modò visum, F pro V & W frequentissimè poni, præsertim in vocum fine, in quo nec V consonans vel simplex vel duplex, nec F consonans locum habet, tametsi quidam nimis crassè in diuersam abiuerint sententiam; ignorari non potest, quis eius in compositione vocum sit vsus. Amplitudinem enim & extensionem, & efficacitatem, actionemque rerum notat: quoniam in eo pronuntiando labrum vtrumque insigniter exercetur, & spiritus vehemens inter dentes sentitur, & interim ipsius V vicarias vices gerit.

Cal.
Faunus.
Waut / siue
Walt.
Not.
Saltus.
Put.
Werm.
Ferueo.
Fermentum.
Ferus.
Wau / siue
Wou.
Waut / successus optatus.
Wauteren.
Gewant.
Faustus.
Fauco.
Vouco.

Fur.
Roof.
Wreucht.
Frux.
Fructus.
Wucht.
Wreucht.
Werheucht.
Wreucht.
Fruor.

gerit. *Es* igitur nihil aliud de sono litterarum notat, quam vnius vnam æquabilem q̄. ex-
 tensionē, & ratione vehementioris spiritus subleuationem. Nam inferius labrum in eo
 pronunciando attollitur vehementer ad superius, atque idcirco *Es*, dum vt verbum
 vsurpatur, idem est quod attollo atque eleuo. Huic verbo quo maior vis adderetur, no-
 strates ferè adspirationem præponunt, *Hes* dicentes pro *Es*. Iam quia dum inferiora
 attolluntur, & superioribus applicantur, æquitas existit, factum est vt *essen* pro æquabili
 ponatur atque pari. Inde *nessè* conuersum est id quod alterius lateri apponitur. *Es* enim
 illud dicimus quod planum est, nusquam ab vniformitate discedens; in quo vis vnus
 maximè cernitur, quam per hoc elementum dixi notari. Quò tamen hæc vox à nomi-
 ne litteræ diuersa esset, disyllabam crebrò facimus, vt pro *es*, *essen*, vel *euen* dicamus. Ab
 illo *Æquum* Latinorū, mutato duplici *ff* in *qu*. Crebrò enim *qu* pro *w* Latini ponunt
 vt ex *wie* faciunt *Qui*, ex *wan* *Quando*. Cùm verò *W* & *F* succedanea sint, nihil miror
 pro duplici *F*, *Qu* inueniri. Diphthongus æ loco longæ vocalis est, ad quam sonus *hæ*
 proximè accedit, quem in *euen* gentiles mei seruant. Ipsi *es* / *se* opponitur, quod dum vt
 verbum in usum venit, idem est quod odi, dum vt nomen vsurpatur, inimicitiam signi-
 ficat; eo quòd quem odimus, eum deprimere studeamus. Hinc *se* pro pecude, quod nos
be dicimus. Antiqui *De* quoque pro pecore posuerunt; eo quòd *De* aduersetur ipsi *Es* /
 quod est exilire. Porro quia membrum virile nos maximè pecudes facit, *se* item pro eo
 vsurpamus: vnde *Februa* nomen, vt alibi declaravi. Quòd si ridere lubet, conuersio-
 nem consideres è *se* in *es* / de qua intelliges, officium huius membri absolui non posse,
 nisi sese attollat. Ab *hes* fit *heffen* / pro fermento cereuisiario; & *heuel* pro fermento quo-
 uis. Ab eadem vocula deriuatur *ars*, pro hæreditate, quasi *ar-hes*, id est, quod in leuan-
 dis necessitatibus vitæ, maximam habet diuturnitatem atque moram; quod proprium
 est eorū quæ hæreditario & perpetuo iure possidemus. Sed quia agris nulla firmior diu-
 turniorque est possessio; factum vt agri *arua* dicerentur; non illa quidem, vt Latini cre-
 diderunt, ab *arando*; sed ab eadem radice à qua *Aro*, simul coniuncto agrorum usu, qui
 consistit in leuanda humana vitæ necessitate. Elegans per ipsam elegantiam compositio,
 qua simul & firmæ agrorum possessionis, & ipsius usus admonemur. Nos tamè tam
 angustis terminis ipsum *ars* non cōstringimus; sed tam latè sinimus patère, vt omnem
 firmam complectatur possessionē. Hinc *arrenten*, redditus sunt perpetui. Nostrates lu-
 bentius *ars* dicunt, *A*, de frequenti consuetudine, in *E* mutato, quod & veteribus video
 placuisse, apud quos *Minerua*, non *Minarua* legimus. Fit autem *Minerua* ex *Men* &
erue, siue *ers*; ita vt *Menerua*, vt vetustiores Latini vocem scribere consueuerunt, dica-
 tur, cui perpetuum ius est ducendi; eo quòd *Men* idem sit quod dūco; vnde *Menich*,
 qui se ducit, ceu *Men-sich*. Nec mirum, *E* in *I* mutari; cū id sit in creberrimo usu.
 Hinc Latini ex *Men* fecere *Mino*, pro eo quod est pecus agere siue ducere. Cui verò
 perpetuum est ius rerum omnium ducendarum? Ipsi nempe Veritati, & Verbo æter-
 no, & eidem filio patris æterni, quem Deus constituit ducem vniuersorum. *Ex te egre-
 dietur dux qui reget Israël*, dixit ille; de hoc duce intelligens qui de femine *Dauid* hu-
 manam carnem erat assumpturus. *Homerus* *Ageleam* vocauit, quòd populi dux esset,
 eamque facit primam *Iouis* filiam, *ἡρώτις δὲ διὸς θυγάτηρ ἀγελείν*. Hæc est origo illa,
 veritas ex solo *Iouis* cerebro genita ante omnia sæcula: hæc illa sapientia quæ se dicit
 fabricæ mundanæ præfuisse: hæc non sapientia, sed sapientiæ potius Dea, & sapientiæ
 causilla sempiterna. Arrigite aures *Satyri*; audite fabularum & scripturæ sacræ consen-
 sum. Ite ineptissimi, ite crassissimi cum vestro stupore ad ventrum scholas, quibus au-
 res non sunt, & dicite profano ore, non esse sanctas fabularum origines. Corruptæ sunt,
 fateor; sed ab eisdem ventribus magistris, qui idolomaniam ad ventres suos alendos, &
 pecore farciendos, è sacris omnibus nominibus confinxerunt. Contra hos Christiani
 inuehuntur, non contra sanam & primam fabularum intelligentiam. Dea est *Minerua*,
 & verissime Deus ipse filius, qui se veritatem, & sapientiam, & patris virtutem finit
 vocari. Huic Deus dedit ducendorum omnium mundanorum & supermundanorum
 potestatem sempiternam: quam dignitatem quamdiu tenebit, tamdiu poterit à *Cim-
 bris* *Minerua* nuncupari. Vel igitur illam ipsi filio adimite, vel mihi permittite, vt filium
 vernacula lingua *Mineruam* appellem. Si mihi vel *Pindari*, vel *Homeri*, vel *Virgilij*, vel
Horatij ad carminis suauitatem vena viresque darentur, quas ego odas, quos hymnos
Minerua

Mineræ canerem, quas laudes detonarem! Sed quid stultus opto? Quasi Dea hæc non omnem superet laudem, omnem ingeniorum, quantumuis illustrium, captum excedat. Subuolet mentis meæ apex, diuinitatis scintilla, quàm potest altissime, super omnes cælorum orbis, super omnes omnium angelorum choros, super ipsos supremos spiritales ignes; & illic, si potest, consistat; ac tum demum aciem sursum tollat, & videat num possit huius Deæ pepulum sibi interius reuelare. Reuertere mens mea, reuertere, frustra contendis: sat tibi sit, ex pepuli parte exteriori, discere varietatem, ordinem, pulcritudinem creaturarum; & de hac pictura coniecturam facere de ipsa sapientia, quæ hæc pepulo suo intexuit tam infinita ornamenta, tam infinitis modis variata. Huius galea ^{xxvii} siue *Cun-heet* meritò vocatur, & hoc vocabulum primum ipsius galeæ est aptatum à sapientissimo nomenclatore. Quid enim est aliud *Cun-heet*, quàm caput omnis sapientiæ & potestatis; cui Sphinx insidens, magnum nobis proponit ænigma? Quod rogas ænigma? Non illud ab Oedipode solutum, non illud, inquam, sed infinito præstantiorem abscondens intelligentiam. Quærat quis quid Sphingis formâ sibi velit, quid galeata virgo significet, cur hastam teneat, cur ægida portet, cur Medusæ caput ostendat, cur ad latus habeat oleam, cur eius dicatur inuentrix, cur denique vel *Minerua* vel *Pallas* dicatur. Hæc nobis Sphinx ænigmata proponit, quæ nullus hæctenus Oedipus soluit, nec fortasse soluturus quispiam umquam fuisset; nisi ipsa hæc Dea externam extremæ fimbriæ in peplo suo particulam Ioanni Goropio videndam dedisset. Quamuis igitur aliàs Mineruæ suum fortasse daturus sim libellum, hoc tamen tempore obiter indicabo eorum solutionem. Sphinx itaque cono imposita denotabat cum totum Deæ ornatum puris ænigmatis constare, tum ipsam esse totius veræ religionis caput, cuius symbolû suprema galeæ pars præferret. Qua de causa Sphinx veteribus religionem signaret, memini me in Gigantomachia tradidisse. Erat autem Sphinx, non animal, cuius Diodorus Siculus & alij meminerunt, in simiarum genere; sed hieroglyphicum religionis signum, templis maximè præponi consuetum: quo obscurè indicaretur quæcumq. in veterum religione fierent, ænigmata esse, omnesque cærimonias & ritus alia prorsus signare, quàm prima fronte viderentur. In primis castarum virginum faciem præferabant: quo monerent, in cultu diuino, virgineo quodam pudore omnia peragenda. Vitata erant, quo intelligeretur, religione nos Deo deuinciri, eoque omnes ritus spectare debere. Corpus reliquum leoninum erat, quod vnguibus contractis placidum iacebat, denotans & maximas vires religionis esse, & ex hac vita existere præstantissimam, quam *Leo* & nomine *Leu*, & reapse demonstrabat; & hanc quidem totam eò referri, quo magna vis Dei placaretur; quæ si placata non esset, leoninos vngues & robur ingens in eum ostenderet, qui non castè eam tractasset. Quod si patiantur profanæ aures, addam & illud, virginea facie & leonino corpore denotari, summum omnis religionis apicem in eo constare, vt *Leo* de virgine nascatur, atque idcirco in *Palladis* galea poni solere, vt eo significaretur, hanc summam esse omnium rituum sacrorum, vt typum gererent illius religionis in qua de virgine *Leo* de tribu *Iuda* nasceretur, & hanc quidem religionem fundari in ipsa *Minerua*. *Esaia* à Spiritu reuelatum est, in capite redemptoris galeam esse salutis. Placuit & *D. Paulo* hac galeæ comparatione vti: nihil vt mirum sit, si galeam huic Deæ tribuerint. Sed de galea modò satis. Hastam gerit, quo intelligamus, in huius Deæ manu totius salutis nostræ esse scipionem, & omnem præterea defensionem. *Ægida* habet, quia virtus est patris & scutum humanæ salutis. Caput *Medusæ* imago est illius capitis quod à femine mulieris erat conculcandum; cuius ea vis erat, vt quibus *Pallas* id ostenderet, ij in saxa conuerterentur. *Iudæi* enim quibus hoc trophæum *Christus* erat ostensurus, conuersi sunt in lapides, peruicacia plus quàm saxea hanc de serpentum omnium capite victoriam prorsus respuentes, cum tamen eam coràm intueretur. *Inuentrix oleæ* dicitur, quia huius folius medio pax hominibus cū patre inita, à quo perpetuo bello eramus dirempti. Sed hæc latius fortasse suo loco, si *Minerua* fauore suo vitâ nobis produxerit. *Minerua* itaq. sic licet interpretari, vt à verbo *Erue* siue *Erf* fiat cõpositio, quo significatur hæreditario iure possessionem accipere; de qua forma per præsens tempus loquendi in *Woyt* latius esset considerandû. *Diuus Paullus* nobis huius vocis vim aliis verbis explicans, *Novissimè*, inquit, *diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula.*

*Minerua
peplum.*

*Minerua
galea.
Cun-heet.*

*Sphinx Mi-
neruae con-
imposita.*

*Minerua
hæta.*

*Minerua
ægis.
Medusa
caput.*

*Minerua in-
uentrix oleæ.*

Quis

Quis hic nostri sermonis peritus Mineruam non agnoscit? *Dat pater, accipit filius hæreditatem.* Quam rogo hæreditatem? *Vt nimirum exurgat ad regendas gentes, ut est apud Prophetam, & D. Paullum: de quo item vaticinium, Ex te exibat Dux, qui regat populum meum Israël.* Quid porro de seipsa dixit sapientia ex Salomonis ore? *Per me reges regnant.* Hæc igitur est illa hæreditas, quam à Patre suo sapientia accipit, ut omnium regendorum ducendorumque ius habeat, quod vnico Mineruæ nomine videmus expressum. Dissoluta sunt itaque ad hunc modum Sphingis ænigmata, quæ nomen inde videtur habere, quod videntes capiat: à *Sie phincti*/ id est, visionem capio; eo quod homines figuras has videntes, nec intelligentes quid sibi vellent, mentis oculos captos haberent. Formula hæc est nobis vernacula, ut dum quis quæstionem quampiam siue ænigma dissoluere non potest, dicatur captus, quasi nodis illigatus. *Phint* enim siue *Phint* idem est quod capiebam, *Sie* video. Et profectò quotquot hætenus vel Sphingis vel Mineruæ hieroglyphica signa viderunt, captos se & irretitos mentis oculos habuisse fateantur. Est & altera huius nominis interpretatio, ex *Spi*/ quod est exploro, & *Hing*/ quo denotatur Dei voluntas omnia suspendens: qua monemur, ut in omnibus ænigmatibus sacris id exploremus, quod Deus prædestinavit, & quod ex ipsius æterna dependet voluntate. Omnes enim ritus sacri ad arcanum illud magni consilij mysterium referebantur, sed tam obscuris gryphis tecti, ut nisi Christus ipse & eius spiritus significationem eorum hominibus reserasset, numquam intelligi potuissent. Vtraque certa ratio à nomenclatore videtur considerata, cuius tanta fuit diligentia in vocibus fabricandis, ut non rarò plures in vno nomine condendo causas coniungat. Et hæc modò de Minerva, prima & ante omnia secula vniuersorum ductus hærede, cuius nomen Cimbrica norma pronuntiatum *Min erf*, si conuertatur per retrograda litterarum vestigia, illud nobis indicabit, quod vnumquemque facere sic refert, ut nisi faciat, actum sit de salute. Nam nisi pacem cum patre cælesti per Mineruam oleæ inuentricem ineamus, perditum sumus, ut qui perditissimi, æternis suppliciis scelera nostra luituri. *Fre-nim*/ siue *Fre-nem* / idem est quod pacem accipe: qui modus loquendi hætenus nobis durat, pro eo quod Latini dicerent, facere pacem. Verùm copiosa est huius formulæ significatio. Nam *Fre—nim*/ id est, accipe pacem, sic intelligi potest, ut ipsi Mineruæ verba tribuantur: quo sensu Dea diceret cuius nomen suum audienti, *Accipe pacem, accipe oleam, quam offero; accipe, quo nihil mortalium vita vel maius, vel suavius, vel diuinius potest habere.* Quid aliud dixit ipsa veritas, & sapientia, & virtus patris incarnata: *Pacem, inquit, meam do vobis. & Pax huic domui. & Pax vobis.* Quis vocatur Deus pacis? an non ipse filius, qui nobis cum patre æterno pacem confecit? Minerva itaque & Christus eandem dant pacem, non illam quidem, quam mundus vel dat, vel dare potest; sed æternam, cum patre æterno, ut ea in vita perfruamur sempiterna. Audiatur ergo quisque Mineruam sibi dicentem, accipe pacem. Videmus quanta sit vocum Cimbricarum, hieroglyphicorum sacræ scripturæ, & rerum ipsarum conuenientia: videmus quanto artificio Mineruæ nomen sit constitutum; quam admirabili regressu demonstrat, ad quid nos vltro Deus inuitet. Hæc contemnunt scioli, si quid simile in omnibus linguarum thesauris queant inuenire. Quis oleam pacis signum esse nescit? Quis illud Virgilij ignorat?

Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ;
& illud,

Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ?

Multæ causæ sunt, ob quas oliua Pacis signum habeatur; quas, uti notas, prætermittam: illo tamen non neglecto, quod de claua Herculis è Theocrito & aliis ex oleastro facta annotaui. Oliua enim Mineruæ & claua Herculis in re significata consentiunt, ut ex iis quæ de Hercule dixi, quibus facile cernat. Verùm illud operæ non paruum pretium habebit, si paullo penitius symbolum & ipsius nomen inspicientes, demonstremus idem vtroque denotari. *Elæon* Græci oleum vocant, *ἐλεος* misericordiam: & illud quidem ab hoc deriuari nonnulli, inter quos, si rectè memini, *Probus* est, crediderunt. Equidem ut hoc ipsis dem; vlteriùs tamen rogabo, vnde *ἐλεος* misericordiam notet. Nobis vtriusque vocis ratio est ita perspicua, ut & nihil clarius, & habeat mysteria religionis minimè contemnenda. *Hecl* integrum & sanum significat: quod si ut verbum in agendi

Sphinx unde nomen habeat.

Min-erf conuersum sit Fre-nim.

Oliua pacis signum, Minerva dedicata.

ἐλεος.

Hecl.

agendi notatione vsurpetur, idem est quod sano, & integritati restituo. Ne membra dicuntur. *Heel-le* itaque nihil aliud sonat nobis, quàm sano membra: vnde *ἔλεος* & *ἔλαιον*, pro misericordia & oleo; quoniam vtrumque membra sanet, illa quidem membra ecclesie, siue generis humani, hoc verò membra corporis. Compositionis lenitas, perpetuò nostris diligenter obseruata, principio adspirationem ademit: quod nimis frequenter monere cogor, ob quorundam obstinatam in id genus minutis insectandis peruicaciam, ne dicam ineptiam, aut vesaniam. Verùm vt id alibi fieri consuevit solius lenitatis causa; ita hic aliam quoque habet rationem, ex eo profectam, quòd nomenclatori non solùm studium fuit vocum è primis radicibus bene fabricandarum, sed hoc etiam adiunxit, vt præter primariam nominis causam, ad aliam etiam alluderet, vt gemina, nonnumquam tergemina etiam eiusdem vocis ratio videatur. *Eel* apud nos nobile significat & generosum: quod si, vt verbum, in vsu trahas, idem est quod nobilem generosumque reddo. *Eel-le* igitur, & gemina littera, vitandi labdacismi causa, in simplicem redacta, non solùm notat membra sanitati restituere, sed adiicit etiam nobilitatem, & facit vt membra, quàm antea fuissent, reddantur generosiora, quæ quidem ratio misericordie diuinæ ad amissim conuenit, per quam membra ecclesie, non ad prioris modò naturæ reducuntur integritatem; sed redduntur etiam nobiliora & diuiniora, quàm in prima vitæ conditione essent. *Eele* igitur potiore ratione, misericordie & clementie diuinæ conuenit, quàm oleo, quod tessera ipsius dumtaxat habet, atque similitudinem; qualis ex suprema causa per idearum catenam ad infima hæc corpora descendit. Verùm quamuis oleum membra, quæ à doloribus leuat, & integræ valetudini restituit, non efficiat nobiliora; ob eius tamen naturam, cuius hieroglyphicum signum est, & ob vocis communionem, eius etiam nobilitatis notam gerit, quam Deus bonitate & gratia sua singulari Sacerdotibus & Regibus largiebatur: quæ, vt omnium suprema, conuenientissimè quadrat ad significationem generosæ sublimitatis, quam in *Eele* inuenimus. Est igitur & regibus & sacerdotibus hoc signo præceptum, vt populum, & societatis humanæ membra, ipsi illi qui eos ad hoc dignitatis fastigium sustulisset, integra & incolumia seruarent: qua in re nobilitatem summi magistratus, & populi salutem, in vnus & dictiunculæ & symboli rationem conuenire cernimus: ita vt nesciam, an vlla vox à quoquam mortalium excogitari possit, quæ melius, aptius, significantiusque vel regum & sacerdotum tum dignitatem, tum officium; vel ea quæ populo ab his sunt expectanda, explicaret. Dispeream, nisi obstupescam, dum altitudinem mysteriorum contemplor, quæ vnica vocula nomenclator comprehendit: cui cum omnem symboli rationem & latitudinem video consentire; non possum verbis eloqui, quantum animo concipiam hinc admirationis, hinc voluptatis. Quòd si orationis vela secundis ventis expanderemus, ad eorum quæ huc spectant, oceanum emetiendum; vix finem navigationis aut portum inueniremus: ita latè in omnem partem vocis & symboli conuenientia sese extendit. Summittamus igitur antennam, & satis esto iter ad immensum pelagus indicasse: quod qui volet ingredi, sacræ scripturæ loca consideret atque expendat, & singula ad nominis & tessera conferat causam. Ex *Eele* nostri nunc *Olie* fecerunt: quod si examines, rursus abibis ad immania arcanorum latifundia: quandoquidem & pro *heel* *hoel* plurimi Cimmerici dicant, in quibus sunt Britanni; & idem nomen pro sancto vsurpent: qua considerationis via non sanitatem modò, & nobilitatem, & dolorum amuletum; sed sanctitatem etiam notari videbis. Ab hac Cimmericorum pronuntiatione Græci *ὄλος* suum acceperunt, & Latini ex *Olie* oleum. *Olie* autem non membrorum, vt *Eele*; sed populi sanitatem & sanctitatem significat, rem eodem tendentem. Quis modò non videt, linguæ nostræ vocabulum oliuæ symbolum egregiè expressisse: quod hic indicatum potius, quàm pro eo ac meretur dignitas & amplitudo explicatum, declarat, non alij diuinæ vlli potestati hanc arborem potius, quàm Mineræ, dedicandam. Det ergo Deus nobis pacem per suam Mineruam, quæ vera & sola Pallas est, id est, *Pe* *hallas* / siue *Pallas* / quod Latinus diceret, Conseruans regionem. Vnde Pallanteum apud Priscos, pro regis siue summi magistratus domo, in qua illud potissimum tractandum, quod ad regionis & populi spectat salutem: quod deinde in Palatium est corruptum. Ab *Eele* non *ἔλαιον* tantùm, & *ἔλεος* fecere Græci; sed Poëta etiam cognomen Mineræ Eleæ dederunt. Hinc in siluis Statij: *Aut Eleæ lucis vidit Tegea sacerdos*.

*Eel.**Eele sue*
*Eel-le**Olie.**Heel*
*hoel.**ὄλος.*
*Oleum.**Pallas vnde*
*dicta.**Pallanteum.*
Palatium.
Palladis varia
cognomina.
Elea Pallas.

Alea Pallas. Nec ego aliunde Aleam Palladem dictam crediderim, quàm ab *ecle/* vocali E longa in
Ellesia Pal- A mutata: tamen Græci alias quærant huius cognominis rationes. Fuit & Ellesia voca-
las. ta, ubi *tel-le/* agnoscas. Eadem Hellotis, quasi *Deel-hoot/* id est, curationis siue sanationis
Hellotis Pal- caput: quia ipsius solius beneficio lethale humani generis vulnus est curatum. Quoniam
las. verò Minerva è Iouis cerebro nata, eadem sit cum veritate, à veteribus Cimbris *Tru-*
Tritoon Pal- toon est nuncupata, è qua voce Græci & Latini Tritoon fecerunt. Est autem *Trutoon*
las. idem quod veritatem ostendo apud Latinos. Minerva enim, terrarum Pallas, siue ser-
Tritonis la- uatrix, vnde *σωτήρα* apud Græcos, veritatem nobis ostendit, quæ nata dicitur è lacu eius-
cus. dem nominis; eo quòd nata sit ex utero matris virginis, siue è carne, quam lacui, ob hu-
Libi siue Lib morem compararunt. Aiunt autem hunc in Libya esse, eo quòd *lib* siue *lib* corpus sit:
Libya unde quo notabatur, ipsam veritatem ex eo lacu nascituram, qui esset in corpore humano:
dicta. quo non intellecto, alij in Bœotia, alij in Africa Tritonis lacum quæsiuerunt. Iam Li-
 byæ nomen eo magis placuit, quòd non solum corporis includat notionem, sed significet
 etiam corporis custodiam. *Lib-hu* enim idem est, quod corpus custodio & tueor. Hic
 enim lacus custodiam protulit omnium corporum humanorum, quæ Pallas sola ab in-
 teritu seruat æterno. Præterea eadem vox alludit ad *Lib-hu/* quod est amoris tutela.
 Amorem enim inter patrem & genus humanum filius, pacis auctor, conseruat atque tu-
 tatur. Hæc si conferas cum iis quæ variis sententiis apud vetustos auctores Græcos de
 Tritonia, de lacu Libyo ambiguntur; clarè cernes, eos nihil vidisse veritatis eius quam
 Pallas Trui toonia mihi oleæ suæ ramusculo demonstrauit. Nominatur eadem de causa
ἀρετῶν Pal- *ἀρετῶν*, qua in voce cum rectius Ypsilon est conseruatum; pro *η*, tum *α* littera præpo-
las. sita *ἐπιτιμῶς* adiicitur, vt indicetur, hanc præ ceteris omnibus veritatem hominibus
 ostendisse, illo maximè tempore, quo veritas ex terra orta, & verbum caro factum est.
 Erant hæc quidem libello Mineruæ dedicato reseruanda: sed quo nominum ratio cla-
 rior fieret, & insignis vocum & symbolorum concordia fidem faceret, paradoxis meis
 inuentis non aliena visa sunt à Mineruæ nominis interpretatione; quam tamen ne hæc
 quidem prolixitate totam absolui. *Sterf/* pro morior, ab eadem radice, à qua Mineruæ
 nomen pullulauit, enatum videmus: quod primum ipsi Christo morienti adaptari pos-
 se, perspicuum erit omnibus qui intelligent compositionem eius. *Ste* locum apud nos
 significat & firmitatem. Hinc *Strig/* assiduum & perpetuum: & *stergis*, qui moueri non
 potest; qua voce obstinatum & pertinacem appellamus. Ab eadem radice vox *steb/* siue
stad/ pullulauit, qua firma ciuitas denotatur: vnde Hebræi *צב* acceperunt præposito
 Mem littera superuacanea. Nec aliunde suum *præ* habent, quo iustus significatur: quo-
 niam solus iustus *stadic/* dici potest, id est firmus & inconcussus, iuxta illud: iustus in
 æternum regnabit. *Ste-erf* itaque duo indicat, & perpetuam loci possessionem, & fir-
 mam hæreditatem. Per mortem Christi perpetuam excellentissimi loci, & hoc nomine
 dignissimi, hæreditatem adimus, & eam hæreditatem, quæ firmissima est, & numquam
 auferenda: & idcirco *sterf* primum de Christo dicitur, ac deinde beneficio eius, de no-
 bis, qui morientes, per mortem Christi, stabilem & æternam accipimus hæreditatem
 loci omnium amœnissimi, cuique vox *ste* primum conuenit, eo quòd *ste* à *sta* dicatur, à
 quo *Sto* Latinorum, significationis eiusdem verbum. *Sta* nostras esse, conuersio decla-
 rat, quoniam *hast* velox & celere significat; in quo spiritus additur, ad motionem indi-
 candam. Quæ autem maximè stant? Quæ alia, quàm ea quæ in æternæ vitæ tranqui-
 llitate ipsi summo suo bono acquiescunt, nulla vi vniquam dimouenda. Beatorum ita-
 que sedes propriè *ste* vocatur, cuius hæreditatem per Christi mortem morientes adi-
 mus: ad quod summum humanæ salutis mysterium indicandum, nomenclator noster
 ex *Ste* & *erf* vocem composuit; quo tota res ita auribus est exposita, vt nihil clarius aut
 significantius dici possit. Ducit igitur Minerva hæreditatē suam, id est, omnes homines
 amore sibi vnitos, ad æternæ tranquillitatis possessionem, per mortem suam, quam tunc
 subiuit, cum veritas se in carne mortalibus ostenderet, id est, dum Minerva vera esset
 Trutoona. Quemadmodum autem Mineruæ nomen conuertitur, ita & *sterf*; & id
 quidem duabus rationibus: altera ad originem vocis explicatam; altera à voce vnus syl-
 labæ ad vocem vnus syllabæ regrediendo. Posteriore via *stest/* idem est quod *time*.
 Quis autem timor est, qui nobis imperatur? Non alius profectò, quàm excellentissimus,
 vt excellentissimum quodque primum nominibus denotatur. Intelligimus itaque,
 semper

semper timendum esse, perinde atque is qui vehementer amat, vehementer timeret, ne cum offendat quem amat. Audiens itaque verbum *stet*/ simul audit, Time. Quid? num ipsum mori? Non illud quidem potissimum; cum alius timor sit præstantior, timor nimirum Domini Dei tui, quem si times, mandata eius observare conaris, & illud tibi comparas, ut in eorum albo scribaris de quibus dictum: *Beati omnes qui timent Dominum*. Et, *Misertus est Dominus timentium se*. Rursus, *Non est inopia timentibus eum*. Iterum, *Prope timentes eum salutare ipsius*. & infinita eiusmodi verba, quibus nulla possunt esse faustiora. Quid quod initium sapientiae, cui Minerua præsidet, est timor Domini? Bene itaque ex *Stet*-*erf* in cogitationem Mineruae venit, per radicis vocum communionem: atque deinde conuersa voce docetur, qua via ad sapientiam perueniatur, ea scilicet, cuius exordium est timor. Videas, quaeso, quanta arte vnus syllabæ vox confecta sit; quantum secum adferat vtilium præceptorum; quam bene explicet insignem illam sententiam sacrae scripturae, *Initium sapientiae timor Domini*. Si hanc voculam Plato intellexisset atque considerasset: nonne ex eius monitu scripsisse videretur, philosophiam nihil aliud esse, quam mortis meditationem? Quisquis enim rectè expendat hanc vocem *stet*/sive *Stet-erf*/ & prorsam & versam; an non mox totius philosophiae & sapientiae Christianae, quae sola vera sapientia est, iecerit fundamenta? Intelliget enim statim, firmam & stabilem hæreditatem homini per mortem contingere posse: ex quo confestim animorum immortalitas, & bonorum hominum solida & æterna felicitatis possessio demonstratur. Deinde conuersione docemur, ad hanc sempiternæ beatitudinis hæreditatem nos per timorem peruenire; nec ad eam aliam viam patere. Iam quia hæreditas stabilis in ea promittitur: necessariò in eam venimus cogitationem, ut quisquam sit, qui nos hæredes instituat, non bonorum mobilium, sed firmorum, & numquam perdendorum: quam testamenti scriptionem & conditionem, talem & tantam cernimus, ut faciliè agnoscamus, nihil nos eius modi timeri, qua via ad eum peruenimus, cuius medio & merito æternæ felicitatis possessio nobis acquisita. Cum enim nos veri hæredes esse non mereamur; necessariò cogitandum, quis sit verus æterni patris hæres. Quis alius, quam æterni patris æternus filius, qui amore in nos suo nos fecit cohæredes? Sed nec hæres nec cohæres est, nisi per cuiuspiam mortem. Quis igitur moritur? Ipsemet filius, ut morte sua hæreditatem regni sui paterni nobis gratis communicet. Bene ergo vna vox mortem, & stabilem hæreditatem coniunxit; quòd hæc citra illam esse non possit: atque deinde per vestigia retro lecta ostendit, per Domini timorem ad hanc hæreditatem perueniri: & illud interim vnà admonet, eandem originem esse timoris Domini, & Sapientiae; eo quòd nomen *Stet-erf* & verbum *stet*/ ex eadem radice nascantur. Hæc est apud nos mortis meditatio, ipso verbo, quo mori significatur, tota consignata. Quo verò rem adeò necessariam æternæ hominum vitæ efficacius representaret nomenclator, noluit ex hoc nomine *stet*/ morti nomen ponere: sed aliud inuenit, quo aperte non stabilitas tantum hæreditatis, sed quo æternitas etiam contineretur. *Deot* enim quid aliud est, quam ipsa æternitas, quasi *De-oot* dicatur: in qua voce Tau æternitatem comprehendens & colligans, ostendit hanc sempiternam vitam sola cruce contineri, & totam vinculo ipsius Tau colligari. Ita me amet Minerua, ita ipsum *stet*/ Dei timorem mihi inculcet, ut hæc euoluens & referens obstupefco. Quam deinde aliam quarimus philosophiam, quam hanc, vno vnus syllabæ verbo comprehensam, & deinde artificiosissimo mortis nomine absolutam? Atque hæc quidem primæ sint significationis documenta, quibus naturalis quoque accedit interpretatio; quæ vocem conuersam ob eam causam timorem imperare iubet, quia omnia mortem naturaliter exhorrescant, atque hoc timore inter homines fiat, ut quoties occurrit, admoneat quàm sit timenda mors ei qui omnem suam felicitatem in lubricis huius vitæ deliciis collocavit. *O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis!* ut ille scripsit. Sed quorsum hic timor? Ne videlicet habeamus hanc vanam in breuissima præsentis vitæ voluptate fiduciam, qua fiat, ut timoris Dei obliuiscamur. Hinc idem sapientissimus filius Sirachi, *In omnibus, inquit, operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*. Quamobrem non paruus etiam vsus est eius timoris quo mortem naturæ impulsu exhorrescere cogimur: nomenclator tamen ad præstantissimum timorem præcipuè respexit, id semper

in omnibus vocibus molitus, quod esset homini ad cognoscendum maximè necessarium. Clarum huius rei indicium, quod per solum Dei timorem ad stabilem & sempiternam redeamus hæreditatem: sic vt ex *Fre-est* eamus ad *stertf*/ & ex *stertf* ad *doct*/ id est, ex timore ad stabilem hæreditatem, cui æternitas est funiculo ipsius Tau colligata. Quo fit, vt *Doct* propriè & primo de morte Christi in cruce dici debeat, per quam solam humanum genus ad æternam vitam adspirare potest. Verùm quia hic campus infinita spatia complectitur, nolo longius in eo progredi: cum videam, quanto plura dico, tanto mihi plura offerri dicenda; nec vllum omnino fore finem, si rerum amplitudinem atque dignitatem orationis meæ filo dimetiri vellem. Non possum tamen facere, vt non id repetam, & veluti totius contemplationis clausulam addam, *Minterf* & *stertf* sic inter se conuenire, vt & radicis sint eiusdem, & ex voce *Minterf* intelligatur ipse stabilis hæreditatis, quæ per mortem homini contingit, ducem esse ipsam Mineruam: cum vtrumque vocis compositio complectatur, & huic Deæ æternam ducendorum omnium hæreditatem esse à patre constitutam, & eam præterea esse ducem hæreditatis, quam vox *stertf* promittit. Si enim hæreditatem nobis adducat, vt adducere significatur: quam rogo hæreditatem, nisi stabilem atque diuinam, qualem ipsa apud patrem est sortita, intelligemus, cuius nimirum nos fecit cohæredes? In hac modò arena, qui volet, se exerceat, habebit in quo mentis oculos, atque aciem, in quo totam suam sollertiam & sagacitatem, omnes deniq. vires ingenij queat experiri: & inde illos laboris sui fructus percipere, quibus haud existimem aut suauiores aut salubriores vllos alios apud pios animos posse iudicari. Possunt hæc itidem ad Platonicam, vt dixi, philosophiam applicari, sed modo quodam manco, vt omnis sapientia humana, licet absolutissima habeatur, religioni nostræ collata, & iis vaticiniis quæ vocibus primis nomenclator intexuit applicata, deprehenditur prorsus claudicare. Philo Iudæus, Platonis in suis sacris litteris, vt videtur, imitator, Abrahæ propriam hæreditatem, si rectè memini, sapientiam interpretatur, atque eam dicit ex vtero Abrahæ, citra mulieris membra, nasci: quo loco, vt non malè ad nostras Mineruæ nomen alludit; ita quid propriè Mineruæ tum fabula tum nomen notaret, numquam de lingua sua inuenire potuisset. Certè propria illa quidem nostra maximè videntur, quæ ex cerebro nostro oriuntur: sed hæreditas nostra vera non ex cerebro nostro oritur, sed ex morte Christi. Sed excusandus Philo, qui non vltius est progressus, quàm sapientia ex cerebro ipsius nata adspirare posset. Nos Mineruam ducem veræ hæreditatis sequimur, quæ sicut nobis pacem offert, ita *stertf* quoque, si sic conuertatur, vt origo per geminam syllabam exponatur. Nam ex *Ste-est* fiet *Fre-est*/ id est, Pax est. Mors enim Christi, cui *stertf* primum dixi conuenire, efficit, vt nobis pax sit cum patre. Ex timore itaque Dei, initio sapientiæ, venimus ad mortis cum nostræ tum excellentissimæ cogitationem: & per hanc deinde peruenimus ad radices vocis *stertf*/ quæ conuersæ nobis ostendunt pacem esse: Mox ex pace in mentem venit Mineruam nobis dicere, Accipe pacem: quod *Fre-nem* nobis significat; ita vt *Minterf* conuersum monere videatur, Accipe *stertf*/ id est Accipe mortem Christi, per quam pacem contingere, radicem vocis vestigia retro lecta demonstrant. Cernimus ergo veram Mineruæ sapientiam nihil aliud esse, quàm mortis Christi meditationem, per quam pace per oleam ipsius denotata donamur. Audin' quanto simus vltius, quàm Philo, progressi, quanto vltius quàm Plato: atque id solarum vocum demonstratione, quæ se nobis manû Mercurialem præstiterunt.

HERMA-



HXCRESCERENT in singulis litteris exempla, auctu quodam immenso; si per singula vocabula esset artificij ratio ducenda: quod facere, cum propositi nostri minimè esse declarauerimus; ad sequentem litteram quæ G est, progrediemur: in qua notationis tanta est maiestas, ut eam, ita me Hermathena amet, vix ausim attrectare. Hæc enim nobis demonstrat, quòd per Tau mortales trahantur, & cui tandem ipsius Tau vinculo colligetur, nexu non Gordio, sed Herculano, nulla vniquam vi vel soluendo vel secando. Diximus, in C pronuntiando, ipsum plectrum dentibus pressius applicari: in hac sonus C obtusior est, & retrorsum ad ipsum palatum à Terentiano coire dicitur: cui Capella adiecit, spiritum quendam cum palato sentiri. Quæcumque res vsquam sunt, ad bonum suum tendunt; & quidquid agunt, ad se primum referunt, & sic aliis consulunt, ut id tandem ad se putent pertinere. Reip. homines operam suam nauant; quia intelligunt, nisi salua hæc sit, se saluos esse non posse: deinde plerique externorum bonorum summum in honore collocant: quem dum rebus pro communitatis, aut amicorum salute egregiè gestis consequuntur, tum credunt sibi maximè consultum, atque in primis supremum bonorum in se redundare. Hinc Christus, dum alios homines amandos esse præcipit, eam amoris mensuram adiecit, quam quisque domi suæ in sui amore inueniret, certò sciens, ab opinione boni sui homines ad alios amandos transire: quod Theologi breui verborum summa comprehendere volentes, aiunt à seipsa incipere charitatem. Iam quoniam cuiusque perfectio est in sui ipsius salute & conseruatione: æquum est, ut id tandem perfectum putemus quod ad summum nostrum bonum intus refertur; & id quidem à firmis fundamentis, quæ inferno inferiorum dentium vallo denotantur. Deinde littera ipsa non solum à dentium septo intus refertur; sed ad ipsum palatum spirat: quo monemur, omne id quod propriè ad nos referimus, sursum ferri, & anhelare debere. Venit igitur huius litteræ sonus ad eum apud nomenclatorem usum, ut summam ea indicaret perfectionem. Primum igitur & ante omnia Deo patri conuenit, qui se amando filium gignit, & per hunc creat vniuersa, à quo amoris huius fons & origo: quo fit, ut amor sui ipsius adulterinus sit, nisi ad ortum suum sese statim referat, pro eo ac litteræ G sonus monet. Suus enim cuiq. amor dicitur, *Ge*/ id est, da: quod cui alij dicimus, quàm illi, qui solus vitam, sanitatem corporis & animi, atque carissima quæque dare potest. Ut autem prior est prima persona indicatiui modi apud Grammaticos, quàm secunda imperatiui: ita *Ge* prius patri vniuersorum conuenit, quàm nobis: eo quòd is solus & vnus sit, qui verè dicere potest, *Ge*/ id est, do. Dat enim omnia. Sic itaque cuique cogitandum in suis necessitatibus, ex *Ge* nostro, quod est Da, rectè eundem esse ad eum qui solus dat omnia. Hinc fit ut *Ge* aliquando pro Ad Latinorum usurpemus: quia is qui omnia dat, finis sit ad quem tendunt vniuersa: ut si quis dicat, *Ge* Louen/ id est, ad Louanium, vel Louanium versus: quo indicatur tum iter perfectum fore, cum eò fuerit peruentum. Quòd si *Eg* *Eg* conuerso ordine dicas, ad se cogitationem suam tendere homo indicat, à quo Latinis & Græcis Ego. Nos nunc *Ig* vel *ir* dicimus. Vnde *igen* apud nos pro eo qui immodico sui studio tenetur, ita ut cum aliis exiguam habeat vitæ communionem: quæ tamen vox, si rebus applicetur, nihil aliud est, quàm quod cuiusque proprium est: ut *Eigen* haec suum cuiusq. lucrum denotat. Ex conuersione itaque & deriuatione liquet, *Eg* & *Ge* esse primorum natalium iure, nostræ linguæ. Porro quoniam primum patri supremo ipsum *Ge* conuenit, & is summum sit omnis perfectionis caput; *Ge* in verborum formatione perfectionem notat: adeò ut omnia præterita verborum perfecta hac vocula formentur, adiecto *Heb* in significatione actiua, siue *Hab*/ quod est Habeo, & ipsius Habeo fons & origo. Exempli gratia: *Ir heb gegeben*/ Ego donavi. Hanc loquendi formulam Gori, & Langobardi, & Franci, & ceteri Germani, in totam Italiam, Galliam, Hispaniam, & insulas vicinas inuexerunt: cuius exempla cum in omni sermone obuia sint; ipsis relinquo expendenda, quorum assiduo monitu intelligunt, quibus auctoribus lin-

G littera symbolica significatio.

Ge.

Ego.

Ir.

Eigen.

Heb.

Hab.

Haboo.

Ge in verborum formatione perfectionem notat.

guam suam contaminarint : & interim tamen ineptuli quidam contendere audent, Gallicum sermonem à Græco, Italicum ab Etrusco defluxisse: atque corruptelâ hanc, & putidam linguarum confusionem audent cum linguæ nostræ puritate ita conferre, vt non pudeat etiam pronunciare præstantiorem. Verùm vt lingua ipsorum est corrupta; ita hoc ipsorum iudicium vesana philautia ipso etiam sermone reddidit corruptius, longè lateque à recta veritatis rationisque via seductum. In passiuâ verò notione verbû substantiuû adiicitur; quod itidem obseruatur in significatione neutra, vt, *It bin gestagen* / id est, Sum percussus: *It bin geresen*, Surrexi; & ita in similibus, in quibus *ge* semper perfectionem notat. Additur eadem vocula in compositione, ad perfectiorem quoque significationem, extra præteritum perfectum. Sic *doen*, est agere: *gedoen*, agendo sibi quidquam perficere. Eodem modo *ual* & *geual*, pro casu, compositione frequentissima, in qua *ge* quiddam perfectius indicat, quàm esset in priore. Quæ autem causa sit, vt præteritum perfectum hoc verborum ambitu maluerit designare nomenclator, quàm præteritum imperfectum: in causa est, cum ipsius soni proprietates ad perfectionis resseram apta; tum etiam illud, vt quoties præteritum aliquod perfectum audiremus, toties recordaremur, nihil perfectum esse, quod non ab ipso summo patre proficiscatur, & ad eundem fuerit relatum. Porro insigni & admirando artificio nomenclator ipsum Dei nomen sic fecit, vt per *G* inciperet: cuius vocis tot sunt mysteria, & tam latè se extendentia; vt peculiarem trilittero huic nomini libellum dedicarim. Idem duplicem huius litteræ sonum esse voluit: lenem quidem, si in principio, vel medio, collocaretur; aspiratum verò ex imo pectore, cum finem vocis occuparet: quo discrimine indicauit, ad *G* finalem, id est, ipsum omnium patrem, ex imo pectore esse anhelandum. Sic *Got* conuersum, vt sit *Tog*, *G* habet altè expectorandum: qua de re latius in Hieroglyphicis litterarum signis. *G* itaque in *Daag* / alium sonum habet, quàm in *Gaad*: quem quia non satis hac littera exprimi posse putant; scribunt pleriq. *ch*, vt sit *Daach*, quod tamen non bene habet, cum in *Dag*, pro diem dico, vel ad certum diem vadimonium antestor, audiamus *G* adspiratum ex imo pectoris sinu, ita vt *Dagh* potius scribendû esset. *Dag* pro die mediam litteram in principio habet, quam pro tenui poni etymologia declarat, cum *Tag* à *Gat* fiat, quod est *It*: quoniam dies in eundo summam habeat celeritatem; propterea quòd sit mēsurā motionis omnium celerrimæ, qua inter viginti quatuor horarum spatium primū mobile totam cælorum molem vnâ secum rapit ab Oriente in Occidentem, & inde rursus in Orientem. Meritò itaque à *gat*, quod est *It*, siue progreditur, *Tag* dicitur: qua in voce vocalis a magis raptim sonat, quàm in *gaat*: tum vt ipsius *gh* expectorationi locus sit, tum quòd celerrimus diei raptus & breuitas indicetur. *Tag* itaque, vt superiores Germani pronuntiant, pro die vsurpatur generatim: sed quia Solis, qui verus Ianus est, nocturnum iter non videtur; pro præsentis nobis sideris cursu frequentissimè vsurpatur: atque hac notatione, aliam etiam habet significationis rationem, vt sit quasi *Te-acht*, id est, ad æstimandum: quòd præsens Solis lumen maxima in æstimatione sit habendum. Sed huius compositionis adspirationem media littera *G* adspirata includit. Huic opponitur *Nacht*, quasi *Nie-acht*, id est, nihili facias; eo quòd diei collata nox nihili sit æstimanda. Hæc igitur nomina, pro eo ac debent, primū iis attributa, in quibus rationum excellentissima vis cernitur, ingentes nobis thesauros exponunt. An non illa maximè dies diei nomen meretur in qua Sol perpetuò citra noctis tenebras lucet? At quis Sol? Is certè qui nostras Solis nomen, quod est *Son* / solus sibi verè potest vindicare. Cum enim *Son* idem sit quod pacem facio, & *Son* etiam Sano signet, atque Osculor; factum vt primū primo filio sit tribuendum hoc nomen; quoniam solus est cui excellentissima pax, excellentissima sanitas, & excellentissimum osculum primū potest conuenire: pax quidem inter patrem & genus humanum conciliata; sanitas verò animis nostris & primū data, & postquam amissa esset, restituta; osculum porro quo & ipse patrem, & pater eum osculatur: de quo interno osculo amor ille erumpit, qui omnia permeans, omnia replet diuina suauitate. Hoc osculo dum homines osculatur, homines patri conciliat, & spiritu ab utroque progresso nos accendit, ardentibus amoris flammis quibus sursum rapti, in claritate diei sempiterna, Solem nostrum talem intuemur & experimur, qualis nostro nomine depingitur. Hæc igitur dies est illa quæ dignissima diei nomine iudicatur; quoniam nullas noctis tenebras

Doen.
Sedoen.
Pal.
Seual.

Got.
Tog.

Dag.
Tag.

Nacht.

Son.

tenebras habeat admixtas, aut intercedentes, sed perpetua Solis presentia illustris, præ ceteris omnibus quæ homini contingere possunt, plurimi facienda. Merito igitur *Tag* siue *Dach* vocatur ab æstimatione eximia & singulari. Merito etiam prima & suprema dies, quoniam in ea supremus Sol luceat, omnibus iustitiæ & misericordiæ lumen affundens. Iam hæc via vox considerata, versam vocem habet; quæ vnumquemque sigillatim monet, vt ad hanc diem eat. *Est* enim non solum tertiæ personæ est indicatiui, sed imperantis etiam secundæ personæ; ita vt nihil aliud sit, quam *I*, siue progredere. Perpetuo itaque nostrati diei nomine monemur, vt ad eam diem eamus; ad quam nisi peruenerimus, ad tenebras æternas sumus præcipitandi. Huius diei comparatione hæc vita nox est, quæ ob eam causam nihili facienda, vt ad lucem æternam adspirare possimus, contemptis & reiectis omnibus iis quæ illuc tendentibus vel minimum queunt adferre impedimentum. *I* nunc, *i*, anime mi, ad diem illam ad quam te versum nostras ipsius diei vocabulum ire iuberi *I* ad diem illam cui Sol, seruator omnium, & æternæ pacis auctor, æternum lumen affundit. *I* ad eius pacem, ad eius conseruationem, ad eius osculum; quod eum videas facie ad faciem. Osculare eum osculo sancto; sanctissimo, inquam, quia hoc osculo pax cum patre sancitur sempiterna. *O Tag*, diuinum diei nomen! *o Son*, diuinius longè Solis vocabulum! quàm bene vos fecit Theodidactus Onomatopœus, verus Iouis summi Aoristys, verus etiam inter homines Minos, si *Minot* nihil aliud sit, quàm caput ipsius ductus. Primus enim & summus dux est inter mortales, omnibus iter eò demonstrans, quo nomine *Tag* ire iubemur. *Tag* itaque duplicem significationis habet rationem; alteram à *Est* per conuersionem, alteram à *Te-ach*. His adde & tertiam ex litteris; quas si interpreteris, *Tau* ligabit progressum ipsius *A*, ad summam ipsius *G* perfectionem: siue crux agat ad illud ad quod ex imo pectore est anhelandum. *Est* autem est à *Est*, & hoc à *Se*, & *An*, quo perfectio ipsius anterioris notatur. Itio enim est entelechia siue actus ipsius mobilis, vt tale; siue ipsius perfectio cuius terminus est *An*. *Ianus* igitur cuius nomen à *Est* deriuatur, mutatione ipsius *G* in *I* consonantem, hanc habet cum die cognationem, vt ab eadem radice acceperit nomenclaturam. Quamobrem *Iani* nomen Soli prius conuenit, quàm homini; quoniam in Sole potior nominis ratio inuenitur: cuius cum illustris quædã imago in Iapeto cerneretur, eo quòd ad hominum animos illustrandos continuo vltro citroque volitaret, Sol quidam terrenus videretur. Intellexerat Cicero, ab eundo *Ianum* dici: sed cur, & qua in lingua ita vocaretur, ignorauit, vt memini alibi tradidisse. Est enim, si rectæ rationis ductum sequamur, *Ianus*, spiritus ille qui omnia vi sua promouet, atque ad progressum impellit. *Ianus* itaque atque portis huius numen præsidebat; quò euntibus & redeuntibus prosperum adesset. Neque erat quisquam apud maiores nostros qui quemquam à se dimitteret ad iter aliquod aggrediendũ, cui non antè *Iani* poculum, quòd *Ianus getep*, id est *Iani* ductus, vocabatur, præbibisset: qui mos vt hætenus apud multos, ita me puero, apud omnes sacrosanctus habebatur: quamquã Christiani in hoc ritu, *Iani* nomen ad diuum *Iehan* transtulerunt, quem nos *Ian* dicimus, propterea quòd *Iehan*, excisis medijs litteris, *Ian* fiat, quo *Ianum* prius vocabamus, quàm Christianam religionem accepissemus. Id verum esse, artemisiæ apud nos nomen testatur, quam ob eam causam *Iani* herbam nuncupamus, quia nihil ea plus virium habeat ad lassitudinem ex itinere contractam amoliendam; adeò vt quidam eum non fatigandum dicat qui ipsam secum gestat: quò inde in vulgus iactari coeptum, quia si cui ea ad manum sit, eius decocto pedes lauare & fouere possit, cuius beneficio omnis tollitur lassitudo; atque hac de re alio nomine *Biuoet* vocatur, quasi dicas, præfens pedum adiumentum. Cùm itaque *Ianus* itineribus præsit, eaque plerumque pedibus confici consueuerint; optimo iure *Iani* sibi cognomen artemisia sumpsit, quò nunc in diui *Iehani* est commutatum, qui tamen adeò ab itineribus fuit alienus, vt semper ad *Iordanem* tam certo loco moraretur, vt ab omnibus adire eum volentibus semper inueniretur; nec vnumquam scribatur hanc pietatis suæ, & concionum ad populum vndiq. confluentem diatribam antè aut reliquisse aut commutasse; quàm ab *Herode* caperetur. Huic *Iano*, paullo ante messem, festum diem agebant *Cimmerij* omnes, artemisia cincti & coronati; quo faustum sibi iter precabantur: propterea quòd expeditiones suas eo tempore adornarent, quibus nihil impedimenti adferri, & præ-

sertim nullum incidere Panicum terrorem, maxime sibi orandum Ianum putabant. Inde adeo illud est quod nostrates & alij, qui eundem ritum à Cimmeriis acceperunt, hodie etiamnum, ad diui Ioannis, artemisia & aliis verbenis, si hæc desit, sese plerique obuincire soleant & ornare, nec se tantum, sed fores etiam & postes: quoniam summum hoc credant aduersus omnia itinerum obstacula, præsertim aduersus nocturnos Lemures, & dæmonium, ut ipsi vocant, meridianum, esse amuletum. Vt cumque Christiani præfules veterem insaniam sustulerint, Iani nomine & festo ad diuum Ioannem translato, manent tamen hæcenus apud plurimos eiusdem veteris superstitionis vestigia; quæ licet ad D. Ioannem colendum transferantur, aperte tamen primam testantur originem. Ianus certè principio nihil aliud erat quàm potestas diuina, itinerum, profectio- num, expeditionumque tutelaris, ex qua deinde dæmoniaca fraus, & sacrorum Curetes, non tam luctifugæ, quàm lucifugi, suam confinxerunt idolomaniam; in quam quid- quid reliquum inuenerunt sacrorum nominum, iam olim ante omnem poëtarum, Græcorum memoriam pertraxisse deprehenduntur; tot diis sibi constructis, quot nomina inuenissent. Hinc apud Romanos Iani templum patebat, quàm diu exercitus contra hostes duceretur; ne scilicet clausis foribus exitus ipsi Deo non daretur, ad expeditio- num obstacula amolienda. Hæc de Iano, cuius nomen tanto lubentius ad *Ga* reduxi, quòd in vigilia D. Ioannis, anno supra sesquimillesimum vndeicesimum, die Iouis, à matre Mechtilde verbenis vincta in lucem sim editus, & quo fausta omnia nato essent, Ioannis nomen acceperim; quod ut Dei gratiâ Hebræis notat, ita oro, ut eam semper & in hoc sæculo, & in futura vita sempiterna Deus Opt. Max. benignè cõcedat. Vidimus modò Iani & diei nomen apud nostrates eisdem habere natales. Latini Diem, ut vo- lunt, à Dio habent; quod an ita sit, an non, difficile sit affirmatu: cum *Diem* Cimbris idem sit quod facere ut res quæpiam capiat incrementum & promotionem; à quo Dies fortè, quòd hic omnia opera promoueat, & res hominum augeat. Vnde autem di- catur Deus, in Alauda docebo, si Deus dies tam diu mihi felices currere permittet.

A *Ga* item, quod *eo* significat, sit *Gai*, quo placidum, alacre & hilare notatur: & ut verbum, idem est quod placeo; quasi dicatur, talis sum, ut dignus videar ad quem eatur. Est & altera causa quæ primaria merito habeatur. *Ge-ai* enim idem est quod do spiri- tum siue vitam: quod proprium est supremi *Gaij*, qui est Christus, de quo Deus pater, *Hic est*, inquit, *filius meus dilectus in quo mihi complacui*. Hic item supremus est spon- sus Ecclesiæ suæ, & idcirco nomine *Gaij* dignissimus: cum sponsæ suæ reuera vitam det, quam etymologia pollicetur. Sed hæc altiora, quàm ut hic latius tractanda. Accedit & tertia nominis ratio, quam reperies, si *Gai* soluat in *Ge-hai*, quod esset aliquid tam esse perfectum, ut haberi optetur. *Hai* enim optandi modus est, ab *Hai* siue *Heb*; ita ut *Gai* esset, quod habere homines vellent & optarent: & quoniam *Gai* id significat, quod ita placet, ut eo potiri velimus; non malè venit in loquendi consuetudinem pro coniuge, quam non in hominibus modò, sed in brutis etiam obseruamus. In auihus hypocori- sticòs diminuente voce utimur pro *Gai* / *Gaijen* dicentes. Hinc apud Latinos Caius quod Gaius scribendum esset, si scriptura pronunciationem sequeretur. Perfectio ita- que habere optantis per *Ge*, & hac expressa, optimè coniugibus applicatur; eo quòd nihil æquè habere optemus, atque societatem ad genus propagandum. Non optimè iraque Aristoteles dixit, habendi modum alienissimum esse, quo vir vxorem habet; cum nihil magis habeamus, quàm id quod duplici funiculo habemus deuinctum. Ne- que enim vir amore tantum suo vxorem sibi habet alligatam; sed amore etiam vxoris mutuo; ita ut vinculo gemino ligentur, eo modo quo funis funem habet nodo Hercu- lano sibi alligatum. Et hæc quidem ratio ob quam *Gai* includat *Ge-hai*. Altera verò significationis causa, quæ Iota lætitiæ signum ipsi eundi actui adiicit, inde sumitur, quòd nihil sit ad quod auidius & lætius eatur, quàm ad societatem & complexum ge- nerationis. Qua de re sic Lucretius ad Venerem,

Nam simul ac species patefacta est verna diei,

Et referata viget genitalibus aura Fauoni;

Aëria primum volucres, te, diua, tuumq;

Significant inritum percussa corda tua vi:

Inde fera pecudes persultant pabula læta,

Et rapi-

*Iani nomen
& festum ad
D. Ioannem
translatum.*

*Dies unde
dicatur.
Diet.*

*Ga.
Gai.*

Caius.

*Et rapidos tranant amneis. ita capta lepore
Te sequitur cupide, quò quamque inducere pergis.
Denique per maria, ac montes, fluuiosque rapaces,
Frondiserasque domos auium, camposque virentes,
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,
Efficit ut cupide generatim secla propagent.*

De eadem ingenti adeundi focij animalis cupidine, prolixius & elegantius Virgilius Georg. libro tertio, inter quæ sunt & hæc,

*Omne adeò genus in terris hominumq;, ferarumq;,
Et genus equorum, pecudes, pictaq; volucres
In furias ignemq; ruunt, amor omnibus idem.*

Quid ego Poëtarum hic vtor testimoniis, cum adeò in ipso statim sacrarum litterarum exordio sic legamus: Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adharebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Bene itaque ab adeundi oblectamento

Cai vxor vocatur: nec peius à voto habendi, cum vtrumque in coniugio sic excellat, vt neminem non vis eius rapiat atque percellat. Hinc apud Romanos à maioribus Cimbris Gaius & Gaia nomina retenta, de quibus sic Quintilianus: Quid quæ scri-

Gaius et Gaia.

buntur aliter, quàm enuntiantur? Nam & Caius C littera notatur, quæ inuersa mulierem declarat, quia tam Caias esse vocitatas, quàm Caios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Plutarchus quærit, ob quam causam in nuptiis contrahendis sollempnis hic verborum ritus obseruaretur, vbi tum Gaius ego Gaia: sed nihil inuenit, quod veram originem explicaret. Nobis ratio clarissima; quoniam non olim modò, sed hodie etiam, vel hac, vel simili verborum formula matrimonium contrahitur, dum dicit Sacerdos viro, Placet tibi hanc habere coniugem? & mulieri, Placet tibi hunc habere coniugem?

Quid enim aliud coniux, quàm Gaius apud Cimbro; nisi quòd hæc vox multo sit, quàm illa, significantior, multòque clariùs aperiat, quanta sit vis huius societatis, quàm vox versa non minorem notationis argumento exprimit. Jag enim idem est quod vehementer & summo impetu persequor, vt assequar; quod Latini dicunt Venari, ratione omnibus iuxtà Grammaticis ac oratoribus ignota, qui credunt Venari

Jag.

primum ad feras persequendas pertinere, atque inde ad alia venationum genera transfuisse. Venor enim dicitur à Vpn/ id est reperio, siue peruestigo. Vpn rursus à Ven/ quo pulcritudo notatur; quia latè patens finis est: En enim & Ent finis, V, latè patentis notationem habet. Finis enim quærendi excellentissimus, est pulcritudo: quia nihil pulcrius ducimus, quàm multa inuenisse. Iam quàm latè rerum omnium se porrigit vniuersitas, tam latè videbis opificem, pulcritudinem in finibus ipsarum collocasse, vt ea illecti homines ad caussarum inuentionem ducerentur. Quamuis autem bonum non minus amplè per omnia distendatur; ipsius tamen speciem non tam cito, quàm ipsius pulcri, apprehendimus: quia antè pulcrum esse aliquid, quàm bonum, innotescit. Videas erucas quasdam miro ornatu depictas, videas papiliones mirabili alarum varietate distingui, videas cantharides grato virore splendere, videas aconitum floribus suis arridere, & id genus infinita alia cernas, in quibus multo antea admirabilem pulcritudinem, quàm vllam rationem bonitatis agnosces. Hoc itaque sine tam latè patente res omnes primum arripimus, & admiramur; & quia pulcritudo nos allicit, causam eius inuestigamus. Arripimus autem pulcritudinem non solùm visu, & auditu, & mente, vt Martilius in Platonem scripsit; sed omnibus etiam ceteris sensibus. Tactus enim, qui omnium infimus est, & maximè terrenus, suam etiam percipit pulcritudinem, vt in cæco nostro, Pneumatici organi musici pulsatore excellentissimo, videmus & admiramur, dum solo tactu optimè formosas mulieres à turpioribus discernit. Quid qui solo tactu omnes mentis cogitationes & exponunt, & intelligunt, & tangendi diuersitate pro litteris vtuntur; quales in Hispania Arias Montanus se cognouisse, mihi commemorauit. De Venerea titillatione nihil dicam, quando eius pulcritudo notior est, quàm vt egeat vel exemplis vel explicatu. De gustatu nemo ignorat, quin pulcritudinem saporum sentiat, & ea plurimum oblectetur: quod licet alij non sentiant, Apicius tamen & ceteri gulæ ministri non negabunt. An non præceptor noster Galenus e saporum diuersitate vires simplicium medicamentorum nos docuit explorare, rem

Venor.

Vpn.

Ven.

En/Ent.

Pulcritudo.

versum.

in pri-

in primis pulcerrimam, & non minus vtilem, quàm admirandam? Quid iam dicam de olfactu, in quo vt canum stupenda quædam sagacitas consistit, ita homines etiam variatorunt discrimina, & alios odores aliis indicant pulciores. Videtur profectò ipsa natura nares supra os suspendisse, vt odoratu antè de alimentis, quàm gustatu iudicaremus. Vidi Leonoram Franciæ Reginam, heram meam, augustæ memoriæ, nullum vnumquam bolum in os indere, quem non antea naribus admouisset. An non cinnamomo, casia, rosis, violis, & infinitis aliis siue simplicibus, siue compositis, quibus vnguentorum thymiamatumque constat officina, mirabilis est pulcritudinis diuersitas? Quis non Hispanus & Italus Moscum, & Ambarum, & Ciuetorum sanie, latè per plateas omnium naribus adspirat, non citra periculum frequenter earum mulierum quibus vterus eiusmodi odorum sequax facillè fursum rapitur, atque phrenes ita suspendit, vt respiratio vel ægra sit, vel tollatur. Hæc item omnia sensuum obiecta ad interiorem imaginationem pulcritudinis suæ speciem transferunt, & varia somniorum genera obiciunt, quibus perinde sæpe, atque si rebus ipsis præsentibus vigiles perfrueremur, oblectamur. Circumfer itaque mentis oculos per omnia, & cerne, si potes, an quidquam inuenias ad quod non radij aliqui pulcritudinis pertingant. Cùm ergo omnium rerum perfectio in pulcritudinem terminetur, & hoc suo fine nos ad se prius trahat, quàm bonitatis vlla ratio nobis sit manifesta: insignis oportet fuerit artifex qui parua vocula, & ea quidem dumtaxat trium litterarum, totam hanc rationem tam immanibus spatiis per totam rerum latitudinem patentem ita conclusit, vt satis apertè tamen tota cerneretur. Erat mihi de Veneris nomine in littera V meritò agendum: sed non possunt singulis litteris omnia sua annumerari exempla, nisi integra lexica conscriberentur. Mihi Gaium fuit, *Venus Gaia.* id est, placuit, modo quodam singulari Gaium Veneri copulare; & docere, non aliam esse Gaiam primam, quàm ipsam Venerem, quæ radorum specierumque suarum terminis longè lateque omnia, ceu hamis quibusdam suauem escam habentibus, pertrahens, cogit, vt optent omnia ipsa potiri, & vt potiantur adire compellit; quæ duæ res per *Gai* notantur. Legas totum Platonis symposium, legas Phædrum de pulcro disputantem, legas quotquot vnumquam de pulcro scripserunt; & adfer, si potes, quidquam quod tam nobis clarè Veneris, & amoris, quo in eam rapimur, vim omnem & rationem exponat. Audimus in *Ven* omnium perfectionem terminari; & si de nomine ipsius V significationem adiuuemus, quam in Hieroglyphicis *Vau* esse dicemus, confestim intelligerentur omnia cælorum volumina ad hoc esse comparata, vt in pulcritudinem omnia finiatur. Sed hoc loco ratio hæc significationis adhuc præcox est & immatura; vt satis sit eam indicasse. Quoniam tamen pulcritudo omnis corporum in cælo exordium habet, & inde ad terram sese demittit; factum est, vt terra vxor, cælum maritus videretur; quò respexit Virgilius dum dixit,

*Tum pater omnipotens secundis imbribus Aether
Coniugis in gremium læta descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fetus.*

Miror profectò, vt quod maximè, diuinum poëtæ ingenium eò peruenire potuisse, vt quod Græcum terræ nomen Cimbris denotaret, id versibus suis ita exprimeret, vt de nostra lingua didicisse videretur. *Gaia* terra dicitur, qua ratione, nemo Græcorum verè explicabit. Nobis nihil magis perspicuum, nec clariùs eius rei causam, quàm si hos Virgilij versus adducamus, ostendere possemus. Cæli coniux est terra, atque idcirco *Gaia* dicenda, per excellentiam, ad quam genitalis vis cæli descendit, vt pulcritudinè suam ei communicet. Et quamuis terra non videatur habere pulcritudinem; tantam tamen pulcritudinem cælorum volumina, quæ *Aetheris* nomine signantur, ex eius corpore eliciunt, vt huius specie numquam non trahantur; & quo ea potiantur, numquam cessent terram mascula sua vi adire. O Gaium nomenclatorem, qui terram *Gaiam* dixit! Et certè si terra *Gaia* est, necessariò de ritualibus nuptiarum verbis apud Cimbris concipi solitis concluditur, *Aetherem Caium* esse; cùm coniugium constare non possit, nisi legitimo more sit contractum. Vide quæso, quò paulatim nos manus Mercurialis deducat, *Caium cælum* est. Quo id nomine significatur? Non alio quàm hoc ipso quod audis, dum *Cælum* dico. Antiqui pro G, C in *Caius* & *Caia* scribunt: quod vnde originem traxit, alibi fortasse: illud scio, *Cælum* dictum à *Gai* *Hel* & *Um*, & pro G, C scribi

& pro-

Cælum & Terra coniuges.

Gaia terra.

Gaium cælum.

Cælum vnde dictum & quomodo scribitur.

& pronuciari, & caussam compositionis partim in simplicibus integris esse, partim in voce per tenuem litteram pronuciata, quæ conuersioni hac in voce seruit: *Gai-hel-um* igitur est coniux motione sublimi coniugij actum perficiens. *Hel* / vt mox dicam, & alii- ya.
quoties dixi; altum. *Om* / siue *Um*, vt Campani Brabantix sonant, idem est quod in Om sine um.
circuitu. Aptissima igitur & minimè violenta est compositio, Cælum, in qua, more nostro, diphthongus integra est pronucianda, vt *Ga* & *Ei* audiantur commixta, & *I* abiiciatur, vel in *a* delitescat. Eant Grammatici Latini, & quidquam simile tentent. Cernimus in hac voce ad natales suos vocata, Cælum per *Æ* diphthongum scribendū: cernimus Cælum Gaium esse ipsius *Gaiæ*: cernimus denique *Gaiam* à *Gaio* prægnantem reddi, perpetua in circulum motione; aded vt ipse etiam actus quo coniugalis copula perficitur, exprimat. Maçte virtute tua Virgili. Quis tibi Deus, quæ tibi Musa inspirauit tam consentanea primo Cimbrici sermonis auctori? Ipsa nimirum veritas, ex cuiuscumque ore prodeat, semper sibi consentit. Huius igitur ductu eodem venisti, quò nobis Hermathena viam aperuit atque demonstrauit. Hæc ergo Cæli nomenclatura hanc habeat caussam, reiectis frigidis vel de cælatura, vel de cauo, quod *κοίλον* dicitur, coniecturis. Quòd si quidquam in his affinitatis esset, certè hæc potius à Cælo, quàm hoc ab illis nomè accepisset: eo quòd par sit credere, nomenclatorem prius cælo, quàm vel cauo vel cælanti nomen dedisse, si talis quidem fuit, qualem primum hominem à Deo formatum & institutum existimare debemus. Accedit huic rationi insignis allusio ex eisdem radicibus enata, qua fit, vt dum cælum audimus, non solū de *Gai-hel-um*, sed de *Gai-hel-om* quoque cogitemus, quo denotatur, placens, gratum, siue Gaium per totum circuitum; quasi diceretur, in tota rotunditate huius tam vasti corporis, nullam omnino esse particulam, quæ non sit *Gaia*. Et quia actus ordine naturæ præcedit potentiam; nulli prius corpori Gaium conuenit, quàm cælo; cuius nulla omnino pars est quæ non continuò illud faciat, quòd copula cõiugalis spectat. Hinc *Gai* pro verbo etiam vsurpamus, dum dicimus, *Die vogelen gaten*, id est, aues venereo actu commiscuntur: vnde Græci *γαῖασι* pro eo ponunt quod est, geniti sunt. Quocirca Terra *γαῖα* dicta, non à verbo vetusto *γαῖο*, pro gigno; sed hoc potius verbum à cælo & terra perpetuo actu *Gaiis* deriuatum dicemus. Porro quo magis clariusque cognoscas, nostratem hanc vocè esse; vt ere conuersione nobis peculiari, qua euestigiò deprehendes, cælum perpetua sua in circulum motione, & generationis actu numquam cessante, nihil omnino defatigari; quod in primis mirum videtur. *Mu* siue *Mo* Lassum signat, *Lac* idem est quod deficit; Mu sine Mo. Lac.
ita vt *Mulaet* idem sit quod lassitudinis & defatigationis defectus; qui vt conuersione notaretur, deriuatio tenuem litteram pro media substituit. Est itaque cælum corporeum speculum diuini actus, qui ab ipsa Dei essentia nihil differt, immò Deus purus actus est, ad quem in corporibus nihil propius, quàm id quod perpetuo motu agitur, accedit. Qua de caussa nos illud cæli nomen retinuimus, quo ipsum nominamus ipsius capitis demonstratorem. *Hemel* enim idem est ac si dicas, caput ostendo, siue declaro. Hemel.
Perpetuus enim motionis & generationis actus puri & æterni actus speculum & imago habetur; cui symboli ratio tanto maior adiuncta est, quòd cælum perpetuo motionis generationisque actu numquam defatigetur: quæ res bene accurateque expensa, magni eos erroris facit manifestos, qui scribere ausi sunt, cælum & terram consenescere. Quis enim consenescat quod numquam lassatur? Sed contra hos in Gigantomachia disputauimus; quo loco hoc argumentum, quantumuis luculentum, de nominis ratione sumptum, fuisset adhuc immaturum: quoniam in eo declarando probandoque plus operæ ponendum fuisset, quàm in ipsa re ad quam docendum ipsum protullemus. Nec porro hæ solæ sunt huius nominis caussæ, sed alia adhuc sese offert; atq. ea quidem aded in promptu posita, vt prima & maxima possit videri. Nam *Gai-hel-um* idem est ac si dicas, vehementissimo motu circumeo: quod quàm cælo conueniat, nemo ignorare potest, qui modò cogitet, quanta corporis moles, quantum spatium intra viginti quatuor horas absoluat. Quàm sunt omnia rationum prægnantissima! quàm sunt caussæ luculentæ! quàm nihil in iis procul accersendum! Cælum à *Gai-hel-um* deriuatur, *G* in *C* transit, quia tenuis hîc suauior est, quàm media. & licet in deriuatione litteras ad cognatas transferri frequenter videamus, præsertim si solius aspirationis sit discrimen, quo vocum diuersitas maior enascatur; tamen hoc loco huius mutationis alia ratio reperitur,

peritur, in ea quam modò dixi conuersione consistens. Sed redeamus à Cælo ad **Gai**.
Iag. Hoc si conuertas, **Iag** habebis, geminam notationis rationem allaturum; alteram, vt
 contrarium sit priori, significans id quod Latini dicunt pello; vt cum dicimus, *ic iag*
hem wech/ id est, depello eum à me: alteram maioris artificij, & diuiniore, & nobis ma-
 gis notandi; qua significat vehementi desiderio rem quampiam persequi, vt ea potia-
 mur. Iam quid est quod magis nos allicit ad persequendum, quàm pulcritudo, quæ Ve-
 nus est, cuius desiderio & amore euestigio exardescimus & inflammamur? Vnde sicut
Venor. à **Gai** habemus **Iag**; ita à **Ven** Latini **Venor** fecerunt, quod est persequi: quia nihil mag-
 is, nihil prius, nihil ardentius, quàm pulcritudinem, persequimur, vt ea quouis modo
Venio. potiamur. Hinc & **Venio**, quia ea omnia ad se venire cogit; & **Inuenio**, quia nihil æquè
Inuenio. atque **Venerem** aueamus inuenire. Nec mirum, tempus in **Venor** longum esse; cum
 in deriuatis non rarò tempora mutantur, & alioqui verbum hoc apud Latinos obscuræ
Den. sit originis. **Den** conuersum **Deu** facit, quod est Nouum; à quo Græci *νέον* retinuerunt.
Deu. Nunc quidam **Deu**/ quidam **Deu**/ alij **Deu** dicunt; quorum postremum videtur compo-
Nouis. situm à **Deu**/ siue **Deu**/ vt alij dicunt, & **Deu**, vt sit nouitatem conseruans. Hinc Nouum
Nis. Latinis; & nobis **Deu** siue **Deu** pro præsentij, vnde Latinis Nunc, Græcis *νῦν*.
Deu. **Deu** per duplex scribentes, impediunt conuersionem genuinam atq. germanam ipsius
Nunc. **Den**. Videmus vt omnia per **Venerem** innouari nostrates sentiant, dum nouum in **Ve-**
Nis. **neris** vestigijs retro lectis agnoscunt. Maximum hic latet mysterium, atque aded om-
 nium religionis nostræ, & totius sapientiæ diuinæ, & humanæ arcanorum supremum.
Venus omnia Quænam Venus est illa, quæ omnia innouat? Nempe virtus & sapientia Dei, quæ die
innouans Chri- **Veneris** in cruce pendens totum genus humanum, & vnà totam machinam munda-
stus. nam morte sua innouauit, & nouis hominibus stabilem & æternam dedit heredita-
 tem. Hæc est illa de qua Cumana Sibylla cecinit:

Vltima Cumæi venit iam carminis ætis:

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo:

Iam noua progenies celo demittitur alto.

Cernisne in **Venerem** nouitatem, quæ totum humanum genus non solum in integrum
 restituit, sed venustius etiam & diuinius, quàm antea fuisset, reddidit? Quo die? **Veneris**
 die, & eius diei hora quæ **Veneri** dicata est; quo summa venustatis perfectio notaretur.
 Quot symbola mortis Christi simul concurrere videmus, maximo consensu eodem
 tendentia! **Den**/ si veritas, nouum signat, certo indicio, per **Venerem** homini nouitatem
 contingere, & per ipsum **Deu**/ quod nouum est, ad ipsam **Venerem** recursum patere.
Deu. **Deu** nobis **Deu** facit, quod est inuenio; denotans, hoc summum esse omnium inue-
 niendorum, vt per **Venerem** innouemur, & per nouitatem cælestem **Venerem** inue-
 niamus, omnia mundana & supermundana illustrantem, & formosa reddentem. Hanc
 itaque venemur **Venerem**; quam nisi consequamur, nec venusti esse, nec possumus
 innouari. Quærite, inquit hæc Venus, & inuenietis. Eadem hæc Venus est cum illa
 sapientia quæ de se dicit: Qui me inuenierit, inueniet vitam, & hauriet salutem à
 Domino. De hac item: Via eius viæ pulcræ, & omnes semitæ illius pacificæ. Quæra-
 mus ergo sapientiæ pulcritudinem, vt ea pertrahamur ad **Venerem** & pacem cælestem,
 quam in **Minerua** inuenimus. A **Den** item habemus **Deu**/ quo id notatur, quod omni-
Deu. bus venustatis numeris est absolutum. Hinc apud Latinos **Deu**, pro termino; eo quod
 terminus rerum pulcritudinem absoluat, & pulcritudo absoluti operis indicium sit
 apertissimum. Quemadmodum igitur à **Den** **Venor**, quia Venus vera maximè venan-
 da: ita à **Gai** sit **Iag** per conuersionem, quod idem est quod **Venor**: quo clarè notari
 cernimus, nihil esse, quod magis sequi debeamus, quàm vt nos cum eo quod summè
 placere debet, coniungamus. Sicut autem cælum summè **Gaium** est eorum quæ cor-
 poris oculis videntur: ita eorum quæ mentis acie cernuntur, illud maximè **Gaium** est,
 ad quod omnia pro sua quæque portione feruntur atque contendunt. Cum ergo **Iag**
 audimus, moneri nos existimemus, vt summam pulcritudinem in omnibus per omnia
 vestigia venemur, eoquæ tota animi contentione rapiamur: perinde atque Latinis sug-
 gereretur, vt **Venerem** venentur, si rectas vocum rationes peruiderent. Quod autem
Iag & **Venor** ad ferarum persecutionem transferamus; id inde est, quod plerique ma-
 iore ferinæ carnis deuorandæ, ventrisque farciendi; quàm veræ pulcritudinis amore
 ducantur:

ducantur: à quorum tamen feruidissimo studio, summisq̄ue laboribus, hoc nobis summam ad vitam emolumentum, ut cogitemus, quanta diligentia nobis mentis pulcritudo sit venanda, æterna nos radiorum suorum luci illustratura, si tantum operæ carniuori homines sumant ad aqualiculum suum ferina sabarra onerandum. Iam quemadmodum summa Venus ea est quæ nos sexto die in cruce renouauit; ita & summus Gaius est filius patris æterni, qui Gaiam suam, id est, ecclesiam, sic dilexit, ut post diuortium humano adulterio commissum, eam sibi rursus morte sua vindicaret. Reliqua deinde vel Veneris vel Gaij nomine digna sunt, pro eo atque ad pulcritudinem & placentiam, ut sic dicam, summam, ordine suo referuntur. Nunc ergo de Venere Vrania, & Amore ipsius filio, verius licebit philosophari, quàm à Platonis conuiuio factum sit: verius etiam de pulcro loqui, quàm Socratis ingenium multo longoque disputationis discursu sit assecutum. Per omnes enim pulcritudinis fines tam diu est vagandum, dum tandem ad illud pulcrum perducamur, quod homini die Veneris per mortem Christi obtigit, per quam solam verè innouamur & renascimur, vetere serpentis leberide profus exuta atque reiecta. Hoc igitur nobis venandum, huc omnibus votis & animi viribus contendendum, ut per summam Venerem, id est, Dei pulcritudinem, innouemur & renascamur, & in ea simus ecclesia, quam Christus, verus Gaius, sibi sponsam & Gaiam fecit. Hoc inquam illud est *Gai*/ hoc illud coniugium, hoc illud votum, & habendi, & adeundi, hac voce denotatum, quò toto corde, toto animo, tota mente debemus anhelare, quod per *Jag* significatur. Persequamur igitur, perinde atque *Jag* iubet, per vestigia ipsum *Gai*/ citra quod nihil proficit, nihil iuuat, nihil beat vllum venatorem; tamen omnes, quotquot vnumquam fuere, capiat voluptates. Audiamus iustitiæ & sapientiæ Venerem dicentem: Qui me inuenerit, vitam inuenerit, & hauserit salutem. Per ipsum igitur *Vni*/ quod est inuenio, ad *Vni* veniamus, quo per ipsum *Vni* nouam vitam, quam tum in sacris litteris, tum in ipsa versa sui nominis lectione pollicetur, assequamur. Læti, hilares, alacres, verè denique Gaij venemur Veneris pulcritudinem: ut non ipsa tantum nobis Gaia sit, sed nos etiam illi simus Gaij, pro eo ac ritus nuptiales, apud vetustissimos Cimbrosoles, audimus postulare. Docemur porrò Veneris nomine, Venerem nihil aliud esse, quàm latitudinem ipsius Vnius; quia nimirum ipsum vnum latissimè per pulcritudinem apprehenditur: eo quò licet Vnum, bonum, & pulcrum, æquè latè pateant, prius tamen se pulcritudo, quàm bonitas, insinuat, uti modò dictum. *Vni* itaque vel latitudo est finis, vel latitudo Vnius. qua de re rursus noua existit contemplatio, eò nos ducens, ut queramus quid sit, per quod Vnum latissimè se communicet. Alius aliud diceret, & Plato ipsum bonum exemplo pronuntiaret: At nos scimus, nec boni, nec Vnius nos verè participes esse posse, nisi per Venerem in cruce pendentem, per quam mundati & venusti redditi ad bonum & Vnum venimus. Venio, itaque & Inuenio optimè deriuantur à *Vni*/ quò ad eam omnibus sit veniendum, & per hanc vitæ nouitas, & vera salus, quæ est communicatio siue latitudo Vnius, inuenienda. Hæc item pulcritudo finis est latissimus, quò omnibus hominibus ad eam sit contendendum. Hæc clamat, Venite omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Reficiet certè, quia nouos reddit. Vox porrò *Vni* ad astrorum naturam translata, datur stellæ pulcerrimæ, quæ eam diem erat dominio suo nuncupatura, qua Christus humanum genus innouaret. Ad elementa autem descendens, stagnis dari consuevit, eo quòd citra aquæ beneficium nulla sit terræ vel fertilitas vel pulcritudo. Deinde Venus generationi præsidet, quòd ea ab humore procedat: vnde factum, ut Venus è mari nata dicatur. Ex humore enim calente terræ permixto, qualis maris est, omnis fit generatio & nutritio. Veneti itaque vocantur ij, qui ad stagna, & paludes, & æstuaria commorantur. Hinc Venæ in corporibus vasa sunt sanguinei humoris: eo quòd ex his canalibus membra continuo alimento reficiantur & innouentur, perinde atque terræ innascentia per elices aquarum. Quemadmodum à *Vni* Veneti dicuntur; ita à *Gai* Gaili, & post Galli, qua voce populi Gaij, id est, læti, hilares, & in conuictu placidi facilisque denotantur: alio nomine illi quidem Galatæ dicti, sed ab eadem radice; quoniam videlicet *Gai*-lat placidum alacremque gestum promittat. Et hæc quidem ad præsens de Venere & Gaio facti sunt: de quibus, si, quantum rei latitudo postulat, diceremus; nec Gaij fortasse, nec venusti morosis stomachis videremur.

Gaius summus, filius patris æterni, suam Gaiam, id est, ecclesiam, morte sua sibi vindicauit.

Venus quare è mari nata dicatur. Veneti. Venæ.

Galli. Galatæ.

Latini prænomine faustissimum ab hac origine sibi seruarunt; sicut & ab alia Cimbrica voce. Cnæos non paucos dixerunt, in quorum numero Pompeius aduersus Caium infeliciter pugnavit. Cnæi nobis clementiam notat, rem toti humano generi maxime necessariam. Per hanc enim solam Deo à quo recessimus, appropinquamus. Ge perfectionis notationem habet. Na idem est quod post, & prope, cui Iota accedens, lætium quiddam adicit: ut in Cæi quoque factum animaduertas. Post peccatum commissum nihil lætius accidere potest, quam si is qui peccauit, eum continuè sequatur, contra quem peccauit, ut nimirum pœnitentia quæ post factum secuta est, & ploratu veniam impleret, atque consequatur, & per hanc rursus propinquus ei fiat, à quo fuerat culpa sua diremptus. Magna profectò vis est notationis in hac vocula Na: quandoquidem tria simul offerat motionis genera, quorum vnum est in iis quæ post commissum peccatum eueniunt; alterum in eo, quod ei qui peccarit, post eum continuè sit eundem quem culpa sua offenderit; tertium, quod per hæc rursus queat ei in quem peccauit, euadere propinquus. Merito itaque perfectio eorum quæ factum nostrum sequuntur, clementia dicitur: quando nihil eorum quæ nobis solis citra gratiæ diuinæ adiumentum adscribi possunt, tale est, ut non vel clementia sola nos seruet, vel culpa facti condemnemur atque pereamus. Nonne ipsum admodum primum hominis factum eiusmodi fuit, ut nisi per diuinam gratiam pœnitentia fuisset consecuta, & ex pœnitentia auxiliij diuini imploratio, & ex hac noua propinquitas ad Deum, quem deserueramus, accessisset; æterna morte pœnas luisset? Clementia ergo perfectio est, nata ex iis quæ factum consequuntur, nouam generans propinquitatem: quæ notio primum quadrat in diuinam misericordiam, qua rursus in filiorum numerum qui patri sunt propinquissimi, reuocamur. Qua verò ratione ad hanc lætiam facti posthumam queamus adspirare, vox verba declarat, in qua G in C, ut in Cæli nomine vidimus, transit. Gant enim pro Gant ferè pronunciamus, quo ploratus significatur, qui est maximus & præsentissimus clementiæ conciliator: quod ut cernas, Euangelij verba in memoriam reducam. *Maria ergo, inquit Ioannes, cum venisset ubi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ut vidit eam plorantem, & Iudeos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum.* Hoc loco audimus, ploratu Mariæ & ceterorum, Christum commotum, Lazarum mortuum ad vitam reuocasse. Num quicquam ergo efficacius ad clementiam producendam cogitare possimus? *Venite, inquit Psalmista, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos.* Quare, ô bone Vates, vis nos plorare? Nempe ut clementiam consequamur, veniamque eorum quæ corrupta nostra natura assidue cernitur perpetrare. Sic idem alibi, *Exaudi Domine vocem fletus mei.* Quid multis? Tota sacra scriptura plena est testimoniorum, nihil ad clementiam impetrandam plus virium habere, quam ploratum: quibus consentiens nomenclator noster, sic clementiam nuncupauit, ut ad eam per fletum & eiulatum iter demonstraret. Non male igitur Latini Imploro verbum vsurpant, quo videntur indicare, ploratum ad auxilium obtinendum in primis valere. Imploremus itaque diuinam misericordiam & clementiam, ut is nobis sit propitius, cuius solius ope post peccatum commissum possumus seruari: sequamur eum flentes, appropinquemus ut nobis fiat propinquus. *Appropinquate Deo, inquit Iacob, & appropinquabit vobis.* Intelligisne hic quanta sit significationis efficacitas in exigua hac vocula Cnæi, qua omnis clementiæ consequendæ & via & vtilitas est comprehensa. Mansit hoc prænomen apud Romanos, à Cimmericis maioribus relictum illud quidem; sed à nemine hætenus intellectum, nedum explicatum. Quamobrem mirum videri minimè debet, si genuina quoque scriptura non sit obseruata, quæ diphthongum, non simplicem vocalem, postulat: quia in retanto procliuius fuit errare, quod prænomen hoc duabus tantum consonantibus notaretur, in quo videri nequiret, vocalisne an diphthongus sonanda esset, maxime quoniam diphthongi & vocalis vnus sonus iam olim sit confusus. Cnæus ergo clemens erit; Caius placidus, comis, & ad societatem vel ineundam vel conseruandam iucundus. A Cnæi Hebræi acceperunt 𐤒𐤍 pro misereri, qua in voce Chet ponitur pro Gimel, littera videlicet aspirata pro media. Adderem huic litteræ alia exempla, nisi ex his satis perspicuum factum putarem, G perfectionis significationem habere. Car tamen, ut cetera omnia omittantur, non prætereundum, quo moræ perfectio denotatur.

Idem

Cnæi.

Ge.

Na.

mult. vint
milla. am
ingra. vint
milla. vint
milla. vint
milla. vint
milla. vint
milla. vint

Clementia
definitio.

Gant sine
Gant.
Ploratus, clem
entia concili
ator.

Cnæus.

Caius.

Car.

Idem enim est quod maturum, vel omnino perfectum, à G & Hr. Hinc modò liquere cuius potest, *Galg* vocabulum quo crux siue Tau Gallicum signatur, perfectionem omnium gemino funiculo, & idcirco firmissimo, colligare; eo quòd duo G, ipsum M, quod est omne, in medio cõprehendant. O mysterium! Glorietur D. Paullus in cruce Domini, gloriatur etiam noster nomenclator, qui illud cruci nomen dedit, quo firmissima omniũ perfectio significaretur; & simul notaretur, crucé talem esse, vt per eam solá Deo *Gap* esse possimus. *Galg* enim dicitur syncoptòs à *Gai lig*, vsitato nobis vocabulo, quod à *Gai* communi formula deriuatur, ad id significandum, quod tale est, vt placere meritò debeat. Quod ergo D. Paullus ad Coloss. scripsit, per crucem Christi omnia & in cælis & in terris Deo reconciliari, & pacem consequi; id nominis huius opifex sic expressit, vt crucem eo nomine donaret; quo significaretur, per eam omnia Deo *Gaia* effici. Quòd si *Galg* conuertas, *Glag* habebis, quo significatur lætitia conuiuij, quam Christus nobis cruce sua comparauit. Conuiuium autem est illud in quo pane cælesti pascemur, & toti nectare inebriabimur.

N V N C A D H transeamus, à cruce in altum adscendendo. Aspiratio enim altitudinem notat; eo quòd spiritus sursum feratur. *He* igitur nobis altum significat, pro quo *hog* etiam dicimus, quo altitudinis æterna perfectio denotetur. Ab *He* fit *heet*, quod vt nomen adiectiuum vsurpatum, calidum significat; quia caloris fit proprium, in altum ferri. At si vt verbum in vsum veniat, idem est quod iubeo & impero; eo quòd sublimiorum fit imperare inferioribus. Hinc caput *heet* vocatur, quia in eo imperium fit totius corporis. Inde *Hemel* pro cælo ponitur; propterea quòd cælum altissimum fit altissimi capitis reuelator. *Helem* verò galea est caput tegens atque defendens. *Mel* & *Lem* contraria; illud aperio, hoc celo notat. Vnde dum phrasim, non nomen, Itali Gotisantes retinent, *Celada* pro *Helem* dicunt; quoniam *Helem* idem est quod caput celans. Sed de *Hemel* plura in *Gimel* dicentur; & in *Gotodanicis* etiã quædam sunt annotata. *He* item aliquãdo *Hoo* dicimus; vnde *Hoot* caput; & *Homo*, quasi *Hoo-moet* id est, altus animus: eo quòd animus homini fit altissimus, & semper animus eius ad altissima contendere debeat; ad quæ dum ducem cacodæmonem sequeretur, ex alto præcipitatus est. *Homo* itaque & ab officio, & à peccato nomē habet; eo quòd *Hoo-moet* non altum, & ad alta contendentem animum tantum; sed superbiam etiam notet, per quam, qui ad alta contendit, præcipitatur. Ab *He* fit *Hel*, quo altum item notatur; contrarium *Leg*. Verum superuacaneum fit, multis exemplis adspirationis vim declarare: cum nemo nesciat, spiritu altitudinem, vehementiam & efficacitatem denotari. Nobis in compositione frequenter omittitur, ad lenitatem verbis conciliandam.

D E K nihil dicendum: propterea quòd in vocali rerum pictura idem quod C valeat.

L P A R T E M cæli supremam ferit, atq. idcirco littera altitudini notanda accommodata. Hinc *El* siue præposita adspiratione *Hel* est in altum eleuo: & vocali tenuiter producta, nobilem reddo: quorum illud vt nomen, altum significat; hoc nobile. *Lee* huic oppositum, vsurpatur pro molesto & turpi; hinc *leelit*, turpis, & *leet*, molestia. Ab *El* fit *heel*, quod est integrum: quia quanto quæque res magis integra est, tanto gratior est & nobilior. Inde *leech* siue *lee*, quòd aspiratio in fine omittatur, pro membris per quæ ad integritatem peruenitur. In singulari numero T adiicitur, vt fit *Let*. Ex *Te* & *El* siue *Hel* fit *Tel*, pro numero: eo quòd ad id omnis numeratio tendere debeat, vt ad ipsum *El* siue *Hel* perueniatur: quam solam vtilem esse arithmetica, Plato tradit, & ex eò Horatius ad Mæcenatem. Cõtrarium huic *Let*, pro impedio; eo quòd quidquid huic arithmetica, ad supremam altitudinem ipsius vnus tendenti, contrarium est; verum fit felicitatis impedimētum. *El* in corpore humano brachium significat; eo quòd brachium perpetuò ad *El* fit eleuandum: hinc pro brachij mensura, qua de re in Hieroglyphicis latius. Ex A & L fit *M*, pro eo quod omne dicunt Latini, eo quòd omnia ad ipsum altum tendant. A rectum ad anteriora motum vnaque patens quiddam signat, cuius supremum L adiicit. Contra igitur naturam litterarum *M*, pro non, Hebraei ponunt; apud quos *El* pro Domino fortissimo positum, nobis debetur; quibus *heel* forte & altum signat: vt *hel stem*, vox fortis & alta: & *helt* pro viro forti & strenuo. *Hel* item pro inferno: quia altissimus locus est ad inferiora; ea loquendi consuetudine qua

altum profundum dicimus. Adde & alteram causam, quod Tartara, quicquid semel acceperint, contineant fortissimè. *Hæ* enim præter strenui & fortis notationem, idem etiam signat quod continet. Infernus igitur damnatorum locus *hæ* vocatur, propter profunditatem, & vires in retinendo maximas. Et quia *hæ* etiam profundum notat; *hæ* aliquando usurpamus pro eo quod est ex alto descendere. Accedit & alia ratio, ob quam *hæ* pro inferno ponatur. Ab *hæ* enim, ut altum & forte significat, ipse Deus *El* vocatur; finis scilicet, ad quem omnia alta anhelant. Et quia altissimum hoc *hæ* maximè se celat; voluit nominum artifex, ut *hæ* pro celare & occultare diceretur. Nihil enim æquè occultum, atque sublimia diuinitatis mysteria. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei; quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & non vestigabiles viæ eius! Quod si exclamauit vas illud electionis, quod in tertium cælum adscenderat: quid nobis dicendum abiectis homunculis, in vitiorum luto hærentibus, & terræ perpetuò affixis? *hæ* itaque pro alto positum, *hæ* verbum dat, pro oculo usurpandum; in quo vocalis longa sonanda, cum in priore corripitur. Altissimus enim se occultat, & nemini se dat directè intuendum; tametsi per posteriora, obscura quadam notitia, ad eum adscendere mortales moliantur. *Hæ* ergo pro Tartaro hac etiam de causa usurpari dicemus: quod qui in eo sunt, numquam in æternum Deum sint visuri, sed perpetuò de summo illo bono sint celandi. *Hæ* itaque, quod Græcis litteris $\eta\lambda$ scriberetur, idem est quod occulto: nec illud quidem ea sola de causa, quod altissimus se occultet; sed hac etiam, ut quæ altissima sunt, maneant apud profanum vulgus arcana & abdita, & obscuris aut verborum aut fabularum symbolis inuoluta. Ex *hæ* fit *hæ* pro colle & monte, vox Anglis frequens. *Hæ* itaque & *El* pro alto & forti meritò ponuntur, de natura litteræ *L*, quæ sic pronuntiat, ut suprema linguæ pars supremam cæli partem pulsæt, atque id validè & vehementer, ut rectissimè à Terentiano explicatur. Ab *hæ* deriuatur Altum Latinorù. *Hæ*, ut verbum acceptum, idem est quod sano, & integritati restituo: vnde $\eta\lambda\iota\omicron\varsigma$ Sol Græcis, quod Sol omnia in integrum restituat, & omnia sanet. Ab *hæ* pro alto, fit Helice, pro Vrsa cælesti, quasi *hæ*-licht/id est, altum lumen; eo quod in parte cæli sit altissima. Ex *el* præterea & *u* fit *uæ*/ quasi ipsius *el* latitudo. Vnum enim, ut altum & forte, bonitate sua ad omnia descendens, efficit, ut omnia bene habeant. Id notauit Moses, dum dixit, Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Quamobrem Deus ex alto videns, & omnia comprehendens, bonitatis suæ radios latissimè omnibus diffundit creaturis. Ex *uæ* per conuersionem fit *leu*/ tum ad discrimen ipsius *Leu*, tum etiam ut alia accedat etymologia, ex *le*-*hæ*/ quod est, membra leuo; quod quid aliud est quàm viuo? Ex Dei igitur potentis bonitate vita defluit: cui *fel*/ quod significat crudele, per conuersionem aduersatur. A *uæ* fit *uæ*/ pro voluntate: & volo; quoniam voluntatis scopus sit ipsum bene habere. Cum ergo *uæ* ab *el* fiat; monemur derivationis regressu, velle nostrum totum ad summum bonum tendere debere; & summum bonorum non alibi, quàm in *el*/ esse quærendum. Vide ut tota moralis disciplina tribus sit litteris comprehensa; dum à *uæ* fit *uæ*. Iam *uæ* primum conuenit summo bono, à quo, & ad quod omnia mouentur, & cuius potestas latitudine sua vniuersa comprehendit, ut Aristoteles duodecimo primæ philosophiæ tradit. Intelligimus itaque in *uæ* altissimæ potestatis amplitudinem per duplex *W* clarissimè depictam. Potest itaque *leu*/ per conuersionem nominis sui, causam habere ex amplissima potentia, quam in hieroglyphicis aliquando signat. Hinc Leonini in Cherubin vultus: hinc Leo gentium: hinc Leo de tribu Iuda.

M LITTERAM Terentianus ait intus in ipso ore mugire; vnde aptum erit eorum symbolum, quæ in nobis esse volumus. *Mi* itaque dicimus, pro me & mihi. *Mijn* meum. *Mm* idem quod ago & duco; eo quod agere & ducere omnia ad nostram commoditatem cupiamus: vnde *Mensch* nobis pro homine, & Latinis Mens; eo quod hominem mente duci oporteat. Contrà vox lecta significat capere ab aliquo, quod ad se agenti opponitur. Hinc Minerua, ut dixi. A *men* fit *man*/ pro viro; quoniam eius sit ius ducendæ familiæ: Hinc *man* vocali longa, pro moneo; eo quod verbis & signis homines ducantur, & proprium ipsius *man* sit, monere & adhortari: Latini inde Moneo habent. Græci Lunam *man* vocant; quia eius monitu plura discamus. Varietas enim eius, & perpetua mutatio, hominem maximè adhortatur ad astronomiam inuestigandam,

dum

M littera symbolica significatio.

Mi. *Mijn*.

Mm.

Mensch.

Mens / *mentis*.

Man.

Man.

Moneo.

dum eius admiratione ad caussarum trahitur inquisitionem. Deinde & agricolas, & nautas, & medicos, & totam denique humanam societatem, officiorum gerendarumque rerum tempora docet, adeò vt nullum sidus hoc nomen potius mereatur. Iam & ipsa humidorum omnium dux est & moderatrix, vt vel hoc etiam nomine mereatur *Man* vocari, quòd elementa, & ea quæ ex elementis constant, è vicino suo loco ducat.

A *man/maent* Lunæ annus vocatur: à quo *Mensis* Latiorum. Dum nomenclator à ducendo virum *man* vocauit, hoc visus est dicere, ad virum solum omnium rerum agendarum gubernaculum & ductum pertinere; & præposterum esse, si mulier imperet atque ducat. Nec aliud dixit D. Paullus, dum mulieris caput virum dixit: quando quidem penes caput sit imperandi ducendiq. potestas. A *man* item fit *mån* pro amo; eo quòd omnia amore ducantur, nihilq. fit ad ducendù potentius. Elegantissimè Virgilius cecinit,

*Illas ducit amor trans Gargara, transq. sonantem
Ascarium, superant montes, & flumina tranant.*

Videmus ne hïc amorem ducem esse, & eum quidem minimè vulgarem? D. Paullus caritatem finem ait omnium esse præceptorum: è quo liquet, amore, perinde atque fine, duci omnia. Quòd autem nos ducit amor? Quòd, nisi ad rem amatam? Amor enim impetus est è pulcri & boni comprehensione ortus, quò ad ipsum pulcrum & bonum rapimur: cuius vt tanta varietas est, quanta est pulcritudinis apprehensæ diuersitas, ita ille summus est & validissimus, qui ex summa summi boni pulcritudine ortus nos æterno vinculo Deo coniungit. Quanto magis ingenium primi nomenclatoris intueor, tanto vehementius ipsum amare cogor. Senserat ille procul dubio, & intimis medullis persenserat, quanta vi amor rapiat ad eum à quo processit; atque idcirco à ductu nomen dedit, in quo Iota ad suauitatem & dulcedinem ductus vnà cum penetrandi ad intima præcordia excellentia denotandam eleganter vsurpauit. Quanto ergo quodque ad ducendum alia potentius est; tanto etiam excellentius amabit ea quæ ducit. Ipsum igitur summum bonum vt omnia ducit atque mouet; ita omnium eorum quæ ducit, erit amantissimum; & tanto sanè amantius ceteris omnibus, quanto ceteris omnibus ducendi potestate præstat. Si verum est quod Aristoteles dixit, bonos, quo sunt præstantiores, tanto magis amicorum gratia laborare: quid de bono ipso omnium præstantissimo dicendum? Deinde si vnusquisque amans est suorum operum, vt de poëtis Aristoteles & Cicero scripserunt: quo amore putamus summum bonum operum suorum flagrare? Præterea si vnusquisque se ipse amat; sibi quisque erit amabilis; atque idcirco, quanto quæque res est amabilior, tanto magis seipsa amabit. At quo quæque res melior, eo amabilior. Vnde fit vt idem sit optimum & amabilissimum; & vt Deus optimus, se, vt amabilissimum, maximè amet. Hinc itaque & opera sua non potest non amare, tamquam ex se, vt optimo & amabilissimo, profecta. Bonum autem supremum ad suam bonitatem reflexum gignit filium, & per filium totam rerum vniuersitatem. Quia autem propter sui amorem gignit, vt poëta facit versus, bene dictum est à priscis, Amorem antiquissimum esse, propter quem Deus creauit omnia: & dum omnia quæ creasset, bona videret; omnia paterno amore est prosecutus, tamquam opera sua, ipsius qui bonus est. Sicut porrò pater diligit filium, & per filium creaturas; ita filius amat patrem: & quia filius sola hypostasi, non essentia, à patre differt, & actus vtriusque ab agente essentia non separatur; necessariò consequitur, Amorem patris, & amorem filij vnum eundemque esse amorem, & ab vtroque procedentem, nihil vel à patre, vel à filio essentia differre; sed sola hypostasi, quam Latini personam verterunt, discerni. Hic amor Spiritus sanctus est, omnia virtute sua permeans, & filio & patri, vnde processit, colligans. De hoc Amore Parmenides somniauit, fama quapiam à maioribus accepta; quem si ab Vno & Ente putauit procedere, & Vnum quidè patris, Ens verò filij notionè habere; non malè profectò rerù principia collocauit. Hesiodus è fabulosa Theogonia Amorem post Chaos & Terram producit: quod sic ad veritatis regulam applicandum, vt per Chaos infinitam patris infinitatè intelligamus; per Terrà verò siue Gaiam, intelligamus filiù, in quo pater sibi placuit, & per quem ex infinitate sua finitum hunc mundum, & certis terminis inclusum, produxit. Sed de hac re alibi fortasse. Hic itaque Amor, vt omnis honesti amoris causa est; ita primùm nos ducit ad id quod est amabilissimum. Quid verò amabilissimum, si non id, quod omnium optimum?

*Maent.
Mensis.*

Man.

Amore omnia ducitur.

Amor Patris et filij, est Spiritus sanctus.

Summum itaq. bonum primum & super omnia amandū, amore nimirum reciproco, sed tanto imbecilliore, quanto homines Deo sunt infirmiores. Quocirca hominū amor quo summum bonorū amant, Anteros potius, quā Eros, dicendus. Ab amore quo patrem nostrum caelestem beneficio & gratia spiritus sancti redamamus, profluit amor in proximum: eo quod ipsius quem amamus, opus non possimus non amare. Quamobrem necessaria est collectio, cum qui proximum non amat, nec Deum quidem amare. Hæc vera est amoris generatio, & eius ad homines descensus, à quo ad patrem reditus per suos gradus aperitur. Socrates in Phædro Erotā ἀπὸ τῆς πόρνης deducere videtur; nos ex hac contemplatione in eam sententiam facillè descendemus, ut Eros è Cimbrico sermone trahat originem; eo quod antiquissimo Deo ex antiquissima lingua nomen videatur petendum. Her-heet commune omnium caput notat. Atqui capitis proprium officium est totum ut corpus ducat, & ceteris membris omnibus imperet: è quo liquet, eadem de causa, Min apud nos, & Eros apud Græcos, amoris habere significationem. Non nego, validas vires amoris esse; atque ea de causa non malè nomen à robore mereri: sed quæ ex πόρνη fiat ἔρως, non perinde cerno. Si ludere luberet, possemus Latinis hanc laudem tribuere, ut à Roma vocem Amor fecerint, si conversionis hoc genus in pluribus apud eos vocabulis reperiretur. Equidem Amo ab A & Moe factum suspicor; quo animi in aliquem proclivitas notaretur: sicut Homo ab hot-moet fieri dixi. Quid enim aliud est amor, quā animi in aliquem propensio: Hebræi אהב pro amo dicunt, quod mihi videtur à Cho-waw pro Goo-waw factum, quod significat bonum optare siue velle. Est enim Amor boni cupiditas; qua quia cuncta ducuntur, Min apud nos idem est quod Amo. Veteres poëtæ Phaneta Amorem nominarunt; propterea quod sit omnium antesignanus. Phan enim siue Fan Vexillum signat, à Ban præterito imperfecto ipsius Bin, quod idem est quod ligo. Alio nomine Banda dicitur, unde Bandophorus & Babant. Ad discrimen tamen agnoscendum, Fan dicimus pro vexillo; Ban verò pro vinculo & fascia qua quippiam ligatur: & ban pro ligabam. Ban verò a longa, vel Ban/via publica, à Bie-ant, id est, offero progrediendi facultatem. Ad ambiguitatem itaque evitandam Fan dicimus pro vexillo; eo quod ij qui sub eodem vexillo sunt, inter se colligati sint, atque ad omnia pericula, communi damno & utilitate subeunda, devincti, cum inter se, tum cum eo, cuius ductum sequuntur. Phan-heet itaque ad verbum idem sonat quod vexilli caput. Quod autem aliud est caput vexilli, quā caput vexillum ducens? Accipitur enim Vexillum æquè pro iis qui sub vexillo sunt, atq. pro ipso vexillo. Her-heet igitur & Phan-heet eiusdem ferè sunt notationis; hoc quidè caput vexilli, illud caput communitatis vel exercitus; ita ut utrumque iuxta cum Min consentiat. In Phan tamen siue Fan ratio symboli efficacior invenitur; eo quod Fan non solum nomine, sed reapse etiam habeat colligandi notationem, quod proprium est amoris officium. Hinc & Sanctus Amor dicitur; quia vinculum inter homines & Deum fanciat. Adduntur & alæ, ut intelligamus, nos solo amore ad Deum posse euolare. In Hieroglyphicis pennæ pinguntur, quo mentis nostræ ad supremum Et volatus indicatur; eo quod Her pro penna; à Duer, id est, à portando deriuetur; sicque fiat, ut nomen & res ipsa communi consensu motionem ad superiora signent. Sequamur itaque Phaneta, sequamur, inquam, ipsum totius humani angelicique exercitus caput, quo ipsius pennis elati ad ipsum boni pulcritudinisque fontem adspiremus. De amore corporeo & cupiditate voluptatum ab ipso summo bono auocantium nihil hic agendum; cum non magis amor hic sit dicendus, quā homo pictus est homo, aut umbra corporis ipsum corpus: immò aded amor non sit, ut verò amori ex diametro repugnet.

De natura litteræ M, Mi, ut verbum, idem est quod ad se ita respicere quemquam, ut omnia aduersa vitet. Mut siue Mut conclusum in se; unde apud Latinos Mutus: & Mutire, obscure loqui. & apud nos Muten est per clancularios susurros excitare seditionem. Mutis Mus vocatur; eo quod clam agat, & in abditis locis. Hinc Muisen, ea quæ abditata sunt, magno silentio inquirere. Hinc Musarum nomen; quarum proprium est in abditis locis magna animi tranquillitate inquirere latentes rerū causas. Mut itaq. quasi Mi-vit, vel claudens quippiam ne efferatur. Sic dicimus aues esse in Mut, dū in tenebris clauduntur. Hinc igitur Mus, Musa, μῦσα pro inquirere cū silentio, Mutus, Mutio. Apud nostrates Mou pro manica ponitur; eo quod in ea abscondi multa soleant.

LITTERA N tinnitum edit à dentibus ad nares vsque elatum. Hinc in fine crebrò adiicitur, soni vehementioris causa, vt ex *Ce*, *Cen*; ex *N*, *Ni*, siue *Nen*. In finitui certè omnes in hanc terminantur, non alterius, quàm euphoniae gratia. Verùm quia sonum violentia quadam elidit, vt per nares ferè pars eius erumpere videatur; placuit nomenclatori, litteram ad eum vsum vocare, vt quæ negamus; ea significaret. Hinc posita ante *Ce* siue *Cen*/ facit *Ncen*/ vel *Nee*, pro Non; quasi dicas, minimè vnus: à quo Non Latinorum. *Nec*, est aliquid; *Niet*, est nihil. *Nit*, est perpetuò; *Noit*/ numquam. O rotundo suo sono videtur res perpetuò in se circulo tenere; cui *N* adiectum res dissoluit & tollit. Sic *Nut* est vtile; *Omuit*, inutilis: *Nosel*, qui nocet; *Omnosel*, qui citra noxam est: *Niijp*, maturum; *Omriijp*, immaturum. Hinc *Noon* est defraudo & aufero. Latini non permutarunt, pro eo *In* dicentes in compositione.

P IMPRESSIONEM in aliquid significat; eo quòd prius labra comprimendo sonus è medio eorum propellatur, atque quodam modo erumpat. Et quia in terram corpora maxima vi impingunt, *Pe* ferè in iis vsurpamus, omne animalium terrestrium genus rationis expers sic vocantes: vnde Pecus Latinis. Pro eodem *De* nunc vtimur; & *Pe* etiam prisca. Hinc *Pat*, quasi *Pe-hat*/ id est, depressionem tenens, pro semita: *Pet* siue *Poet*, *Pes*; ab impressione deorsum: & *Poet*, planta: *Pe* pro radicibus longè in terram depressis dicitur: & *Pein*, siue *Pein*, pro gramine radices latè agente per terram; quæ *Ce* est, siue fundamentum & firmitas. Sed plura in Hieroglyphicis. Id summam constet, *P* vehementius premere quàm *B*, atque idcirco Allemanis creberrimè pro *B* pronunciari; quod iam olim clarius est, quàm vt vel explanandù sit exèplis, vel pro nouo crimine obiciendum. Constatemur itaque hanc litteram eundem vsum cum *B*, & *Ph*, & *F*, & *V*, habere; inter quas in deriuationibus frequenter transit. Sic à *Bant*, quod est vinculum, fit *Pant*, pro pignore; quia pignus vinculum fit fidei: vel *Pe-hant*, id est, impressio & irruptio manuum; quia pignori manus iniicitur. Eodem modo à *Duer*/ quod est fero, fit *Pert* pro equo, quòd eo feramur. At *Pert* alteram causam habet, quòd fit *Pe-her*/ id est, quòd vehementer imprimat pedes in terram. Vicinia litterarum non rarò numerum rationum auget. Inde Latini à *Duer* fecerunt *Porto*, & alia commigratione *Fero*, in quo *V* in *F*, sicut in illo in *P* transit. Quod autem *Fero* & *Porto* nostratibus debeantur, etymologia docet. *Dur* enim, siue *duer*/ siue *vier*/ vt alij aliter pronunciant, ignis est: & quia in igne vires ferendi sint excellentissimæ; voluit nomenclator *Duer* pro *Fero* vsurpare. *Porta* Latinorù à nostro item *Port* dicitur; & huius ratio est in *Port*, quod significat ad anterius: quia nimirù per portam ad anteriora progrediamur: vnde & *Portus*, quia maris porta fit. Hinc *Port*, quod est ante; quod transpositù Latinis & Græcis dedit *Pro*: hinc *Fores* & *Foras*. Quia autem ianua muri transitus est, fit vt *Port* sit foramen facere, siue terebram ipsam, qua quippiam perforatur: à quo iterum *Forare*, & *Foramen*. A *Duer* fit *Der* pro penna; quòd ea aues ferantur: & *Fer* pro pulcro; quoniam & id homines ferat amore sui incitatos: vnde *Fier*, qui pulchritudinem iactat, atque ob eam se nimium amat: hinc & *Ferum* Latinorum. Ex hac litterarum cognatione magna nascitur vocabulorum silua. Sic ex *Plat*, quod latum planumque notat, fit *Blat* pro folio. *Folium* autem à nostro fit, conuersione. *Nof* enim folium est, vt hoc obiter annotetur. Ex *F* Græci φ faciunt, vt dum ex *Fam* φήμη dicunt; & ex *Lief*, per conuersionem φίλος faciunt: quorum rationes nobis vernaculæ, nostratia docent esse vocabula. Latini habent à *har* *Pario*, & à *hau* *Paueo*: ex *vater* *Pater*, ex *haut* *Pauio*. A *uoet* ποός Græcis, Latinis *Pes*. *Pius* à *bie-hu*, id est, offero custodiam & obseruantiam. A *blat* fit *blac*; ab hoc *plat*, & *plet*, & *plet*. *Blat* & *blactet* in *Placentam* Latini verterunt: in *plat*, & *πλατος*: *plain*, & *Planum*: *plum*, & *Pluma*: *pin*, & *Pinna*: *pen*, & *Penna*: *pjn*, & *Pinus*, & *Pœna*: *pont*, & *Pondo*: *puer*, & *Populus*: *part*, & *Pars*: *paer*, & *Par*: *racp*, & *Rapum*: *pil*, & *Pilum*: *put*, & *Puteus*: *pur*, & *Parus*: & multis aliis eadem littera seruat; quæ vt omnia de sermone nostro sunt deriuata, ita minutiarum plenos habent explicatus, quas persequi, plus tædij, quàm vtilitatis apporet. Si quis enim querat, vnde *πλατος* dicatur, in promptu est *plat*: sed vnde nobis hoc venerit, non æquè apertum. *Lat* & *Tal* conuertuntur. *Tal* itaq. prius pro numero, ex præterito imperfecto: quod si vt epitheton capiatur, expeditum notabit: eo quòd omnia in numeratis habeat, & ad omnia sit paratus: vt dicimus, *een Talman* pro homine idoneo ad omnia: qua in voce a breue est,

N littera symbolica significatio.

Ncen. *Non*.
Nec. *Niet*.
Nit. *Noit*.
Nu. *Nut*.
Nmut.
Nosel.
Omnosel.
Nijp.
Omriijp.
Noon.

P littera symbolica significatio.

Pe.
Pecus.
De.
Pat. *Pet*.
Poet. *Pe*.
Pein siue
Pein.

Bant.
Pant.
Duer.
Pert.
Porto.
Fero.

Duer siue
Dier.
Porta.
Port.
Portus.
Portus.

Port. *Pro*.
Fores, *Foras*.
For.
Forare.
Foramen.
Der.

Fer. *Fier*.
Ferum.
Plat.
Blat.
Folium.
Nof.

Phm.
Philos.
Pario.
Paueo.
Pater.
Pauio.

poes. *Pes*.
Pius.
Placentia.
platos.
Planus.

Pluma.
Pinna.
Penna.
Pinus.
Pœna.
Pondo.

Populus.
Pars. *Par*.
Rapum.
Pilum.
Puteus.
Purus.

Plat.
Tal. *Tal*.
Talman.

& rationem alteram indicat, quæ tal dicatur quasi teal/ id est, ad omnia. Verùm si a vocalis producat, primariam significat enumerationem, quæ nimirum animi notiones per verba numerantur: vnde talman interpres, & mel ter tale/ facundus & eloquens.

Wal. Hinc ut-tal externa lingua: à qua voce fit wal/ exemptis duobus Tau: & quia alij tenuius wit sonant, ut I cum W diphthongum faciat; factum est ut Italus is dicatur, qui externæ linguæ est. Sed de hoc alibi. Tal rursus vallem notat; quod tamen nos ferè Dal dicimus, distinctionis gratia; eo quòd in valle omnia oculis exposita sunt, & numeratu facillima. Nunc à tal per conuersionem fit lat/ quo id notatur, quod leuigatum est & exporrectum, ita ut omnes partes æqualiter ad numerandum offerat: vnde lat substantiuum, pro longa & lata fissa pertica; quia ea intima quæque offerat æquè intuenda atque tangenda. Hinc gelat/ pro eo quod sic leuigatum est, ut lubricum sit, quasi perfectè explicatum. Ex hoc, gelas/ pro vitro, syncoptòs glas: à quo Glacies Latinis. Glas gles alij dicunt; & inde glesbergen pro montibus glacie perpetua concretis, quos Itali vitretas vocant: quales & plurimos vidimus, & vnum maximum ascendimus, è quo Mincius gemino fonte capit exordium. Videretur & Gelu hinc oriri: sed certum est deriuari à hest/ quo magnum frigus notatur. Porro quia quæ sic leuia sunt & lubrica, nihil retinent, sed dimittunt omnia; fit ut lat vocali longa idem sit quod dimitto, & permitto, & perinde atque leuigatus nihil adfero impediendi. Sic laet gaen/laet staen; permittite ire, permittite stare. Ex hoc laet/ pro serò; quo monemur, ne sic ire res sinamus, ut serò eas aggrediamur. Hinc Latum apud Latinos; eo quòd in lato nihil sit obstaculis, & ab hoc latus, quia lato animo sit, & nihil rebus, quo minus eant ut velint, adferat obstaculi. Ex lat fit uelat/ adiectione syllabica, siue uie-lat/ id est, præbeo latum; in quo B in P transiens facit Plat/ vnde πλατῶς & reliqua quæ diximus. A plat/plateis pro loco; & hinc πλατεία & Platea; & apud nos plateis/ pro area, vel latissima in vrbe platea. Ab eadem radice Platanus pullulauit, quòd late folia propaget blat-an. Vide quantum negotij adferat vna dictiuncula. Sic blat à ual-lat/ id est, in quo deest casus siue occasio cadendi. Quæ enim in plano præcipitij causa queat offerri? Vel blat ab V latitudinem notante, & lat/ reiecto Tau, ut sit bla/ & inde blat & blaen: Hinc πλανοῦς, quasi bla-rouc/ id est, planum & latum libum: & inde Placenta. Pin apud nos id est quod in acutum definit, siue extremum cacumen, à pe in/ id est, in primo intus; quia quod acutum est, facillè quiduis intrat. Hinc paruum & acutum epistomium in vasis pin vocatur; & virga virilis, ob causam notam: & quia turres olim in acutum desinebant, factum ut pro summitate murorum pinna ponatur. Ad summam, quicquid acutum est, pin vocatur: vnde pin/ pro Penna; quia velut pinna in corpore figitur. Latini minores pennas pinnas etiam vocant. Pin itaque nostras est, ob penetrandi intrandique facultatem sic vocatum. A pin fit pijn/ pro pœna; quia dolor maximè fiat ob penetrationem cuiusquam rei in corpus. Pijn conuersum facit Pijn/ quod est dolorem infero constringendo, ut pinna penetrando. A pijn fit Pinus, quia nucem ferat, quæ p næ ostendit utilitatem. Pijn-not enim nux est difficillima apertu: igne enim, à quo summa pœna, recludenda est. Pijn-nut verò utilitas est pœnæ, cuius nux pinea symbolum; quoniam post pœnam plurimum suppeditet fructum. A pijn etiam Pœna, in quo diphthongus pro longa vocali adscita; & hinc Punio. A pin etiam fit punt pro acumine, & eo quòd acumine signatur; Vnde Pungo & Punctum Latinorum. Pin item Pingo dedit Latinis, à pint/ quod est Pinna vtor, vel primam concinno; eo quòd pictores & pinnis vtantur, & eas continuò in acumen concinnet. Dicimus & pint-ooq/ pro eo quod est oculis semiclusis intueri, ut radij per pinnam dumtaxat admittantur. A vie-in igitur pin/ & inde cetera. Sed nec illud omittendum, à pin fieri vocem Pinax, quasi pin-hact; diceretur, quo notatur id quod pinnam, siue pennam, siue penicillum retinet: ita ut quæuis tabula, in qua vel pingi, vel scribi solet, sit vocetur. de quo nomine alia deriuantur. Pont pro Pondo fit à hont; & hoc à hon/ id est, colligabam, eo quòd in præterito imperfecto promiscuè han & han dicimus, vnde hant & hont pro vinculo. Quia igitur rebus colligatis necessariò grauitas accedit; fit ut è hont pont pro pondere dicatur. Quamobrem terra maximum pondus habet, eo quòd partes habeat maximè colligatas. Hinc & auro pondus, quia tam arctè partes auri sunt vnitæ, ut vix vllò ingenio queant dissolui. Intelligimus itaque, ea quæ constringunt & ligant, pondus addere: contra, quæ dissoluant, inducere leuita-

leuitatem. Frigus ergo pondus, calor leuitatem facit. Iam quia pondera ponderibus Pendo. metienda, fit vt *Pent* pro libra ponatur, præcipua videlicet mensura. A *pond* fit *Pendo*, quod est pondere deprimere. In his etymologia declarat, arctis partium vinculis pondus suum res debere, & à contrario contrarium effici; quod vt assequantur Latini interpretes, quis non videt longè abesse? *Pucpel* à *puppen*/ quod est sonum edere confusum, & Pucpel. Puppen. Puy hel. Populus. Popeien. Part. non intelligendum: vnde *puy-hel*/ sonus vehementer confusus: à quo populo nomen. Sic *papelen* dicimus, pro eo quod est verba non intellecta fundere. *Part* à *hie-art*/ id est, præbens naturam; eo quod rerum natura è partibus existat: quamquam hic prior ratio à *par* deducatur, eo quod membra sic sint comparata, vt paritatem inter se in officiis custodiant. *Par/hie-art*/ id est, præbens demonstrationem: quoniam è rerum paritate & æquitate maxima duratio contingat: impar rerum congressus velocem interitum adfert iuxta in ciuilibus atque naturalibus. Nomenclator ergo dum *par* in hoc posuit significatu, optimam reipub. legem dedit, indicans, nullum violentum, quod minimè paritatem seruat, perpetuum esse posse. Exigua vox, & trilittera dumtaxat, sed talis tamen, vt firmissimum omnis durationis vinculum includat; quod Latinus in ea nequicquam inuestiget. A *par*/ quod *paer* scribimus, fit *paey*/ pro colligo: quo monemur, Paey. tum in societatis humanæ æquitate facillimum esse plurimas sibi quemque colligere facultates; tum in colligendis opibus paritatem maximè conseruandam esse: quæ quia à Tyrannis tollitur, Athenienses Ostracismum sanxerunt, ne quis tam diues & potens euaderet, vt nemo ipsi *par* inueniretur: quæ lex vt ratione firma nitebatur, ita per inuidiam crebrò fuit ad maximam detorta iniquitatem. A *paey* fit *Rapum*, quia cibus fit Rapum. ad colligendum facillimus. *paey* vocali breui, longè aliud signat: Celerrimus enim ita paey. vocatur, à *pa-op*/ id est, velox ad rem quampiam inuadendam, occupandam & superandam. Hinc *Rapio* Latinorum. Hoc autem maximè contrarium est ipsi *Pari*, eo quod Rapio. & syllabæ breuitate, & litterarum ordine, durationi per *Par* oblata prorsus aduersetur. O admirandum vocum artificem; vt nusquam operosa diligentia desideratur! Quam Paritatis laus. breui vocula & physicam, & medicinam, & totam morum societatisque humanæ disciplinam conclusit; docens è paritate durationem, & ex imparitate contrarium euenire; quod principium qui per omnem latitudinem deducere vellet, nã ei tota ætas consumenda esset in huius solius explicatu. *Par* itaque, vt paritatis latifundia digito potius procul ostendamus, quàm in iis diutius exspatiemur; hoc monuisse contenti, quod in cælis diutissimè durent omnia, quia sic paria sunt, vt nihil alterius partes inuadat aut corrumpat: in aliis verò ita quodque minimè durare, quo longius à paritate discedit.

A *par* fit *paren*/ id est, duo vel plura inter se iuxta paritatem coniungere. Hinc *Paro* Latinorum, & *Comparo*, in quibus tempus mutatur. Nos à *par pas* facimus, quo commoditas notatur: Hinc *pas* pro comodo progressu; vnde *Passus* apud Latinos. Quicquid denique paritatem commoditatemque custodit, *pas* dicitur. *Het tu past uiet*/ non bene quadrat, siue non bene accommodatum est. Ponitur etiam pro tempore opportuno.

A *pas* fit *passer*/ pro circino; eo quod hoc instrumentum ad res inter se accommodandas sit aptissimum. *Pisiaculum* est, à *lip*/ id est, currebat; & recta prorsus dictionis ratione, quod præbeat *hel*/ id est, altum; quasi dicas *hiehel*: in altum enim velocissimè fertur. *Hut* contrarium habet *tuy*/ quod verticem signat: illud à *hie-yit*/ quod præbeat hauriendi ex se commoditatem. *Purus* fit à *uur*/ quo ignis denotatur; eo quod omnia per ignem purgentur. *Dur* itaque *purum*, & *purgo*, dat Latinis; nobis *pur*/ à quo *Purpur* color purè igneus, quasi *pur-uur*. Sic tamen Latini vsi sunt, vt *purpur* color sit *purus purus*. Sic dixit ille, quisquis nomen Virgilij sumpsit: *Carmina purpurea candidiora niue*. & *Valer. Flaccus: Hic sale purpureo viuâque nitentia lympha*. Sic *Horatius,*

—*Tempestiuus in domo*

Paulli, purpureis ales oloribus

Comessabere Maximi.

Quo loco demiror intolerabilem *Lambini* audaciam, qui cum poëtae elegantiam non intelligeret, pro *purpureis*, posuit *marmoreis*, operosa testium denunciatione, docens marmoreum pro candido dici. Citantur *Lucretij* versus, citantur *Virgilij*, citantur *Ouidij*, quo vetus scriptura & genuina lectio corrumperetur. At non vidit hîc *Lyncæus*, cornicum oculos configere paratus, hanc lectionem non in omnibus modò verustis

vetustis exemplaribus inueniri; sed iam olim etiam à Seruio probatam germanamque habitam fuisse, vt interim Acronis ei testimonium contemnere permittam. Ille enim hanc Virgilij locum,

*Namque ipse decoram
Caesariem nato genitrix lumenq; iuuenta
Purpureum, & latos oculis afflarat honores,*

sic interpretatur, vt purpureum pulcrum & floridum vocari dicat: quod vt probabile reddat, hanc ipsam Horatiani versus partem adducit, *Purpureis ales oloribus*. Vellem equidem Lambinum interrogare, quid sibi Columella voluerit, dum dixit, *Frondes purpurat auro*. Sanè si consentire sibi Horatium emendenti vellet; necesse haberet, vel ineptum auctorem dicere, vel locum castigare. Quis enim vniquam aurum vidit purpureum, si purpureum sit rubrum ad atrum declinans? Nescio profectò quæ sit effrons corrumpendi impudentia dicenda, si hæc correctio & emendatio sit vocanda. Nos igitur purpureum id dicemus quod floridum est & pulcrum, idque vocis origini conuenienter, quæ nihil aliud significat, quàm vel purum ignem, vel purum putum. In igne autem non tam color, quàm lux & splendor consideratur. quò videtur Horatius respexisse in Arte poetica canens:

*Inceptis graubus plerumque & magna professis,
Purpureus late, qui splendeat vnus & alter
Assuitur pannus. Nec inde alienum est illud Ausonij in Mosella,
Phæbusq; sereno
Lumine purpureum reserat iam sudus Olympum.*

Fecit itaque purpuræ nomen ad rectam rationem vocatum, ne purpuream niuem, ne purpureos olores, ne purpureum salem admiraremur; nec absurdum item putaremus, si quidquam auro purpurari diceretur. Furius apud A. Gellium sic legendus:

*Vt fulica ipsa lenis volitat super æquora classis,
Spiritus Eurorum virides dum purpurat vndas.*

Exemplar meum habebat, *Sicut fulica lenis*; quod non placet, nisi ex *fulica fulca* facias; quod per me liberum esto. Hic purpurat sic interpretatur Gellius, vt idem sit quod nitescere facit; quod non potest displicere, maximè si nitorem quendam splendidum & igneum intelligat, qualis in crispanti mari videtur, aded vt noctu etiam luceat. Purpureum itaque ignis splendorem vbique indicat, qui quòd in Ostro maximus sit & excellentissimus, purpureum Ostro tinctis potissimum applicatum. Eleganter Virgilius, *Tyriòque ardebat murice lana*. Liuius in Laodamia, Ille Asiatico ornatu affluens, aut Sardonio ac Lydio fulgens decore. Bene dixit fulgens, vt igneus purpuræ fulgor intelligeretur. Addamus & Quintiliani locum insigniter corruptum, ex libri duodecimi cap. decimo, & in eo corrigendo si minus placebo, Lambini audaciam dicar æmulatus. Sed euanescent hæc, inquit, atque moriuntur comparatione meliorum, vt lana tincta fucis citra purpuras placet: at si contuleris etiam Tyriæ lacernæ, conspectu melioris obruatur, vt Ouidius ait. Si verò iudicium iis corruptis acrius adhibeas, vt fucis purpuram; iam illud quod fefellerat, exuat mentitum colorem, & quadam vix enarrabili fœditate pallefcit. Luceat igitur hæc citra Solem, & vt quædam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. In his alia aliter corrupta fuerunt, vt liquebit conferenti. Quod autem dicit, vt Ouidius ait, nescio an à quopiam sit adiectum. Eius certè alia est comparatio. Tyrias enim Amyclæis confert. Est autem locus in Remedio amoris,

*Confer Amyclæis medicatum vellus abenis
Murice cum Tyrio, turpius illud erit.*

Si mihi citra exemplarium fidem coniectandum sit, pro *Lacerna*, non *Laconica*, sed *Tyria lacernæ* legam; vt alludat ad Iuuenalis illud, *Tyrias humero reuocante lacernas*; & illud, vt Ouidius ait, à quopiam sciolo dicaci margini adiectum, cui visa fuerit eadem vtriusque auctoris collatio; cum tamen Horatius potius citandus fuisset, apud quem est:

*Non qui Sidonio contendere callidus Ostro
Nescit Aquinatam potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiusue medullis,
Quàm qui non poterit verum distinguere falso.*

Hic enim fucum purpuræ, perinde atque apud Quintilianum, comparari videmus. An verò Amyclis iuxta ac Aquini fucos pro purpura uterentur; an purpura quidem uterentur, sed pallidior, quam esset Tyriorum; aliis coniectandum relinquo, penes quos etiam esto eius, quam velint, lectionis sequendæ potestas; eum non uno modo locus intelligi corrigique possit. Nobis satis est, ex eo intellexisse, igneum fulgorem in purpura maximè placuisse, quo ratio nominis à me assignata facilius suam tueatur probabilitatem. Nonnus purpuræ inventionem describens,

καὶ τοῖς σκοπιάς ἐδεδύμενα φάρσα κόχλω. *bour, εὐελυθὴν κελύφην ἀποπρωγῆ*
πορφυρέους, ἀπὸ θήρας ἀκοντίζοντα. διὰ λαοσῆς.

Et mox,

Χείλα φονίξας διερῶ πύελ. *πύελ, πύελος.* Videtne hic, semel scintillas rursus ignem

ipsius purpuræ? Num possit quippiam ad etymologiam esse aptius? Sed si quis dicat πύρ Græcum esse, eoque ad Græcos vocem pertinere; ei mox respondebo, dum ostendā, ab *Dr tur*, & hinc πύρ & πυρ derivari; & alioqui Græci non purpuram, sed πορφύρεον dicentes, longius quam Latini recesserunt. Ad reliqua. Πύρ a πύρ, quod est, *Pluini.* circumuolo, quia & ipsa circumuolet, & aues circumuolare faciat. De Pater, & Pario, & φίλος alibi. Plaga apud Latinos, & πλῆγμα Græcorum, à nostro plag fiunt; cuius origo *Plaga.* est à *bie-lag* derivatum. *Laeg* à *lag*, quod est iacebam, derivatum, omne id significat *Plag.* quod vel homines vel feras deiicit, atque cogit iacere. Vnde λήω pro *Laeg* itaq. *λήω.* insidiæ, & locus infidus. Quidquid ergo tale est, ut nos impellere videatur ad iacendū, *plag* dicitur. Hinc percussio & quavis afflictio *plaga* vocatur. Quid quod & retia, quamvis alio accentu, *plagæ* dicuntur, à *velag* id est, obsidebat. A *Laeg*, *Pelagus* illud *Pelagus.* mare dicitur, in quod si pecus incidat, non possit enatare: sicut Bosphorus mare tam an- *Bosphorus.* gustum est, ut bos traicere possit. hinc *πελαγίζεν* est modū angusti maris aut lacus exce- *πελαγίζει.* dere, ita ut quadrupedes nequeant vel traicere, vel è medio ipsius ad terram peruenire. Potest & *Pelagus* dici quasi *bie-lag*, quoniam perpetuas insidias offerat quibus queamus perire. A *vullen* Latini *Pleo* per syncopen fecerunt, V in P translato. *Plant* pro solo *vullen.* pedis, à *velant*, quod est terram tenens, vnde & *plant* nostrum, & *Planta* Latinorū dicta, *Pleo.* quod terram teneat: hinc *planten* terræ committere, & *Planto*. Fit & P ex F, ut in *πλέω*, *Plant.* quod nos *flechten* dicimus, quasi *vos-flechten*, id est, plenè connectere: & quia in conne- *Planta.* ctendo res plicantur, Latini *Plico* suum ad vicinam significationem detorserunt; & à *flechten* similiter *Flecto*, non parua catachresi voces ab origine detorquentes. Est dum *Plico.* W in P transit: *πισύω* enim fit à *wis* *fijf*, quod quid aliud nobis est, quam vel scire fir- *Flechten.* miter, vel notitiam cuiuspiam confirmo. *Wist* firma nobis notitia est; à *Wi-est* / quod *Flecto.* reddas, longè lateque veritas huius rei patet. Nobis *wist* idem est quod sciebam certo: *Wist.* vnde *wist* pro certa notitia: hinc *πίσις*, *πίλος*, Latinis *Pileus*, à nostro *wilt* / quod fit à *wilt*, quod est repleo; quoniam qui pileos faciunt & id genus cetera, lanam non texunt, *πίσις.* sed infarciunt. aut potius à *woel*, quod est multum; quod *wil* dicunt Allemani. *Wilt* ita- *πίλος.* que esset multiplico, quod ad eandem demum radicem veniret: hinc *πιδόω*. *πιδόω* di- *πίθος.* citur à *wet-doo*, quod idem est quod scire facio, siue facio certiore. *πίθος* pro dolio, *πίθος.* à *wit-hou* / quod est latè contineo. *πίθω* à *wijn*, quod est vinum: *πίθω* enim quod vetus est *πίθω.* *Æolum* infinitum, nos *wijnen* diceremus, quod est vinum bibere.

Q LITTERA ex C & V composita, utriusque elementi usum sortitur. Sic dici- *Q littera* mus *Caet* & *Quaet* pro eodem, nisi quod V latiorē reddat & leniorem pronunciationē. *symbolica* *significatio.* A *Quaet* Quatuor Latinorum, eo quod huius numeri proprium sit, ut symbolum fiat *Quatuor.* ignis, in quo principium custodiæ à malo. qua de re in numeris plura. A *Com* / quod si- gnificat Venio, fit *Quam* pro Veniebam: Hebræi *צפ* pro Surgo ponunt. A *Comt* fit *herouit*, id est, conuenit; hinc *bequam* conueniebat: à qua voce *bequaem*, pro eo quod *Bequaem.* conuenit, & aptum est siue idoneū. Nobis olim *Ac* pro Aqua in vsu fuit; eo quod ad hu- *Ac.* midum omnia, tamquam ad nutrimentum, summo desiderio ferantur, quod est *Dar*, à qua voce *Ac-ger* / & lenius, *Ac* hactenus pro vase quo aqua hauritur, frequenti apud Campanos Brabantos vsu tritum. Vnde Hebræi *צפ* quod *Queara* nunc plerique pro- nuntiant, quam vocem acetabulum in Bibliis vertunt. Videtur autem parum cum *acger* conuenire; eo quod Hebræi vocalem consonanti in principio dictionum num- quam præponant, & ipsum y non efferant genuino suo sono, ut in hieroglyphicis do- cebo.

Ger. cebo. Hauſtorium igitur Vas *ager* eſt, quaſi dicas, aquam congregans; eo quòd *ger* ſit congrego, vel appeto, quorum vtrumque conuenit ſignificationi. *קָרַב* eadem gens dicit pro *Capit*/ id eſt, diſſecat ſiue diſcindit; vbi manifeſtum, *Q* pro *C* poni. in *קָרַב* pro concidere ſiue cædere hæc littera naturam ſuam ſeruat. Nobis *quæ* idem eſt quod vulnerat & lædit; à *quaet* quod eſt malum, ceu dicatur, malum infert. *קָרַב* retrogradum eſt vocabulum à *ſtaeck*/ quo palus notatur poſitus loco Termini: *ſtaeck* enim eſt terminare, à *ſtehen*/ quod eſt inſigere; eo quòd in finibus notandis palis infixis vti ſoleamus. *קָרַב* item ſignificat nauſeare, quod nos dicimus *miſis quæ*/ id eſt, nauſea me tenet: Hinc *keits* idem eſt quod vomo, pro quo Alemanni *hois* dicunt. Apud Hebræos nonnumquam pro *W* noſtrati ponitur, vt *וַיִּשְׁכַּח* id eſt firma veritas: qua in voce Græcos dixi *W* in *Π* mutaffe. in *קָרַב* quod *Capit* ſonant ſiue *Capas*, agnoſces *haw-uaf*/ ſi vocalem, pro eo ac nos facimus, præponas conſonanti in exordio cum adſpiratione. Eſt autem *haw-uaf* firmiter continere: quo verbo Deuteronomij caput decimum quintum vtitur, vbi nos habemus, Non contrahas manum tuam, ſed aperias eam pauperi. *קָרַב* cum noſtro *wan* conuenit, quod ſignificat acquirebam, à *wun*/ quod inter cetera acquirere notat. Inde *lewun* poſſeſſio ſiue villa cum agris *gewin* lucrum & acquiſitio. *קָרַב* pro nidificare ponunt Hebræi, quod nobis generatim ſignificat habitare, quod eſt *wonen*. *קָרַב* tridens vocatur: nobis *weiffend*/ id eſt multorum dentium. *קָרַב* lamentari: Nos *ween* dicimus pro fleo. In *קָרַב* pro vomere, *tzade* in aleph tranſiit, pro *hois*. In *קָרַב* conuſa eſt tranſpoſitio, in qua *Nun* relictum; pro noſtro *douchet*/ quo obſcurum, obſcuro & obſcuro notatur. *קָרַב* pro certa meſſura ponitur; nobis generatim *bat* uſurpatur pro vaſe quouis, è quo comeditur vel bibitur. *קָרַב* Bibliorum interpres Leuitic. vndecimo cap. Onocrotalum vertit, in Pſalmo centefimo primo Pelicanum, Eſaiæ 34. cap. Onocrotalum: Ego potius noctuam verterem. Quid enim Ericio & Onocrotalo commune, cum Onocrotalus minimè viuat in ruinis & cauernis, vt Ericius, ſed perpetuò ſtagna & mare ſequatur, quo piſcibus ſe ingurgitet. Sit igitur coniecturæ locus, *קָרַב* noctuam eam eſſe, quæ in turribus & ædium deſertis locis muſculos capit, cui nomen à *Cat*/ quo Catus ſiue felis notatur, cuius rationem mox enucleabo, eo quòd in venandi genere cum *Cato* conueniat, illud nimirum inter aues quod *Catus* inter quadrupedes. *קָרַב* verò bubonem vertit idem interpres Leuitici cap. eodem. Nos eam noctuam hæc voce deſignari putamus, quam hætenus Germani *ſuts* dicunt, tametſi Brabanti eandem *hubecken* appellent, Galli hoc tempore *chouette* vocant, quod nomen æquè ad *קָרַב* atque ad *קָרַב* alludit. Cum autem *קָרַב* pro ſcypho ſiue calice uſurpatur, deriuatur à *Croes*/ exempta littera canina, quo ternarius Hebræis in litteris ſeruaretur. Latini, vt antea monui, ex *W* idem *Q* fecerunt, vt in *Quis*, & *Qui* pro *Wie*/ *Quando wan*. *Quercus* ex *wer-tou*/ quod eſt deſendo à frigore. Ex *wer* etiam *Quirinus*. Adde & hoc, Alemannos quoque ex *W Q V* facere, vt dum dicunt *quellen*/ pro *wellen*/ quod eſt ſcaturire, aut potius ebullire. Concludendum itaque ex his ſimilibuſque exemplis, varium uſum ipſius *Q* eſſe, & in ſingulis iudicium ex primis radicibus petendum. Nobis natura *C* & *V* in hac littera ſeruatur, vt *quijt* eſt demitto & aufero, quaſi dicas *wijt*/ ab eo quod per *C* notatur, quæ littera ad molares appreſſa rem quampiam retineri vel attrahi deſignat. *Quicken* eſt manibus pondus examinare, quaſi dicas, latitudinem, quæ media eſt in *V*, concludere & comprimere ad certam meſſuram. Hinc *wer-quicken*/ eſt corpus tremulo adhuc motu ab ægritudinis caſu releuare, & vires quodammodo pedibus totoque corpore trutinare. Hinc *quicken* vel *quinguen* eſt tremulo & dubio motu paulatim effugere: Vnde *Quinque* Latinorum, qui numerus ea notat quæ lubrica ſunt, tremula & inſtabilia, teſſeram materiæ & humidorū gerens. *Quant*/ *quant* imperfectum præteritum; à quo *wantchel* eſt tremulus & inſtans: hinc *wantchelbaer*/ eſt is qui inſtans ſe demonſtrat. Intelligitur itaque hinc, quid *Quinque* ſignificet; quod operæ non leue pretium habet illic peruidendum, vbi de numeris agetur. Hinc *quinet* eſt error, ſiue tremulus & incertus in re quampiam motus.

R littera ſymbolica ſignificatio.
E.
Er. **ER** LITTERA fluxus, vibrationis, motionis aſterioris ipſo ſuo nomine mox indicat errorem, eo quo ab *E*/ ſiue *Vno*, tremulo motu vox feratur, quod non aliud eſt, quàm *Vnum* deſerere, quod dum fit, erratur. In perturbationibus *er* iratum notat, propterea quòd hæc motio rationi, non minus quàm inſania, vel maximus error, aduerſetur.

cessariò in eam nos pertraxit cogitationem, hanc hæreditatem nobis non posse contingere, nisi quisquam moriatur, cuius mors hæreditatis sit stabilimentum. Sed nihil stabile per mortem eius acquiritur, qui & ipse non sit stabilis. Quis autem stabilis & constans per seipsum, ut ab alio moueri non possit, præter ipsum Deum? Tandem ergo si siue ratio à nomenclatore eo deducitur, ut ille, cuius mors hæreditatem confirmat, & moriatur, & tamen stabilis, & citra interitum persistat in constanti & æterna sua essentia. Quamuis itaque ipsum re ad vnum ducat, nomenclator tamen monuit, non posse eò perueniri, nisi per Mineruam, & mortem, ius ipsius vnus hæreditarium nobis confirmantem & stabilientem. Ne itaque recta ratio ad Vnum mouens vocatur, quò tamen adspirari non posse, diuinus & vocabulorum & fabularum auctor nobis non obscuris iudiciis, quæ vocibus Palladia arte intexuit, demonstrauit. Quoniam verò re perbreue nomen est, placuit nominum artificii, ut d adderetur, quo & ternarius, & trinitatis imago in mente nostra à Deo, cum nos crearet, depicta absolueretur, & vnà indicaretur, motionem hoc nomine significatam non fluxum modò ad vnũ esse, sed ad ipsum etiam eet/ id est iuramentum, quod firmamentum est omnis veritatis: qua ex voce, & R præposito, fit red/ media littera in locum tenuis succedente, quo declaretur, in rationis ductu semper medium teneri. Iam pro red item reden dicimus, adiecto en/ partim ut finis omnium per en notatus indicaretur rationis scopus esse, partim quo vox in auribus nostris per nomen litteræ N à potestate sumptum magis tinniret, ipsòque sono nos ad ipsum illud quò ratio nos ducere debet, inuitaret. Nobis à reden / redenem fit; quo non ratiocinari tantum, sed sermone etiam rationem explicare designatur. Latini à re Reor fecerunt, significatione à quavis ratione, siue bene siue malè ducente, sumpta. Sed dum Ratum pro firmo ponunt, iam ad reden propius accedunt. Ex hoc deinde Rationis nomen deriuant, eo quòd ratione omnia confirmantur. Et quare confirmantur? Quia nimirum ad ipsum Vnum applicantur, in quo est omne omnis essentia: firmamentum, ut per re denotatur: quod in nomine Ratio intelligi non posset, nisi hac, quam in eo, via, ad primum fontem, è quo deriuatur, reduceretur. Quoniam porò re motionem ad Vnum significat, & hac motione omnia creata ferri debeant, vel à se, ut homines; vel ab aliis, ut cetera animantia; factum est, ut Ρέω apud Græcos pro quouis fluxu poneretur, nimirum quia omnia ad eundem finem fluant. Nos accuratiùs pro quouis fluxu aquarum rui ponimus, à ru/ quod est imperfectum: quoniam motio fiat non ad vnum, sed ad latitudinem vagam, quæ per V denotatur, cui I adiecta latitudinem ad aquas constringit. Quòd si addatur sibilus vehementis spirationis instar habens, fit ruis/ pro quouis maiore ventorum impetu. A rui nos facimus ruiet/ Latini Riuum. Hinc & rit canalis aquarum propriè terras rumpens; à qua insigni terras rumpendi vi, quam in aquis cernimus, quæuis ruptura rijt vocatur, & ret pro Rima dicitur. A rui item & ru fit ruiten / quod est omnia vastare, more torrentium, & inundantium aquarum. A ru Latinis est Rude, & à rui ποῦς Græcis. ab eodem Taurus mons, quòd primas teneat in fluxu aquarum generando. A Ρέω Græci plurima deriuant, ita ut magna soboles à ru proficiscatur. Apud nos à re fit recht / regel/ regen/ rijgen/ regelen: Et hinc apud Latinos Rex, Rectum, Rego, Regula; de quibus antè, dum de Coning/ Regis, & βασιλέως nomenclaturis differeretur. Ab R & hoog fit rooc/ mutata media in tenuem, pro fumo; eo quòd sit fluxus in altum. Hinc roic siue reut pro odore; eo quòd feratur in altum, quem adscendentem nares cavitata sua inferius patentes suscipiunt. Hinc ruit siue riet/ est odorari: vnde Græcis Ρῆς pro nare, & Hebræis נח pro odorari. Hinc & quemuis spiritum נח appellat, quia nimirum veluti fumus in altum feratur: quæ ratio nobis, non aliis, debetur. Ru/ ut eò redeam, non prorsum modò, sed versum etiam, suam habet significationis causam. Ru enim potentiam significat latè fluentem, siue idem quod latam mouendi habens potestatem. Magna itaque, & magnam vim habentia, & perfecta, hac voce signamus; quibus, quæ ru sunt, opponuntur. Hinc Ru-os est magnus & vastus bos, à qua Vrus apud Latinos, animal altum, & densè iubatú, & virium maximarú, quale hoc anno Antwerpia vidi. Ru-alt est valdè fenex. Ru-haen est magnus Gallus, qui montanus est, & in siluis agens. Ab hac voce Sat-ur excellentiam maximam feminis notat, quasi dicas summum fatorem. Sic Merc-ur maximam vim notat considerationis. Illud itaque nomen Deo conuenit, uti summo rerum omnium fatore: hoc verò ea ratione

Red.

Reden.

Redenen.

Reor.
Ratus, a, um.
Ratio.

Rui.

Rui.
Ru.Ruis.
Ruiet.
Riuus.
Rit.
Rijt.
Riet.
Ruiten.
Ruidis.
Ruis.
Taurus mōs.
Recht.
Regel.
Regen.
Rijgen.
Regelen.
Rex.
Rectus.
Rego.
Regula.
Rooc.
Ruit.
Riet.
Ruis.
Ru.
Ru-os.
Vrus.
Ru-haen.
Ru-haen.Saturnus.
Mercurius.

ri one qua nobis indit accuratam rerum omnium considerationem, quæ quoniam & celeritate mentis in cerebro sedem habentis consistit, alas Mercurij capiti poëta affinxerunt. Talaria item alata pedibus addiderunt, quibus denotabant, omnem considerationem nostram, omnes gressus nostros sursum subuolare debere, nec quemquam omnino cui hic Deus sit benignus, sic pedes terræ habere affixos, ut non perpetuò gressus suos ad alta dirigat. Verum enim uerò admiranda est huius uocis *Mar* compositio, quæ ut tota videtur volatui in altum repugnare; ita nihil est quod contemplationis ad excelsa contendentis naturam rectius aptiusque exprimere possit; si quæ de *M* tradidi, rectè intelligantur: cuius cum ea sit proprietates & indoles, ut rem in se mugitu suo interiore retrahi signet; illud hac in uoce præstat, ut *Ar* primum in se contineat. Quamuis itaque in *A* uocali, quid *Ar* sit, exposuerim: hic tamen idem, ut illic recepi, patet rursus explicabo. *R* vibrationem motionemque notat: *A* rectum iter ad anteriora aperit. Motus igitur vibrans, & apertis spatii per rectum decurrens, per *Ar* notabitur, qui quis alius cogitari potest, quam is qui celer est? Quamobrem *Ar* celeritatis index contrarium habet *Ar*, quo tarditas notatur. Ab *Ar* plurima fiunt: inter alia *Lar*, qui deus est comorantes conseruans, in qua uoce *L* nomen potestatis implet, quod est *Ar*, quo Altissimus notatur. In eadem uoce *Lar* includitur; quo molestiarum dolorumque remora designatur. Iam & *Lie* ar cognoscas, quo hominum mora & quies indicatur. *Lar* itaque secundum rationum nomen sortitus, deus est, rem domesticam faciens diu integram ab omnibus aduersis manere. Ex *ar* & *rat*, quod est attingo, habemus *Ar*, quasi *Ar*-*rat*, id est remora tactus; unde *Arca*, *Arceo*, & apud Græcos *ἄρατος*. *A* ra fit *rat*, quod ut adiectiuum idem est quod *ra*, pro quo *ras* quoque dicimus: inde *ῥαδίων* Græcis pro facili & prompto: & apud nos *rat*, pro consilio; eo quod ad res promptè expediteque gerendas consilio maximè sint vires. Temeritas enim, & subita ad res aggrediendas festinatio citra consilium, successum non accelerat, sed impedit, & frequentissimè cogit priore opera perdita, secundos subire labores. Num potuit nomenclator nos efficacius ad deliberandum adhortari, quam si per consilij nomen indicasset, nihil celerius & facilius ad destinatum finem peruenire, quam id quod maturo consilio geratur? Ipsi *rat* opponitur *tar*/ unde *Tardum* apud Latinos: quæ uox *tar* ut uerbum usurpata, idem est quod *Exspecto* siue *tardo*, Anglis hæcenus in frequentiore, quam nobis, usu. *Chaldæis* ex *tar* remansit *תָּרַח*, *T* in *S* mutato, pro maneo, quod uerbum est *Danielis* secundo. *A* *tar* per metathesim & adiectionem *G* gutturalis, fit *trag* uocali longa, pro *tardo* & negligentia. *Ar* uero substantiuum, est circulare instrumentum, ad motus celeritatem facilitatemque comparatum, quod Latini *Rotam* exigua mutatione dixerunt. *Primarium* autem natalium ius penes nostrates esse, conuersio uocum *Ar* & *Ar* / *Ar* & *Tar* clarè demonstrat. *Ar* igitur *Tardum* ex oppositionis ratione, per quam ipsi *Ar* ex diametro repugnat. *Tarditas* ergo in se retracta *Mar* erit. *Mar* enim dicimus pro diu multumque exspecto, siue *moram* traho, quod *Moror* dedit, & *Moram* Latinis. Iam *Mar* compositur ex *mar* & *rat*/ ceu dicas, *Mar*-*rat*/ quod si ueritas, idem fuerit nobis quod Latinis est, diu immorando attingo. Qui enim considerat rem quampiam, ei tantisper immorari debet, dum totam eius naturam & usum mentis discursu contingat. Videtne hic contemplationis tum rationem omnem, tum utilitatem etiam indicatam? Quorsum enim diu immoramur rei cuiquam intuendæ? Non aliorum sanè, quam ut eius naturam, omniaque ea quæ naturam consequuntur, attingamus. Est in hac consideratione mora quidem, atque ea in se retracta; eo quod mens in se recurrit: sed talis mora, ut quanta fieri potest celeritate, ad totam rei indolem peruidendam perueniat. Neque enim mens dum immoratur, cessat: sed celerrimè per rei naturam, per eius materiam & formam, per magnitudinem, per numeros, per partes, per qualitates omnes, per causas, per euenta, per cognata, per loca, per omnem usum uarietatem, per omnia denique quæ in quauis re considerare oportet, discurret, atque citatissimis pennis fertur. Quis crederet in mora tantum inueniri pernicis celeritatis? Quamuis igitur contemplatio & accurata inquisitio moram postulet, eam tamen postulat moram, in qua ingenij discursus sit uelocissimus, ita ut meritò alæ Mercurij & petaso & talaribus adhibeantur. *Petaseus* autem datur, ut cerebrum, in quo mentis uis consistit, diligentissimè custodiendum significetur; cui si noxa adferatur, mox id perit de quo homo *Mercurij* nominatur,

Cardinali-
bus & Epi-
scopis petasus
Mercurij im-
positus quid
moneat.

Mercurij
officium.

Mercurius
excellens li-
mes.

Herma.

Marguma
propriū Mer-
curij nomen.

natur, eo quod in cerebro vis sit sui ipsius ducendi. Petasus igitur Mercurij, Cardinalibus & Episcopis impositus, monet, cerebrū iis & mentem esse debere ab omnibus perturbationibus tutam, nec vlla re externa sic percelli, vt à sanis consiliis dimoueantur. Quid dico, mentem iis securam & munitam aduersus omnes superbiam, libidinis, auaritiæ, inuidiæ, iræ, ceterarumque id genus pestium impetus esse debere? Id potius dicendum fuit, ipsos petaso suo moneri, vt aliis hominibus omnibus se præstent Mercurios; nec petaso dignos esse, nisi reuera Mercurij dotes in omni vita præ se ferant. Quid verò facit Mercurius? Interpret est voluntatis diuinæ, & eorum quæ Iupiter imperat, celerrimus & fidissimus nuncius. Pacem caduceo suo & præfert & denunciatur, ceu diceret, *Pax vobis*; quæ nisi sit, voluntatem diuinam exsequi nequitis, nec quidquam omnino sani consilij vobis ipsi, nedum aliis, dare potestis. Pax autem prima est quæ nobis à deo datur, omnes perturbationes, omnia interna bella procul excludens; quæ cui non fuerit, is nec Mercurij imitorem, nec voluntatis diuinæ, nec verbi paterni interpretem se poterit præbere. Videte ergo Episcopi, videte Cardinales, quid petasus admoneat. Videte ne pedum siue caduceum vestrum aliud nobis, quàm pacem, denunciet atque demonstret. Videte ne mens vestra alas perdat. Videte ne gressus vestri sint terreni: sed semper ad sublimia subuoletis. Videte denique vt semper & vbique sitis Mercurij, id est, & opere & verbo fidi interpretes diuinæ voluntatis. Sed satis de petaso alato. *Mart* igitur vel *Mert* idem est quod considero, quod si vt nomen vsurpetur, signū notat & limitem; quod limes & terminus diligenter sit obseruandus. Quamobrem Mercurius excellens quoque limes vocari poterit: atque inde aded factum, vt prisca quadratas pilas in viis collocarint, non illas quidem terminos agrorum, sed rerū agendarum quibus sententiæ ad vitam viles incidebantur, dicebanturque à capite quod termino imponebatur, proficisci. Hi sunt Hermæ illi è quibus librorum Mercurio ter maximo adscriptorum factus est contextus; & optima illud quidem ratione, quod in iis diuinæ voluntatis interpretatio contineretur: quo fit, nihil vt sit admirandum id quod apud Iamblichum legimus, multa librorum millia Mercurio Trismegisto adscripta fuisse. Collocabantur item Hermæ in triuiis & quadriuiis, ad iter indicandum; qui si positi non essent, loco eorum lapides à viatoribus congeri solent, quo earum acerui vice Mercurij fungerentur: vnde & nomen duxerunt. Hinc intelligitur locus ille Prouerbiorum: *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem.* Cùm enim interpretes varia comminiscantur, & alius dicat fundam, alius dicat purpuram intelligi: optimè illi senserunt qui aceruum Mercurij ex Marguma reddiderunt, quos D. Hieronymus est secutus. Marguma itaque, mea quidem sententia, non deriuatur à מרג, vt nonnulli putarunt; sed proprium est Mercurij nomen, à *Mart*-*Iu*-*man*, id est, monitor limitis custodiendi, vel *Mart*-*man*, limitis monitor. Hinc Marguman lapidum aceruus ad iter demonstrandum, quales in Hispania in vsu hæcenus manent, à me in ea præcipuè via annotati quæ ex Lusitania Guadalupam ducit. Qui igitur stultum honorat, tantundem facit atque is qui lapide vno aut altero Margumani auget. Quamuis enim is beneficium præstet, atque acernum noua accessione honoret; is tamen qui recipit, nullum beneficium sentit, nec intelligit se honorari: atque idcirco beneficium collatum rei nihil sentienti, nihilq. agnoscenti, frustra collatum videtur: tamen beneficium reuera ad eum veniat cui via monstratur. Non itaque vetatur, vt stultus honoretur, sed monemur, ne à stulto gratum animum exspectemus. Salomon enim ipse Prouerbia sua scripsit omnibus, non sapientibus modò, sed etiam stultis; cùm tamen apud hos nihil habeant honoris: eo ipso monstras, beneficiendum omnibus, nec quemquam eo absterri debere, quod apud stultos & ingratos nulla sit vel honoris, vel beneficij, & agnitio & recordatio. Imperat enim ipsa natura, & summum bonum, naturæ ipsius fons & origo, vt perpetuò boni omnibus simus, licet cerò sciamus, eos quibus vel beneficium vel honorarium conferimus, aut crassiores aut ingratiore fore, quàm vt se quidquam accepisse cognoscant, vel si cognoscant, se nouisse fateantur. Qui ergo stulto exhibet honorem, tantundem facit, atque si lapidem coniciat in aceruum Mercurij, quo suo quidem facto humanitatis officium præstat; sed sic, vt à nemine sit agnosendus. Sic & Salomon Parabolas suas omnibus æquè scripsit & gratis & ingratis, officio boni viri defunctus ille quidem; at minimè apud stultos eas quas meretur, gratias consecuturus.

secuturus. Quamuis igitur stulti & ingrati beneficia quibus honorantur, non agnoscant; nobis tamen ea de causa cessandum non est in iis præstandis quæ communis hominum utilitas postulabit: cogitandum quæ semper, numquam nobis negligendam bene de omnibus merendi occasionem, non secus atque illi faciunt, qui lapidibus in acertum Margumani coniectis iter viatoribus demonstrant. Ex eadem itaque radice Marguman & Mercurius primam vocabuli syllabam habent, quod apud Hebræos ex prima lingua relictum esse, minus miraberis, si consideres Rigman etiam apud eos in usu esse, cuius vocis notationem ex lingua ipsorum difficile sit ad causam vocare. D. Hieronymus Rigman principes vertit psalmo sexagesimo septimo, *Principes Iuda duces eorum*. quam vocem si ad *רמ* reducas, quo lapidare notatur, non video, quid rationis inueniri queat, ut principes à lapidatione dicantur. Nobis *רמ* man vir dicitur cui iuris dicundi potestas est, quæ significatio optimè cum principis officio quadrat. Sed redeamus ad Mercurium, nihil certius habentes, quam nos tantum gratiæ reportaturos apud Hebræos, quantum si saxum Margumano adiecissimus. Quoniam verò à magna perfecta quæ consideratione Mercurius nomen sortitus est, non solum ad res diuinas, sed ad forum etiam, & hominum inter se commercia numen eius aduocatur. Ementibus enim & vendentibus ob eam causam vel propitius vel iratus dicitur, quia diligenti opus sit consideratione ad rerum permutationem cum utilitate faciendam; qua qui caret, Mercurio non fauente & emit & vendit. A *mer* igitur, quod est considero, Latini nomen Mercis habent, & inde Mercor, & cognata vocabula. Hinc factum, ut crumena Mercurio in manu detur, quoniam vulgus præcipuum Mercurij donum in lucro ponat; à quo *מיום דאג* pro die Mercurij, à *מיום* quod est lucrabar, quod hic dies faustus rebus cum lucro vendendis & emendis crederetur. Hac itidem de causa *Ἡριούσιος* hic Deus apud Græcos dicitur, quasi hominibus plurimum adferat utilitatis. Nec nos alia de re *merit* forum dicimus, in quo qui cum lucro versari volet, ei opus est accurata rerum emendarum vendendarum quæ consideratione. Præest itaque Mercurius cuius considerationi obseruationi quæ, siue ea sit rerum diuinarum, siue forensium, siue infernalium. *Ματ* porro si conuertas, *Εραμ* reddet, quo denotatur rerum venalium vel taberna, vel capsula hominibus ad considerandum proposita; quæ vox tam artificiosè facta est, ut non per conuersionem tantum habeat notationis suæ causam; sed per profam etiam compositionem: eo quod *Εραμ* *Car-ram* siue *Car-raem* includat, quod nihil aliud est, quam distensio rerum cararum, quam apud mercatores sua venum exponentes videmus. Quamobrem verò Mercurius ter maximus dictus sit: ei obscurum non erit, qui sciet hanc vocem primùm Spiritui sancto conuenire; utpote toti hominum considerationi præfecto, qui quæ omnibus ad contemplandum diuina, lumen accendit; & solus dat humanæ menti veritatis intuendæ potestatem. Huius folius alis in cælum attollimur, huius talaribus omnia penetramus, huius caduceo pax nobis ostenditur. Nonne igitur bene dicitur Spiritus sanctus ter maximus; cum idem sit essentia cum patre & filio? Maximus pater, maximus filius, maximus Spiritus sanctus: & hic quia maximus ab utroque procedit, ter maximus meritò vocatur. Græci & Latini quid Mercurij nomen, quid *Ηρμα*, quid *Θοοτ* significaret ignari, hominem somniant, qui ante Pharaonis vixerit aetatem, litterarum & omnium artium liberalium inuentor, cui ter maximi nomen ob id datum fingunt, quod primus aperuerit mysterium trinitatis; quæ in opinione turpius errarunt quam in Orphei nomenclatura vni homini applicanda. Hic igitur siue Mercurius, siue *Ηρμα*, siue *Θοοτ* rectissimè dicitur *Ανυβις*, quoniam iter nobis ad nostri custodiam demonstrat; eo quod Spiritus sancti donum sit ipsa fides, per quam Christus, solus humani generis custos atque conseruator, demonstratur. Huic cur caninum caput sit, antè dictum: cur caduceum detur, ut omnes ferè Poëtarum interpretes scripserunt, pacis illud indicium facientes; ita veram nominis rationem nemini hactenus perspectam esse existimo. Ea malum notare declarauit. *Θυιτ* idem est quod caput demitto. Caduceum itaque virga dicitur, qua fit, ut omne malum, & omnis mali pater, ipse draco caput dimittat. Huic duo serpentes sunt deuincti, alter draco ille pestilentissimus, alter quem hic in mulieris mente, & per hanc in vniuersis hominum animis generauit, de quibus Christus in cruce triumphauit, pacem nobis cum patre cælesti morte sua hæreditariam relinquens. Caduceum igitur

Rigman.

Rigman.

Rigman.

Rigman.

Merx, mercis.

Mercor.

Mercurio

quare crumena in manu detur.

Mיום דאג,

Mercurij dies.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Mercurius

quare dictus

ter maximus.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

Merct.

symbolum est crucis, præ se ferens trophæum duorum serpentium deuictorum. Hanc virgam Spiritus sanctus nobis ostendit, fidem nobis & fiduciam, & amorem infundens, & per hæc pacem fanciens sempiternam. Caduceum ergo demonstrat, à semine mulieris serpentis caput conculcatum iri, quod Adamo post lapsum fuit promissum. Sint sanè alia in serpentibus notæ: at hæc tamen vna tenet principatum, quam mirum non est neminem hæcenus animaduertisse, cum significatio vocis non intelligeretur. Qui Caduceum à cadendo deriuant, eo quòd bellum per hanc virgam cadat; aliqua saltem tenus ostendunt, aliquid esse quod per caduceum cadat. Quid quod & ipsum Cado & Caduceum ab eadem pullulant radice. Cado Latini pro Labor vsurpant; cum nos non quoduis genus labendi per Cado intelligamus, sed illud dumtaxat, quo ille ruit, qui mali quippiam committit: *Ca do* enim idem est quod malum ago. *Ca* hinc ipsum ipsius mali caput deprimi & summergi signat. Verùm Mercurius nouas perpetuo obseruationes suggerens, nimis me diu in symbolis suis detineret, eoquæ quod pace eius, qui pacem ostendit, fiat; redibo ad *Wz*/ ex quo, vt Satur & Mercur nomina duxerunt; ita & *Wz* *Wz*; quo magnus & perfectus progressor notatur, ceu diceret, *Wz*-*am*; quamquam suspicor *Wz*-*an*-*hoot* dici debere, vt perfectum & magnum progressus omnis caput significetur, è quo *Wz* *Wz* Græci fecerint terminatione sibi vernacula. Conuenientissimum profectò Cæli nomen; eo quòd principium omnis motionis Cælo adscribat, & idcirco primo mobili maxime dandum; quod motu suo maximo & potentissimo omnium cæterorum motuum præbet exordium, cælos reliquos rapiens, & omnia quæ sub cælis sunt, cælorum varia motione temperans. Quoniam verò quod supremum est, excellentissimo motu cietur, qui per *An* nobis notatur; factum vt *Wz* Græci pro eo dicant quod Latinis est sursum, quasi *An*-*hoot*/ id est, progressus caput sursum esse denotare vellent; aut potius indicare, omnem progressum nostrum ad supremum caput contendere debere. Ex *Wz* nostrates *Wz* habent, pro igne; eo quòd ignis vis inter omnia maxima sit & excellentissima: à qua voce Græcis *Wz*, mutato V in P. Allemani seu scribunt. Hinc *Wz* nostras, & *Fero* Latinorum. A *Wz* Latinis est *Vro*, & inde comburo, & amburo, & *Vstulo*. Hebræi *Wz* pro luce dicunt, quoniam ignis lucis est fons & origo. Hinc liceret Agenoris nomen craterem siue fontem lucis interpretari, si Phœnicum lingua, vt poëtis est consentaneum, debeatur. Hinc fit vt *Wz* ponatur pro temporis opportunitate, eo quòd nihil hac sit ad res agendas maioris momenti; qua de voce Latini & Græci horam sumpserunt. Quia verò agendi tempestiuitas breuis est & lubrica, & citissime transiens, factum vt nobis *Wz* Græcis & Latinis Hora pro temporis ea parte poneretur; quæ totius primi mobilis circuitus vicesimam quartam partem complectitur. Iam quia quarundam nobis rerum ad certum & opportunum tempus copia necessaria est, *Wz* ponitur pro conduco, quasi ad horam siue opportunum tempus dicas. Nostrates item *Wz* pro capite apri vsurpant, eo quòd insignis & maxima vis sit apri in capite, cuius dentes ob eam causam fulmineos non male dicas. A *Wz* fit *fer* pro pulcro, eo quòd pulcritudinis maximæ sint vires ad hominem ad se ferendum: vel dicetur *fer* à *Wz* quod est ignem facere; eo quòd pulcritudo amoris ignem accendat; quibus rationibus accedit, quòd vt ignis omnia reddat pura, ita omnia etiam faciat pulcra. sed de hoc prius. Hinc *Wz* pro eo qui pulcritudinem iacet. Græci *Wz* pro præstanti & valido olim videntur vsurpasse; à quo *Wz*, & *Wz*, & *Wz*. A *Wz* & rom fit *Wz* & *Wz* / & *Wz* / qua in voce f Herodotus in *Wz* mutauit, *Wz* pro *Wz* scribès. Nos *Wz* pro celebrare diuinis honoribus, in vsu habemus; eo quòd eos quos sic celebramus, ignibus accensis veneremur. Hinc *Feria* apud Latinos, pro festo die: & *ferior*, pro otio; quia festis diebus & ignes accendebantur, & homines à laboribus vacabant. Christiani, quoniam omnes dies factos esse vellent, nec vllú transire sine diuino cultu, pariter omnes ferias nominarunt, solo numero faciente distinctione; dum feriã primam, feriam secundam, feriam tertiam, & sic de reliquis dicunt. Nobis igitur quotidie ignis accendendus, non tam ille qui externus cernitur, & calefacit, & sursum tendit, quam ille, qui hoc exteriore veluti symbolo denotatur. Quis, inquam, ignis alius, quam qui in mète nostra diuini amoris flammis inardescit, & totos nos ad superna rapit, omnem nostram actionem ad calum dirigens: qua in re vera vita, vt in Hieroglyphicis docebo, consistit. Omnes itaque dies, aut potius omnes horæ nobis feriæ snt, semper quæ

interno

interno igne flagremus, illius solius amore accensi, qui se solū ex toto corde vult amari. Hoc sibi cereorum flamæ, hoc lychni semper ardentes in templis volunt, hoc faces, hoc ignes diebus festis fieri consueti monent, vt nimirum perpetuo illius amore flagremus, & sursum feramur, qui omnis lucis & caloris auctor est & conseruator. Hinc Feronia dea, quasi *Fier-ron*, & *Fier-hon*, quia ad vtramque alluditur nominis rationem; illam quidem, quod hæc Dea colatur per ignem currendo; hanc verò, quia ignem effectu suo defraudet, dum pedes per prunas ardentes currentium non læduntur. Magno in honore hanc fuisse apud Sabinos iuxta ac Latinos, Halicarnassæus scribit, addens ab aliis *ἀντιφρόσων*, ab aliis *φιλοσέφρων*, ab aliis *φερσεφόρων* vocari. Nos ex ignis in sacris tessera intelligimus, geminum huius Deæ ignem fuisse, alterum, per quem numine ipsius rapti currerent; alterum eum, cui vires lædendi tolleret, & quem corrumpendi facultate defraudaret. Quis autem ignis est per quem discurrere Deo gratum est? Quis alius, quàm is qui ignibus accensis in templis denotatur, nimirum flagrans diuini amoris ardor, per quem currere verissimus est Dei cultus? Per hunc cucurrerunt Apostoli, per hunc ceteri martyres, per hunc omnes cælesti amore correpti. Iam verò qui per huc currunt omnibus terrenis calceamentis exuti, ij ignem externum, & cetera omnia tormenta illæsi perferunt atque contemnunt. Secundo itaque igne tormenta denotantur grauissima, eo quod nihil crudelius queat excogitari, quàm igne comburi. Duplicem hunc ignem D. Laurentius sensit; priorem internum & diuinum, quo feruidus per omnia Christi beneficia discurrebat; posteriorem corporeum & externum, & in corpus sætientem; quem, dum viuus affaretur, contempsit, citra omnem mentis, siue veri hominis, qui sola mente definitur, læsionem, ardorem perferens. Feronia ergo dea caritas est, quam qui habet, feruidissimè per omnia Dei beneficia discurret tantisper, dum accipiat *bra-beion* à Deo constitutum, quæ hanc habet potestatem, vt hominibus eas conferat vires, quibus omnia tormenta, licet truculentissima, contemnunt. Porro Caritas non has modò præstat, verùm & ipsum ignem tartareum defraudat; propterea quod sola caritas à flammis infernalibus nos queat liberare. Ab hac libertate in quam à caritate asserimur, dum prius serui pænæ essemus, in eam ventum est consuetudinem, vt in Feronia serui pileum acciperent, quibus idcirco caput tadebatur, vt notaretur, non inem liberum fore, nisi omnia terrena, omnes curas superuacaneas, omnia denique quæ ad corporis integritatem non pertinent, abiecerit, & nudus nudum Christum sequatur. Nihil sacris antiquissimorum ritibus celebratum est, in quo non veræ religionis symbola continerentur. Seruorum libertatem signum esse voluerunt eius libertatis in quam à Feronia vindicamur, cuius beneficio Tartareas flamas euadimus, ad quas peccatum nos cõdemnarat. Præsidet ergo Feronia Libertinis, id est, omnibus hominibus qui à seruitute per caritatē & Christi & suam sunt liberati. Frustra Seruius apud Latinos quaereret, cur Libertis Feronia præesse dicatur, tametsi præesse sciuerit & scripserit. Huius lucū olim exustum fuisse, fabulantur, & mox contra naturæ leges subito reuiuissè; quod nihil aliud est, quàm totam humani generis siluam flammis æternis fuisse adiudicatā; sed subito per caritatem diuinam, quæ vera Feronia est per omnia discurrens, in pristinum statum fuisse restitutam: atque idcirco ignem infernalem à Feronia dicimus defraudari, illis nimirum animis quos inde amoris vehiculo in cælestem ducit libertatem. Eleganter itaque nomen factum, vt & ad *Fier-ron*, quod est celerrimus ignis cursus, & ad *Fier-hon*, id est, ignem defraudo, alludat; quæ ambæ rationes eodem tendere deprehenduntur. Bene itaque Virgilius: *Viridi gaudens Feronia luo*: & multo melius quàm ipsemet intelligere quiuerit; eo quod caritas perpetuò & viridis sit, & cetera omnia viridia reddat; quod non cuius igni, sed soli cælesti & diuino conuenit ardori. Qui plura de Feronia nouisse volet, is Strabonem consulat, apud quem ritum per ignem currendi licet videre. Quemadmodum autem Feronia à *Fier* dicitur, ita & *Ferueo*; & *Feruo*, inde deriuata; eo quod feruor ignis sit effectus. Nos à *fier*, *Werm* dicimus, pro calido; *Werm*, eo quod calor ab igne nascatur; qua in voce F in W transiuit. Ex eodem fonte manauit *Ferox*, quasi *Fier-rois* diceretur, id est, ignis fumus; eo quod feroces igneo quodam fumo ferri videantur. Nec aliunde dicitur *Ferum*; eo quod ignis ferissimum sit elementum. Nos aliquando *fier* in eadem dicimus notatione pro *Fero*, licet sapius ita accipiatur, vt à *fier* pro pulcro descendat. De Puro, quod fit à *Dur*, & purgo, & purpura, antè dictum.

- Dur.** dictum. Ex D, cui vinculi facultatem dedit Plato, & Dr, fit Dur, pro eo quod ipsum perfectum ligat, atque in se deuincit. Dur enim idem est quod in robore & perfectione permāneo: vnde Duro Latinorum: *Durate & vosmet rebus seruate secundis.*
- Duro.** Id est, Colligate totum vestrum robur, ne dilabatur. Hinc Durum, quod ita colligatum est, ne facile possit dissolui. Nos Dur etiam dicimus nimis carum, eo quod sic sit domino alligatum, vt vix ab eo distrahi possit; pro quo Dier etiam dicimus. Ab Dr præterea fit Dur, quod est Moueo; eo quod is qui aliud mouet, necesse est vt magnam habeat mouendi potestatem, vtpote quam non in se modò, sed in aliud etiam exerceat. Hinc
- Durus.** fortasse Rus, & rura, quod rus maximè sit mouendum, vt fructus ferat. Iam ex Dr fit etiam Nat-ur, quo significatur humidæ perfectio; quæ nihil aliud est, quàm calor agens in humidum, ea ratione, vt res generentur, crescant atque consistant. Humore enim & calore vita continetur, sicut ex eorum contrariis frigore & siccitate mors occupat, ipsius videlicet naturæ destructio. Nats—oor autem humidæ origo est, vnde Latinis Nascor factum. Naturæ ergo nomen, citra longiorem verborum contextum, prima statim fronte demonstrat, tum quibus rebus vita conseruetur, tum quas res mors & corruptio consequatur; nec illa solum, sed hoc etiam quod ignis, in cuius noticiam deducimur, ex Dr in Dur progressi, vi sua humidum moueat atque perficiat. Non malè ergo quarto Meteororum libro Aristoteles naturam, quasi formam quandam essentiamque esse dixit; eo quod calore ignis humidum perficiente exoriatur atq. consistat. Cùm verò humidum materiæ loco sit in quam ignis agit, confestim de naturæ nomine intelligitur vtrumque, & res omnes naturales ex materia & forma constare, & huic deberi ipsius materiæ perfectionem: atque prius etiam illud apertum est, ipsum humorem materiam esse, ignis autem vim formandi facultatem habere. Præterea senij corruptionis mortisque ratio eadem ex voce tam clarè cognoscitur, vt quod clarissimè, cùm contraria contrarias habeant effectiones. Vide quanti intersit veram huius vocis fabricam intueri, quam qui rectè examinarit, is parum abfuerit à perfecta rerum naturalium cognitione. Quis non rectius ex hac etymologia, quid Natura sit, intelligat; quàm ex ea definitione quam Aristoteles secundo Phisicorum libro tradit, Naturam esse dicens principium alicuius & causam motionis & quietis eius in quo est, & id per se, non secundum accidens. Breuissima voce, duabus tantum syllabis constante, nomenclator totam totius naturæ naturam explicauit, in summa breuitate nihil obscurum relinquens: vbi contra Aristoteles per multas diuisiones, & eas quidem non omnes satis accuratas, per longam denique & odiosam inuestigationem, vix tandem quidquam certi concludit, & quod concludit, tanta caligine tegit & inuoluit, vt ægerrimè, quid sibi velit, vel à diligentissimo queat peruideri. Porro à Dur fit Sulfur, quod nos hodie Solfer dicimus, à Sol vel Sul, quod est conseruo; quæ manant à Sal. Hinc vites sultem est carnes in muria conseruare. Sulfur itaque siue Solfer idem est quod conseruans ignem. Hebræi שולפית dicentes pro sulfure nostrati item voce vtuntur, cùm שולפית reet nihil aliud sit, quàm bona ignis promptitudo, siue id quod bene promptum est ad ignem parandum, siue potius ad verbum, bonus ignis apparatus. Quid enim ad ignem accendendum sulfure promptius & expeditius? Nihil esse, magno mortalium malo, in puluere fulmineo, aut potius tartareo, experimur. Est ergo sulfur ignis quasi sale conditus, perpetuò ad vsum promptissimus; si vox pro eo ac debet de vernaculo Cimbrorum sermone intelligatur. Littera C, ipsi Dr præposita, Cur facit, altissimi mysterij vocabulum, quo significamus, nos per Cur ipsi Dr velle adherere. Est enim Cur ritus in sacris obseruandus, per quem Deo blandimur & supplicamus, cuius He notationem habere dixi, vt ipsi perfectò pressissimè vndique adheramus. Ritus enim sacri non aliò spectant, quàm vt nos sic ad Deum rapiant, vt toti ipsi coniungamur, perinde atque lingua extremis suis dentium exortus tangit. Sic itaque, per vestigia retrò lectum, demonstrat quid Cur, siue ritus sacer, nobis præstet. Cur enim idem est quod vehementer & valida vi traho, quod proprium est carimoniarum. Neque enim in ritibus ipsis consistendum, sed iis trahi debemus vehementissimè. Quid? Ad ipsum nempe illud perfectum & magnum, ad quod He cõtendebat, dum ex He-uy Cur dicimus. He-uy enim quid aliud est, quàm blanda precatio, vt magna perfectio concedatur? Ad hanc aique perfectionem validissimè carimonis trahi debemus, si carum

si earum vsu perfrui velimus. Frustra enim, frustra omnes caerimoniarum, omnes ritus in
 sacris sollemnes & fiunt, & celebrantur, & videntur; nisi iis ad ipsum illud quod perfe-
 ctum est, & omnia perficit, magna vi trahamur. Bone Deus, quanta breuitate nomen-
 clator omnem caerimoniarum vsum tribus litteris inclusit: quantam rursus contempla-
 tionis latitudinem aperuit, dum in *Cur-ite-De* voluit intelligi. In omnibus enim ritibus
 mens nostra hanc orationis formulam concipere debet, vt ipsi perfecto tantisper per *ite-De*
 blandiatur, donec ab ipso impetret atque consequatur veram perfectionem. Ex *Cur* &
ite proso & verso vocabulis componitur *Cur-ite* / haud secus atq. ex *in* & *na* fit *Anna* /
 & e *Car* & *na* fit *Car-rac* / & ex *Ser* & *res* *Ser-res*. Ex *Cur-ite* syncope reddit *Cruc*, quo
 scipio cum transuersario ligno ad rectos angulos imposito denotatur. Vnde *cruc-tuis* /
 & syncoptos *crups* / & *Crux* Latinorum, de cuius mysterio in Hieroglyphicis plura. A
Cur fit *Cur-jeet*, pro eo qui caerimoniarum caput est, siue is penes quem rituum sacro-
 rum est imperium: à qua Curetes nomen suum traxerunt. Cum ergo apud Germanos
Cureet supremus sacerdos vocaretur; factum est vt hæc vox in Curetum, & post in *Cur-*
tum, quod magis Latina videretur, euaserit. Si enim Curatus à Curando nomen sume-
 ret; non Curatus, sed Curator vocaretur: nisi quis officium sacrosanctum derisui habens
 diceret, Curatos idcirco potius quam Curatores nominari, quod magis curentur quam
 curent; quod vtinam in nullis verum esset conuicium. Absit tamen, vt factorum anti-
 stiti à conuicio nomen in Catholica ecclesia datum dicamus; sed id vt verissimum tenea-
 mus e vernaculo Cimbrorum sermone, quo Goti & Franci utebantur, Curatos quasi
 Curetos dictos esse, E longum facillime in A longum comigret, vt ex *φύμη* Fama. Porro vt
Coz & *De* differunt, ita *Coz* & *Cur*. *Coz* enim aternitatis circulus est, à quo omnia fluunt. *De* sine *Coz*.
De est ampla & magna latitudo, vnde omnia fluunt, ita vt in illo aternitatis, in hoc am-
 plæ potestatis omnia perficientis ratio habeatur. *Coz* itaque vocali longa, vt est in *Coz* /
 eorum significat multitudinem & veluti rotundo circulo comprehendit, qui ritibus &
 cantibus sacris ipsi *Coz* blandiuntur, quasi *ite-De* diceretur. qua ratione fit, vt hoc no-
 men conueniat primum ordini angelico, qui proximus ipsi *Coz* siue omnium origini
 assistit, & perpetuis blandimentis supplicat. Græci hinc & Latini Chori nomen habent,
 quam vocem citra aspirationem scripsissent, si veros eius nouissent natales, in quibus
 apertissime verum Cori officium contineri videmus. Si *Coz* veritas, *Coz* fiet, quo fumus
 quiuis, vt modò docui, notatur. Est enim Cori suauissimus Deo fumus. Ecclesiasticus
 dixit: *Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi*. Et statim
 post diluuium odoratus est Dominus odorem suauitatis, Nocho sacrificio suo Deum
 propitium reddente. D. Paullus odorem notitiæ diuinæ se dicit manifestare, seq. dicit
 Christi odorem esse. Quemadmodum autem ipse Christi odor est Deo; ita ipsi patri
 aeterno bonus odor opificis angeli sunt, & piorum hominum mentes, qui fumo compa-
 rantur; eo quod perinde atq. fumus ex aromatatum foco gratus est hominibus, ita animi
 amoris diuini igne fumigates suauissimum Deo spirant odorem. Externus enim fumus
 mentalis fumi tesseram habet, & frustra ille citra hunc Deo offeretur. Contentus ita-
 que Angelorum & piorum hominum eo fit, vt sit fumus Deo altissimo gratus atque
 suauis, qui fumo externo denotatur. Ad hoc mysterium nomen Hebræum alludit, qui
 ex *Coz* quo fumus dicitur, *Coz* fecerunt pro spiritu; quandoquidem spiritus Deum lau-
 dantes perpetuo odore suo diuinas nares replent. Sapientia apud Ecclesiasticum inter
 alia sic dotes suas prædicat: *Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi,*
quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris, & cetera. Diuini itaque amoris ignis Deo cir-
 cumstans, in quo Apollo Deum dixit habitare, & Seraphicum, id est, ardentem ange-
 lorum ordinem constituens, optimum & suauissimum fumum Deo spirat, quem ab
 ipsa sapientia, mundi totius opifice, benigna manu suscepit. Post hunc alij & alij ordi-
 nes, quibus pij homines, duce Christo, sese socios addunt; & tandem ex multis
 coris vnus corus efficitur, qui in aeterna vita aeterno Deo laudes canet aeternas, & sua-
 uissimum odorem citra omnem cessationem assiduo fumo exhalabit. Ad hunc co-
 rum omnis corus dirigendus, quo tandem omnis spiritus & omnis spiritalis homo
 Deo sit fumus summæ suauitatis. Viden' quid *Coz* / quid *Coz* sibi velint, & quam
 concinnè blandimenta cantuum & hymnorum cum suauis suffumigio coniungant;
 tum etiam quam eximie doceant, frustra omnem cantum fieri, frustra omnes
 factos

sacros ritus, quibus Deo blandiri volumus, suscipi; nisi mens nostra ardens gra-
 rum Deo spiret odorem, & perinde atque aromatum thymiama sursum feratur.
 Rursum conuerso ordine ex root ad root venimus, quo sciamus, frustra sacrificiorum
 fieri fumos, nisi accedat sic ooz/ id est, blanda mentis nostræ ad ipsam omnium rerum
 originem facta oratio. Cernimus ergo & cantum, & ritum, & suffumigium, & vocabu-
 la horum notionem exprimentia mirabili consensione inter se quadrate; quam si in
 Coris, & suffumigiis, & ceteris ritibus diligenter expendamus, statim verum omnium
 carimoniarum vsum intelligemus. A sic etiam & v fit teur pro eligo; eo quod electio sic
 ipsi electo blandiri videatur, vt ipsum perfectissimum, quod per v significatur, atque vt
 sibi contingat orat. Hanc vocem alius aliter scriberet: ea tamen nobis est pronuntia-
 tio, vt sonus quidam ex E & O, vel E & V compositus audiatur. Siue igitur teoz/ siue
 teur scribas, alium sonum sentias, quàm si teer vel teur pronunties; eo quod in teer sonus
 in O desinat, non in E. Latini hac diphthongo carentes, quam ne nostri quidam satis
 obseruant, ex Eo faciunt Oe. Hinc Cœremoniarum nomen, quod nihil aliud notat,
 quàm id quod monet quid sit eligendum. Vt enim à man Moneo, sic è teoz man Cœre-
 moniæ fiunt. Explicatur itaque & hac voce verissimus cœremoniarum vsus, qui totus
 in eo est vt monitu earum, id quod optimum est, eligamus. Quemadmodum enim
 nomina nō sunt, nec res ipsæ, nec rerum notiones; ita nec cœremonia illud sunt quod
 est signatum; sed nos monent dumtaxat eius quod est præ ceteris omnibus eligendum.
 Sic Christus: *Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: Porrò vnum est
 necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Idem nobis occini
 putemus in omnibus ritibus & cœremoniis, easque omnes ad illud Vnum referamus,
 quod est necessarium; quodque optimum esse maximèque eligendum, & Christus, &
 cœremoniarum docet nomen, si ad originem vocetur. Inepti sunt hac parte Latini,
 quia Carimoniarum nomen à Cære opido deriuant, quasi ante illius conditorem nul-
 li fuissent sacri ritus hac nomenclatura nuncupati. T. Liuius causam eodem refert, &
 eam quidem L. Albino alligat, qui Romana sacra Cære eo tempore inuenerit, quo
 vrbs à Gallis capta esset. Bis hic peccatum: semel, quod malè nomen per æ scripserint,
 quod potius per œ scribendum fuisset, in quo facilis lapsus; rursus quod vetustissimam
 vocem, quales pleræque sunt in sacris, tam finxerint recentem. Præterea quod de nau-
 pe, quo Thessali pro χαίπε vtuntur, fabulantur; id ego & vanum opinor, & indignum
 longa confutatione: cum hic non disputem, cur opidum vel Agilla vel Cære nomine-
 tur; id vnum docere cōtentus, cœremonias aliunde nomen accepisse. Cur ergo & Cœ-
 remonia eandem rem signant; diuersa illam quidem ratione, sed eodem tamē tenden-
 te. Atque Latini Curam & Curo retinuerunt pro sollicitudine, re vt alia à proprio signi-
 ficato, ita eam habente comparisonem, vt nihil ipsa magis necessarium sit in sacris
 ritibus, quos turen dixi vocari. Sollicitè enim omnia peragenda, & ne minimum qui-
 dem Iota eorum omittendum, quæ patrum maiorumque consuetudine & institutis
 sunt in religione sancita. Ab ea ergo sollicitudine per quàm anxia, qua in sacris Curetes
 & Corybantes versari oportet, Latini quamuis sollicitudinem Curam vocarunt. Sed
 quia Corybantum mentio facta, addamus & eorum nomenclaturæ interpretationem.
 Strabo Curetas & Corybantes eosdem credidit, qui tamen, si prima lingua consula-
 tur, non exiguo discrimine distinguuntur. Curetas cœremoniarum capita esse, & sa-
 crorum quasi regulos, modò dictum; quos Franci post, & Goti Romanisantes, Curatos
 dixerunt. Corybantes verò sacrorum custodes erant, excubantes, ne qua turba irrum-
 peret sacros ritus impeditura; neue quid è fano suppilaretur. Teoz quid sit, modò expli-
 catum; quæ tamen vox tempus in compositione mutauit. Tu custodio signat. Want est
 defensor, quasi diceretur hiant/ & hinc want/ ad discrimen hant/ littera in vicinam com-
 mutata. quamuis & alia causa dari possit ex wi-hant/ quod est manus latè se extendens.
 Quando enim manus ad hominis defensionem comparatas videmus, nec alia arma,
 qualia sunt ceteris animantibus diuersa, corpori ipsius innasce; sermonis artificii non
 malè potuerit placere, vt defensio, quæ extrinsecus nobis accedit, wi-hant/ & inde want
 diceretur: Vnde trou-wantem satellites vocamus, qua voce fidi defensores exprimitur.
 Hinc & illud est, vt want paties nominetur; eo quod & hic homini sit aduersus
 iniurias externus defensor, tum aëris & ferarum, tum inimicorum, furum, & latro-
 num.

Cœur.

Cœremonia.

Cura.
Curo.Corybantes sa-
crorum custo-
des.Tu.
Want.Trou-wan-
tem.

num. Nec alia ratione *want* chirothecam nominamus, quàm quod manui aduersus externa, siue frigora, siue spinas, siue calores, siue alia, præsidium sit. Galli corrupta voce *Gant* vocant, duplex W in G mutantem, eo modo quo ex *wigant* factus est Gigas. Quæ cum ita sint, *τοοζ-ju-wantem* & mutato W, quo Græci carent, in Beta, *κορυβαντες* defensores erunt coro custodiendo præfecti, in quo cum non aliud ageretur, quàm ut Iupiter omnium origo in animis nasceretur; subiit in hominum vulgus fabula, Corybantes custodiuisse Iouem nascentem, & strepitu cantus, & armorum, & saltationum effecisse, ne Saturnus partus conscius factus, Iouem deuoraret: id est, sic custodiuisse ritus sacros & cantus, ut Saturnus, cuius nomine hic vetus Adam intelligitur, nihil impedimenti Ioui nascenti adferret. Vetus enim noster Adam, totius generis humani Saturnus, facile animum nostrum à piis cogitationibus distraheret, atque Deum in nobis nascentem deuoraret, nisi carimoniis à rebus terrenis & carnis voluptatibus ad cælestia & diuina traheremur. In eisdem sacris aderant *καβειροι*, quorum officium è vocis *Caberi*. natalibus perspicuum fiet. Apud Romanos in sacris omnibus edicebatur, ut ij qui adessent, linguis fauerent, id est, ne sacris mali ominis verbo obessent; quod quo certius faciliusque caueretur, silentium omnes seruabant, ita ut fauere linguis idem esset, quod tacere. Eodem modo de aliis aliarum gentium sacris cogitandum, maximè de uerustissimis, in quibus anxia sollicitudine omnia peragebantur; & aderant ministri, quibus ea incumbere cura, ut ne quid mali ominis aut fieret aut diceretur; quos ea de re *καβειροι* vocabant. Nobis *ta-weren* dicerentur, quo uocabulo eos intelligimus, qui defendunt & cauent, ne quid mali rebus, quæ fiunt, intercedat; è quo *Caberi*, W in *βη* mutato. Verùm ne *Cabirorù* numerus nimis magnus esse cogeretur, si in maxima hominum frequentia sigillatim essent ipsis omnia obseruanda; pueris quibusdam utebantur exploratoribus, quos ab officio *Camillos* nominabant, id est *Mali reuelatores*: *Camillos* alij dixerunt; sed illud elegantius, si constructionem in compositione spectes. *Cas* secundus casus est à *ta*; ita ut *ta-mel* idem sit quod malorum reuelator. At *ta-mel* idem est quod malum reuelo, qua uia ex uerbo fieret compositio. De mutatione E, quod est in origine in I, eadem ratio est qua ex *men* fit *Mino*. *Bœotij* *Cadmilon* Mercurium uocabant, quod idem est cum *Camillo*; cum citra discrimen *ta*/ *tat*/ & *tad* dicamus. Postea ab horum diligenti in sacris discursu, quo omnia audirent & diligenter explorarent; quosuis liberaliores ministros minoris ætatis, *Camillos*, boni ominis causa, uocabant. Diu se fatigabant Grammatici, nec tamen quicquam inuenient in hoc nomine rationis. Ferè oblitus eram, quos alij *Corybantes* dicunt, eos ab aliis *Curban-* *Curban-* *tes* nominari; inter quos est *Pherecydes*: quæ uox non *Cori*, sed *Carimoniarum* & rituum sacrorum defensores notat, à *tur* & *want* ducens compositionem. Par autem est, plures custodes fuisse, quàm *Caberos*; atque ita illos nouem, hos tres apud Priscos numerari uidemus. *Strabo* mystica nomina *Cabrorum* & *Corybantum* esse confitetur, quæ si uel ipse, uel *Scepeius* intellexisset, numquam eosdem esse *Curetas* & *Corybantes* putasset, nec à *κορυβαντες* nominis rationem petiisset. Iuuat interpretationem nostram eorum testimonium qui *Corybantes* fuisse armatos scribunt; cum tales esse eos deceat, qui aliis custodiendis tuendisque præfunt. Pòst, pro ueterum religione, quæstiosa superstitione & idolomania ab auaris *Curetib* inducta, *Corybantes* non amplius templi corique custodes, sed pars insanientium sacerdotum fuerunt. A *τοοζ* item & *rei* *Chorea*. fit *χορεία*. Nam *χρη* apud nos est celerior saltatio, quæ alteri tardiori solet succedere, à *χρη*. *Ra*, & *I*, ut celeritas cum iucunda quadam & exili motionum concisione denotetur; ubi ex *ra* *rei* fieri, quæ sine discrimine significationis apud nos dicuntur, nihil noui. *Chorea* ergo primum conuenit sacris choris, à quibus tamen nunc sunt penitus sublata saltationes. Sed horum satis. Ex *βη* præterea *bur* habemus pro vicino, unde *Bura* uel *Bur*. *tusto* apud *Achaos* opido nomen, cui cognominis *Bura* non exiguæ apud nos digna *Bura*. *tionis*, ut pote quæ præcipuæ nobilitatis domui titulum præbet. Ab eadem uoce *Ebu-* *Eburones*. *rones* apud *Belgas*, & *Eburum* apud *Quados* ad *Lunæ* siluam. Est autem *Et-bur* iura- *Eburum*. *tus* uicinus. *Bur* quasi *bi-ur* / quo notatur perfectio quædam ex propinquo res nostras reddens auctiores & potentiores. Quantum momenti in vicino sit, *Hesiodus* indicauit: & ille qui domum uenum exponens, per præconem adiici iussit, eam bonum uicinum habere. Quid non uidit, quid non uocibus expressit, quid non docuit prudentissimus

tissimus nomenclator? Detinuerūt me paullo diutius, quàm mea ferat in his effunden-
dis festinatio, **De** & **Sui**: multo tamen plus moræ allatura, si totam eorum sobolem, pro
eo ac mereretur, examinarem. Revertor ergo ad **Sie** & **Er**, quæ dixi opponi, & et quidem
conuersionis ratione notationem habere. Ab **Er** nos dicimus **Der**, pro eo quod longè
à ratione aberrat. **Gef** est dono, **verges** toxicum do, quasi dicas, illud do quod longissi-
mè à recta ratione recedit. Sic **Doen** est facere, **verdoen** est absumere, perdere, occidere.
Gaan ire, **vergaan** perire. **Sien** est videre, **versien** est in videndo longè aberrasse. At quia
in quo longè erratur, id iterum emendandum est, fit vt **Der** pro iterum ponatur, quan-
dam prioris facti indicans compensationem, vt **verstrecken** / **vergieten** / **verhalen** / **veruallen**.
Extra compositionem **Weer** pro rursus dicimus. verùm quia quod iteratur, quodam-
modo inualefcit, placuit nomenclatori, vt **Der** in quibusdam vocibus augendi vim ha-
beret, vt **stoot** trudo, **verstoot** repello, abiicio, aspernor. **Dul** repleo, **vervullen** omnino re-
plere. **Bont** vinculum, **verbont** arctum vinculum, ceu dicas iterum atque iterum ligatum:
vnde Latinis Verbum; eo quòd nullo vinculo homo arctius, quàm verbo suo, obligetur:
quæ nominis causa vt Latinis non est nota, ita hoc tempore magnam patitur calami-
tatem, qua verbi vinculum apud plurimos magna humani generis ignominia, & om-
nis fidei exitio rumpi videmus, non apud plebeios modò homines, sed apud principes
etiam magistratus; quo nihil potest execrabilius cogitari: quoniam nec pax componi,
nec pacis firmamenta inueniri possunt, vbi verbum, vnicum inter mortales vinculum,
quauis occasione pro nihilo habetur, atque proculcatur. Olim mendacium inter gene-
rosos viros tam abominandum habebatur, vt qui eius conuictus fuisset, capite diminu-
tus esset, nec pòst honestorum consortio dignus iudicaretur: quod præuidens sermonis
nostri artifex, sic testem vocauit, vt ei per cōuersionem opponeret hominem omnium
hominum abiectissimum. Qui enim verbis suis non stare deprehensus est, is testimonij
dicendi iure atque potestate abdicandus, atque idcirco nomine **Suit** vocandus, quòd
ex diametro veritatis testi repugnet. **Tuig** enim Testis, **Suit** verò homo vilissimus, &
omni omnium proborum hominum conuictu indignus: quæ significatio non sola con-
uersionis causam habet, sed de compositione etiam vim suam sortitur. Quis enim est
Suit alius, quàm is cui vbique dici meritò debeat, **Ga-uit** / id est, Excede extra. Si quis
ergo **Tuig** & **Suit** cum verbi notatione cōferat, nã is clarè cernet, nullo inter homines
loco eum dignum esse qui verbi sui vinculum rumpit; in cuius infamia exaggeranda
nolo multus esse, ne ij qui nullo loco digni sunt, me nullo loco esse permittant; & est
alioqui per suum nomen res satis aperta. Ex eodem **Er** ipsi **Sie** contratio fit **Der** / pro eo
quod iterum fit, vt corrigatur prior error. Sic **Verdoen** est de nouo agere siue facere.
Vergaan de nouo aggredi. Quando autem ita in rebus mortalium comparatum est, vt
communitè omnes à vera ratione aberrarent, neque quisquam post Adami lapsum, ci-
tra diuinam gratiam, scopum veritatis attingat; placuit nomenclatori, vt **Der** hominum
communitas vocaretur; quòd ea tota ad errorem spiritu suo, per aspirationem signato,
feratur. O infaustum nomen! ò pessimum omen! ò tristes minas! ò exitium funestum!
Adeone tota hominum communitas contra rationem conspirat, vt hac de nota tam
indigna humanis mentibus, quàm se totas ratione ducere deberent, primus linguæ fa-
ber nomenclaturam dare voluerit, non huic vel illi, sed toti hominum vniuersitati? Pro-
fectò ita est: nullus est mortalium, vno Christo excepto, qui non erret ab vtero, atque
rectæ rationi aduersetur, quem non conceperit in peccatis mater, vt Psalmista canit,
*Dominus de celo prospexit super filios hominum, vt videat, si intelligens est aut inquirens
Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est
vsque ad vnum.* Ceterum quamuis singuli peccent, ita vt iustus etiam septies in die
cadat; tamen nusquam infans hominum error, & excors effronsque dementia magis
elucescit, quàm in tota aliqua ciuitate. Sic Horatius cecinit:
*O ciues, ciues, quærenda pecunia primum,
Virtus post nummos! hæc Ianus summus ab imo
Perdocet, hæc recinunt pueri dictata senesq.*
Commemorant Diogenem, ipsius Alexandri magni testificatione, soli Alexandro se-
cundum, quodam die maximæ hominum multitudini exeunti magnà vi obuiam iuif-
se; totis viribus contrà nitentem; atque dum rogaretur, quid ageret, quid frustra labo-
raret;

Hominū cō-
munitas tota
ad errorem
fertur.

raret; respondisse, non aliud se tanto molimento agere, quàm vt vbiq̄ue hominum multitudini aduersari videretur: quippe qui sciret, vulgus numquam rectum iter tenere. Timotheus, si rectè eorum quæ Ælianus scripsit, memini; discipulum quendam suum non ob aliud, quàm quòd ei canenti totus populus applausisset, verberauit, dicens, fieri non posse, quin in aliquo errasset, dum vniuerso vulgò placeret. Vide itaque quid illi agant, qui omnia sua studia, omnes suas curas, omnes labores eò conferunt, vt se populo probare possint. Equidem non alia ratione Beccefelana mea cara habeo, quàm quòd ea videam ab hominum vulgo minimè laudari; adeòque ea de caussa hoc nomen magis placuit, quod Aristophani, cum ambitioso publici Græcorum applausus & popularis auræ captatori, tum Socratis præceptoris mei inimico, inter ludibria habitum fuisset. Gaudeo interim in tot myriadibus duos mihi familiariter cognitos esse, Læuinum Torrentium, Archidiaconum Brabantæ; & Taium dominum Goicanum, singulare Bruxellarum decus; qui abortum illum meum ita laudariunt, vt vel sexcentesima pars tam honestæ testificationis ingens præmium totius mei laboris queat iudicari, ab eo præfertim, qui quales, quanti que illi viri haberi debeant, quantòque in sapientiæ studiis progressus fecerint, non sit ignarus. Trita est multorum laudibus illius sententia, qui vnus sapientissimi auditoris præsentiam pluris fecit, quàm magnæ multitudinis applausum. Scio equidem & alios esse nonnullos, quibus meæ extemporaneæ nugæ non displicuerunt: sed Torrentius & Taius vt primi fuerunt censores, ita & insignis eruditionis & acris iudicij meritò apud me plurimi fiunt. Sed nunc ad her; quòd mirabili artificio sic est factum, vt confestim nobis indicet hominum vulgus perpetuò anhelare ad deteriora, aduersam rectæ rationi viam toto spiritu totis que viribus semper tenendo. Maeste igitur, anime mi, audacia tua sedulo perge in his quæ totus populus ridet meditandis, quando ducem eum sequeris, qui primus mortalium incomparabili sapientia aptissimas rebus posuit nomenclaturas. Ab her non pauca deriuantur. Her-baen publica via est: her-tog dux communitatis. Vsurpatur item pro exercitu; quòd is rempublicam debeat tueri, quo significatu her-tog exercitus dux esset. Nescio certè an communitatis dux esse mereatur, qui exercitum ducere cum laude non possit. Sed ipsi viderint, qui sic vocantur. Herba apud Latinos communem utilitatem, siue eam quæ omnibus ex æquo proposita est animalibus, designat nutrimenti medicinæ que commoditatem, ceu her-bat diceretur; quo nomine nescio an quicquam queat conuenientius inueniri. Her-alt publicus senator, siue is qui communiter apud omnes est venerandus; vel, si placet, exercitus senator: quo nomine is vocatur, quem Latini dixerunt caduceatorem; cui cum nemo, Catonis iudicio, nocere debeat, optimè nomen datum est à senio, quòd communiter omnibus est venerandum. Verùm & alteram caussam adde, quam inde duxit nomenclator, quòd monitos omnes vellet, eum mittere oportere caduceatorem, qui per longam ætatem plurimam que multarum rerum experientiam optimè nosset, qui cum hostibus sermo prudenter esset instituendus. Homerus, vt ostenderet in nuntiis perferendis & legationibus nihil iuuenili temeritate esse commutandum, aut de suo addendum, eadem ferè verba iis dat qui mittunt, & iis qui mandata, quòd iubentur, perferunt. Latini in bellis indicendis fœcialibus utebantur, quos cur ita vocarint, non memini legisse. Equidem boni ominis nomen agnosco, quo in hoc officij genere nullum posset vel faustius, vel aptius inueniri. Nos vulgo dicimus, *T'is tenen goien voegal* siue *foegal*; quo notamus, quempiam esse virum talem, vt omnia in meliorem partem transferat & pacificè componat. A *foegal* igitur Cimbrico vocabulo fœcialis nomen apud Latinos remansit, media littera in tenuem mutata, & iota adiecto; quòd hac de caussa per diphthongum pronuntiandum. Ex hac interpretatione illius legis æquitas intelligetur, quæ sic apud Ciceronem dicitur lata: fœciales oratores, iudices fœderum, pacis, belli, induciarum sunt. Apud eundem est, belli æquitatem sanctissimè fœciali populi Romani iure perscriptam esse; quòd nostrates ex ipso *foeg-al* vocabulo clarissimè perspicere possunt, quo tantam æquitatis excellentiam vocamus, vt apud hominum vulgus nihil rectum probans *foegal* ferè pro ludibrio aut conuicio dicatur. Pessimus certè præmonstrator ad omnia in meliorem partem interpretandum, est iuuenilis ardor; ita vt rectissimè nomenclator noster monuerit, oratores eos ad hostes mittendos esse, qui per ætatem minus caloris, minus que biliosi humoris

Ius Heraldicum
cum suo fœciali.

reliquum haberent. Ex hac voce *heralt*, ius Heraldicum dicitur, quod Ciceroni ius fœciali vocatur, quo non solum fœderum fœciendorum caduceoque vtendi, sed insignium etiam, siue armorum, vt ferè appellamus, decernendorum potestas continetur. Sed video mihi obiici posse, ab iis qui Latina à nostris deriuari inuiti admittunt, fœciali non à *foeg-al*/sed à fœderibus icendis fœdicialem, & inde fœciali fuisse nominatum: quod quidem lubenter faterer, si analogia recta videretur, & alioqui ne sic quidem effugerit, quisquis hoc opposuerit, quin partem vocis nostratam esse confiteri cogatur. Fœdus enim quasi fides dici, vt Varroni placuit Ennioque, scripturæ prorsus aduersatur: & quamuis Cicero fidem dici putet, quod dicta fiant; ego tamen alius

Fides.
videtur siue
videtur.

originem examino: à *viden*/quod idem est quod *wien*/ & Latinis consecro, vocem deriuo. Fides enim vt dicta omnia consecrat & sancit, siue sancta reddit; ita & ipsa perpetuò sacrosancta est habenda; quam qui violat, sacrilegus est iudicandus. Quanto significantius, quanto efficacius, quanto luculentius, quam Cicero, hac via & ratione interpretationis nomenclator nos adhortatur, dictis standum esse, non ob id tantum id faciendum dicens, quia faciendum sit quod verbis est conceptum; sed quoniam verba sic hominem obligent, vt si horum vinculum soluat, non contra hominem solum peccarit, sed contra Deum etiam, cui fides est consecrata. Hinc ipse Iupiter Dius fidius dictus est, quod ipsi fides ita sacra sit, vt qui eam non seruet, is Iouem ultorem sit experturus. Idem enim est dius, quod Iupiter; cum id quod alij sub dio, Horatius dixerit sub Ioue frigido. Iouem autem fidei præesse, T. Linius declarat in fœdere Romanorum & Albanorum describendo, vbi post alia sic habet: Si prior deflexit publico consilio, dolo malo, tu illo die, Iupiter, populum Rom. sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam; tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque. Id vbi dixit, porcum saxo silice percussit. Virgilius eadem de re sic cantat:

Dius Fidius
quare dicitur
Iupiter.

Stabant, & caesa iungebant fœdera, porca.

Quintilianus cum maiestate quadam feminam porcam à poëta poni credit, quod ex Seruio intelligitur, qui auctor est, si porco mare litatum non esset, succidaneam hostiam feminam dari, at si femina non litasset, succidaneam victimam non adhiberi.

Quamobrem sic Virgilium audio, vt dixisse videatur, fœdus inter Albanos & Romanos vltimum & supremum fuisse, quo violato, nulla succidanea hostia rem Albanam seruare posset. A *viden* ergo, quod est consecrare, fides vocata; & illa quidem consecrata, non alicui minorum gentium numini, sed ipsi Ioui, supremo omnium regi; ideoque merito Sancta nominata: quod Christianis bene considerandum, qui sciunt, eam fidem, quæ per excellentiam præ cæteris omnibus fidei nomen meretur, non solum Deo consecratam esse, sed etiam ipsos, in quibus est, efficere sanctos. Qui ergo Cimbricum nomen fidei alio nomine volet interpretari, is sanctionem poterit vocare. Ridendus Seruius, qui fœdus à porco fœdè cælo crediderit nominari; quasi verò nulla conuentio, nulla pactio citra victimam iniri posset. Fœdum in nota significatione à *foi* dicitur, quo res quæpiam reiicienda abominandaque notatur. Vnde *versfoien* cum auge

Fœdus.
foi.
versfoien/
siue versfoien.

gente particula idem est quod abominari siue execrari: à qua origine si fœdus petatur, non à porca fœdè cæsa dicitur; sed ab execratione, qua ij qui pactum inibant, sese, nisi dictis steterissent, deuouebant. Quia igitur sese execrabant, quod nos *foiden* diceremus, vel *versfoien*/ fœdus nomen accepit; quo fit vt non quoduis pactum fœdus sit dicendum, sed illud, quod ad illam formulam concipitur, vt ij qui illud ineunt, sese diris deuoucant, nisi dictis manserint. Ab eadem itaque radice & fœdum, & fœdera nomina traxerunt: tamen si necesse non sit, vt in fœdere iungendo porcus fœdè cedatur. Non irascatur ergo fœcialis populi Romani, si nomen ipsi à maioribus suis Cimbris deducam; cum & ipsa fœdera, & ipsa adeo fides, fœderum anima, ab eadem gente nomina sua acceperint: immò gratias potius agat Heralto, cuius occasione nominis sui habuit interpretationem. Et nunc quidem de Heralto satis, qui vt à senio nuncupatur, ita eius dignitas non solum consenuit hoc tempore, sed etiam prorsus decrepita est, mox futura silicernium, nisi prisca fides è cælo ad homines, quos reliquit, rursus descendat. Ex *her* & *man* vocali longa, fit *her-man*/ pro publico monitore, qua de voce Græcis ἐρμῆς pro Mercurio, cuius officium est, omnes officij sui reddere certiores. Huic sermonem ob id sacrum esse dicunt, quod sermo publicus monitor sit eorum quæ quisque

Herman.
Hermes Mercurius.

senti

sentit & cogitat; unde ἐρμηνεύω idem est quod interpretor, siue mentis cogitata denun-
tatio. Hinc Hermathena interpretationem sapientiæ supremæ copulat; quo coniugio ni-
hil potest beatius ab iis optari, qui discendi causa vel scholas adeunt, vel mutos magi-
stros consulunt. Quando autem hoc Hermathenæ numen nemini mortalium largiore
copiæ cornu omnes dotes suas effudit, quàm nostri sermonis auctori, meritò libri, qui-
bus artificium vocabulorum exponitur; huic consecrantur. Ab her item Hercules no-
men duxit, quo communis totius mundi orchys & masculum robur denotatur; qui
quis alius, quàm Christus, æterna æterni patris virtus. Ab eadem Heros is vocatur, qui
caput est communitatis, quasi her-rost/quo nomine claros viros dignamur, quòd capi-
ta sint rerum publicarum: quorum animos, post mortem, vrbibus gentique suæ præsi-
dere, quidam crediderunt. Quæ de Heroibus alij scribunt, ceteris etymologiæ scripto-
rum nugis annumerentur.

Hermathe-
na.Hercules vni-
de dictus.

Heros.

Ζεὺς προνίδης, inquit ille, πέντε δυναιότερον καὶ ἀρειον
Ἀνδρῶν ἠρώων θεῶν γένος οὐ καλέονταί
Ἡμίθεοι.

Rectissime diuinum hominum genus Heroas dixit; eo quòd omnis suprema reip. gu-
bernandæ potestas à Deo proficiscatur; sintque principes non solum populi & commu-
nitatis totius capita, sed etiam semidei quidam, quibus nimirum, vti Diis, & honor &
obediencia debetur, ipso Christo, & D. Paulo sic fieri oportere demonstrate. Hæc vera
est Heroici nominis & dignitas & interpretatio: à qua, vt à tota fermè reliqua Theo-
logiæ priscae veritate, vana superstio & fœda idolomania longissime poëtarum inge-
nia distraxit.

HÆC de ipsius her sobole satis sunt, in qua voce nostrates E breue pronuntiant,
quod non mirum est Græcos non seruasse in ἥρωος & ἠραυλῆς, cum infinita alia multo
magis vel corruperint vel confuderint. At si her dicamus, vocali longa, vox ab her du-
cet, quod ab Er contrario ipsi sic longissime distat, quamuis parum distare videatur;
& quamuis longè distet, tamen frequenter ex er in er homines procliui admodum præ-
cipitio labuntur. Er vnionem firmam & legitimum notare coniugium, ex iis quæ de
vocalis E in nominum compositione vsu dixi, liquebit: cui si R addas, litteram fluxus
indicem; quid aliud significabis, quàm id quod è legitima vnione manat? Omnibus
perspicuum, voculam hanc pro honore vsurpari, re inter externa bona longè summa,
& plurimorum totius vitæ suprema felicitate, vt diligenter est ab Aristotele in Ethicis
annotatum. Propter honorem enim diuitiæ maximis & corporis & animi laboribus
quærantur: propter honorem potestas & magistratus ambiuntur: propter honorem
omnia bellorum discrimina, omnes militares adeuntur & feruntur ærumnæ. Sed an hi
veri sint honores, an in sola hominum opinione consistat, Cimbricum honoris nomen
extra omnem controuersiam ponet; quod solum illum honorem verum honorem esse
definit, qui ex legitimo coniugio hominibus affertur. Quod verò coniugium, quæ co-
pula, quæ vnio honorem nobis conciliat? Num fortè matrimonium? Minimè gen-
tium; cum id frequenter ingentem adferat infamiam, tantum abest, vt in eo solo per-
petuum honoris & gloriæ fontem collocare possimus. Quod igitur coniugium? Illud
nempe, quod est inter Dei filium & Ecclesiam, vnicam Christi sponsam, contractum.
Cum enim homo ex primo peccato abominabilis factus sit, nedum capite diminutus;
nullam honoris in se reliquã habet occasionem. Antè, cum opifici suo adhuc esset con-
iunctus, tantum honoris habebat, quantum ei ex vnione, qua ex Deo pendeat, splen-
doris & gloriæ affundebatur: quod diuinus Oदारum scriptor sic expressit, *Minuisti
eum paullo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super ope-
ra manuum tuarum.* Sed cum copulam hanc culpa sua violasset & soluisset; adeò nihil
honoris ipsi remansit, vt etiam panno mensibus muliebribus infecto fœdior euaserit.
Hoc idem Psalmista sic diceret, *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est
iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Soli Deo honorem & gloriam esse, gen-
tium doctor tradit, à quo primo fonte omnis honor emanet necesse est. Quamobrem
nisi Christo in ipsa ecclesia sponsa sua coniungamur, nullus ad nos honor defluet, quod
vocabulum nostras duabus litteris, vt breuissime, ita luculentissime declarat. Cum igi-
tur per adulterium & fornicationem humanum genus legitimum coniugium violaf-

Her.
Er.Honor verus
quis.Coniugium
honorem con-
cilians.

set, simul in maximum dedecus & summam ignominiam est prolapsus, & omnem sibi viam ad sponsum zelotypum redeundi præcludit. At misericordia immensa ex infinito bonitatis abyſſo emanans tanto amore sponsum accendit, vt ipse morte sua, & morte quidem f. diffima, solisq; feruorum sceleribus puniendis destinata, turpitudinem nostram expiarit, & rursus plus honoris incomparabili sua gratia largitus est, quam ante diuortium haberemus. Hic est honor ille quem sponsæ suæ abiectissimæ, & toti fordibus & cœno vitiorum oblitæ in cruce afflauit, dum spiritum suum redderet supremum. Hæc venustas illa qua nos Veneris die, & ad vltimum horæ Veneris momentum, ipsa vera & alma Venus decorauit. Hoc fuit tempus illud quo densam caliginem & nubem nullum lumen admittentem, qua septi, tamquam obscuro carcere, eramus, Sol iustitiæ discussit. Iuuat hæc elegantissimis Mantuani verbis expolire, Deus & homo sponſus noster in cruce pendens dixit, *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.*

*Vix ea fatus erat, cùm circumfusa repente
Scindit se nubes, & in aethera purgat apertum.
Resistit Adamus, claraq; in luce refulsit
Os humerosq; Deo similis. Namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix lumenq; iuuentæ
Purpureum, & letos oculis afflarat honores.*

En Adame, discussam iustitiæ radiis nubem, quam nemo mortalium poterat penetrare. En redditam iuuentam, & te renatum, singulari & vnico omnium sæculorum Veneris genitricis tuæ fauore. En nos omnes rursus Deo similes. En honores quos alma Venus natis tuis afflas.

*Grates persoluerè dignas
Non opis est nostræ: quæ te tam leta tulerunt
Sæcula, quæ tanti talem genuere parentis.
In freta dum fluuij current, dum montibus umbra
Lustrabunt conuexa, polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.*

Videte igitur, ô mortales, nihil nobis honoris à nobis ipsis esse: externus est omnis honor, & non sic tantum externus, vt Aristoteles putauit, vt nimirum ab hominibus homini tributus intelligatur; sed sic prorsus externus, vt & aliunde adueniat, & nullam in nobis habeat sui occasionem: ita vt non nostris meritis, non vllis præclaris nostris virtutibus, sed totus, quantus quantus est, soli Christo debeatur, cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum. Peripateticus honorem externum ille quidem bonum esse agnouit, sed putauit virtutis humanæ præmium; hoc interim verissimè dicēs, honore solum bonum dignum esse, si solum Deum bonum esse, nec quidquam boni de suo mortales habere, cognouisset. *Mihi absit gloriari*, inquit ille, *nisi in cruce Domini nostri Iesù Christi.* Hic enim solus honor noster, hæc sola nostra gloria, quam Christus alma Venus sponsæ suæ afflat. Nullæ naturæ nostræ dotes, nulla fortunæ bona honore digna sunt: quidquid honore dignum, id totum ex asse vni soli Christo acceptum ferendum. Nemo itaque, quantumuis contendat, quantumuis currat, honoris brauium consequetur, nisi illud Christus afflarit. Et quibus afflat spiritu suo diuino hunc honorem? Illis solis quos sibi legitimo coniugio deuinxit. Ille sibi copulat quos vult; ille sponsam eligit, dotem persoluit, honores denique omnes largitur. Totum gratuitum est, totum coniugium & coniugij honores ipsi soli debentur. Quid ergo spei, vt ad hunc honorem adspiremus, cuius nullam ex nobis occasionem reperimus? Id nomenclatoris industria, vti cetera omnia, demonstrat clarissimè, dum vocem *Ecce* sic facit, vt si conuertatur, ostendat coniugium, vnde honor dimanat, omnibus volentibus paratum esse. Nam si *Ecce* retrorsum legas, hæc videbis, quod paratum, & id quod in promptu est, notat, à *te* quo ratio notatur, deriuatur, quæ omnia parat & expedit. Quid ultra quæris? paratum est coniugium: accede modò, & agnosce tantum te nihil pulcri ex te habere, sed & coniugium & honores inde secuturos prorsus tibi in promptu esse, modò petas. *Petite, & dabitur vobis; pulsate, & aperietur.* Quid quod ipsemet sponſus flagrantissimo amore accensus nos ambit, nos ad se vocat. *Venite omnes qui laboratis & onerati estis,*

estis, & ego reficiam vos. Venite igitur vocati, venite, paratus Christus est ad nos sibi sociandos, paratus ad nos honorandos, & non vulgari honore, sed illo quo Rex eam honorat, quam legitimo sibi matrimonio iungit, & regni sui diademate coronat. Audiuimus modo nomenclatorem demonstrantem, omnem honorem è legitimo connubio promanare; & cuius hoc connubium & hunc honorem paratum esse, & in medio constitutum, vt qui sponsum vocantem non recuset, arripere possit felicissimam conditionem. Audiamus eadem de re D. Paullum; vt perspicui queat, an vterque ex eodem spiritu verba sua depromat. *Mulieres*, inquit ad Ephesios scribens, *viris suis subditæ sint, sicut Domino; quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesia: ipse saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo; ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.* Idem paullo post, ne prolixior fiam, si omnia recitem: *Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & Ecclesia.* Videmus hic D. Paullum post multas comparationes matrimonij cum eo cõiugio quod Christo est cum sua Ecclesia, tandem hoc epiphonema addidisse: magnum sacramentum, magnum mysterium esse in Christi & Ecclesie coniugio; qua in re totus cum sermonis nostri artifice consentit, qui, vt matrimonium sacrum signum esset eius coniugij quo Christus Ecclesiam suam sibi iungit; vocem legitimi connubij sic fecit, vt nisi vnus cum vna vnio esset, non posset *Et*, id est, legitima & firma vnio vocari. & quod dictum est, duos esse in carne vna, id nomenclator auribus ostendit, dum ex duabus breuibus litteris eiusdem soni vnã litteram longam pro legitimo coniugio fecit. Quid enim aliud est *Et*, quàm duo temporis spatia in vnum tempus longum contracta, & ea quidem in eodem sono, vt notaretur, è duobus vnum fieri, dum legitima matrimonij copula inicitur. Plumbeus sit oportet, qui hinc non admirabitur summum in minima vocula & vna vocali artificium, dũ simul vnio, simul vnionis firmitas, simul duorum corporum in vnã carnem coeuntium vnitas, vna vocali designantur. quæ omnia dum Christo & Ecclesie applicantur, immane est, quanto fiant illustriora. Quid, obsecro, vnionem Christi & sponsæ suæ aptius queat signare, quàm ipsa vnitas, per eam vocalem significata quæ duos breues sonos in vnum commiscet, & firma linguæ depressione ad inferius palatum & dentium radices, denotat vitæ humanæ fundamentum esse, vt cum origine omnis firmitatis nos cõiungamus & vniamus. Ex hoc itaque coniugio, legitimo ritu contracto, *Et* emanat, id est, honor, Rho elemento fluxum conuenientissimo sono denotante: quæ vox conuersa nuncium adfert, quo nullus mortalibus accidere lætior potest. Quid enim lætius, quàm nobis dici, tam diuinum honorem, quo nullus maior, atque adeò qui solus & vnicus honor est mortalium, omnibus ex æquo paratum esse? Non spectari formam, non diuitias, nõ genus, non patronos, non clientes, non facundiam, non aliud quidquam quod commendare possit. Omnibus paratum esse citra discrimen. Accurrant pauperes, claudi, turpes, blæsi, quales quales tandem, scabiosi, vlcerebus foedi, toti denique tabo obfiti, & putrescentes, atque foetentes; omnibus æquè nuptiæ paratæ, omnibus idem honos exhibendus. Vide quàm immensis spatiis hic honor diffideat ab honoribus illis, qui quamuis veri honores non sint, pro summis tamen honoribus habentur. Num hi parati sunt & expositi omnibus, perinde atque ille? Scilicet. Paucis conferuntur, & id quidem non vltro, aut gratis, vt ille; sed ingentibus laboribus; nocte dieque corpus & animum affligentibus; summis molestiis, maximis difficultatibus, longissimo temporis dispendio, intolerabili patientia sunt emendi: & quamuis hoc tam incomparabile pretium offeras, omniaque præstes quæ humanis viribus fieri possunt; non tamen certus es, an sis consecuturus quod tanti licitaris: an potius, quod frequentissimè accidere solet, atque quotidianum est spectaculum, omni impensa curarum, & laborum immanium pretio adnumerato, tantundem sis accepturus, ac si nihil prorsus egisses. Contemptis ergo falsis his honoribus, velut fucatis scortis, magno emendis, ad verum honorem prope remus, qui omnibus paratus ex æquo, neminem vmquam mortalium sefellit. Nihil ergo dices in hac vita honorandum. Nihil sanè, quod quidem nostrum sit, & penitus humanum. At quantum in vnaquaque re, qualis qualis ea & quanta quanta, diuinæ

gratiæ inuenitur; tantum in ea honorandum, cetera negligenda, & pro nihilo ducenda. Hoc modo magistratus honorandus, quia à Deo datur, tametsi sit improbus, iniquus, & tyrannicus. Sic Christus ipse Pilato dixit: *Non haberes in me potestatem ullam, nisi tibi data esset desuper.* Eadem ratione sanctos viros honoramus, non ipsos vt creaturas, aut diuites, aut potentes, sed quatenus gratia Dei in ipsis est honore digna. Et hæc vera est omnis honoris dispensatio, vt sicut ab vno Deo omnis honor deriuatur in eos quos sibi coniugio deuinxit; ita ad vnum Deum honor omnis referatur, & ne minima quidem pars eius humanis rebus communicetur. Porro vt vox *ter* proprie & primò sic vsurpanda; tamen vt ciuili etiam honori nomen tribuatur per analogiam sic loquemur, vt nomen hoc Cimbricum applicemus ei potissimum honori, qui ab vno profluit, quod solùm verum, & pulcrum, & bonum. Quicquid igitur bonum, & pulcrum, & verum ex ipsius vnus participatione; id honorandum dicemus. Vel quemadmodum in vero Christianorum honore dictum, illum solum honorem ciuilem dicemus, qui ex aliqua cum ipso vno copula effluit. Coniungimur autem ipsi vni per rectam rationem, quam vt quisque præstantissimam habebit, ita erit maximis honoribus dignus. Hinc perspicuum, solam virtutem honorandam, ceteris nihil gloriæ & honoris tribuendum; atque hoc limite totum honoris regnum concludemus. Quamobrem vt verus Christianorum honor cuius paratus; ita ciuili etiam honor, is inquam, qui veram primi honoris imaginem tuetur, cuius expositus est. Nam licet non omnibus sint diuitiæ, non omnibus generosi natales, non omnibus potentia, omnibus tamen honor tam paratus est & in promptu, quàm cuius est expeditum, vt virtutem sequatur, vitia declinet; quod nemini mortalium, modò mentis compos sit, Deus negauit. Honoremus nunc diuinam in nomenclatore nostro gratiam, cui magnus ille Ecclesiæ sponsus tantam ingenij dexteritatem dedit, vt nomen honori dederit illud, quo, licet breuissimè, pretiosissimi mysteriorum thesauri comprehenduntur, quos explicare vix multis libris vel ipse Cicero posset, tantum abest vt nos id temerario ausu velimus attentare. Satis esto, nos fores ipsius fani, ceu Mercurium quendam indicasse, in cuius adytis hæc gazæ delitescunt. Quamuis autem *ter* non tantùm vt nomen, sed etiam vt verbum vsurpetur; dicimus tamen nonnumquam *ter do* / pro honorem exhibeo; quam vocem Hebræi videntur peruertisse in *תר*; Græci ex *ter* / id est, exhibeo honorem, videntur *τέρας* accepisse. Græcis item Ver, *ἦρ* vocatur, quod deinde in *ἔαρ* soluitur; quod ex nostro sermone ducit originem, quia nimirum tempus vernum totius anni honor videatur. Hinc *ἡ ἐργον*, quæ Ver parit omnium seculorum, virgo videlicet pariens Christum, honorem, vt docui, totius generis humani. Ver inde Latinis venisse facile credidissimè, solius Digamma accessione, nisi apud Iones *βῆρ* vocari Varro annotasset, quod à *weer* nostro descendere videtur, quo temperiem aëris indicamus, à *ber* siue *bar* / quod est parere & producere, eo quòd varia aëris temperies varia producat, quod pro prima parte anni, qua noctes diebus fiunt breuiores, per excellentiam dicitur: quoniam ea plurima pariat, & in lucem proferat: quam non malè *beer* / Iones nuncupabant. Iam quia temperies aëris semper redeat, *weer* pro iterum siue rursus vsurpatur. Est & alia etymologia in *weer* / quæ primam litteram non ex vicino Beta, quod est in *baer* / sed ex origine sua petiuit. Congeruntur enim plures causæ ad vnus nominis structuram. Quia igitur suavis veris temperies non solùm ad pariendum, sed etiam ad custodiendum quæ parata sunt, idonea est; nomen *weer* ita factum, vt à *waer* fieri videatur, quo custodire signamus. Adde Arietem etiam, primum Veris signum, *weer* vocari, à *weer* verbo, quod significat defendo; eo quòd hic se toto capite defendat, symbolum ob id gerens humanæ defensionis, non eius quæ manibus fit, sed alterius, quæ in capitis & cerebri viribus consistit. Sed hæc alterius loci. Quòd si ipsi *ter* H præponamus, eum notabimus, cui honor est aspiratus de ipsius litteræ natura; quamquam *he* & *ter* coniuncta altum honorem expriment: quæ ratio eòdem tendit; quia is cui honos afflatur, honore exalteretur. Latini ab *heer* Herum fecerunt; quo nomine quid dicant, parum intelligunt. Certè Herus de origine sua longo tempore pronuntiaandum fuisset, atque pro eo ponendum, quem honorandum putamus. Primum itaque illi nomen hoc tribuendum, cui honor debetur omnis, qui est Dominus noster Iesus Christus. Hinc nos *ons weer* dicimus, pro Deo, quasi Latinus diceret, noster Herus. Ex *ons weer* Osir fecerunt Ægyptij, vnde, quis

Honoris dispensatio vera.

γίγνομαι
ἦρ
ἔαρ
Erigone.

Ver.
βῆρ.

weer.

beer.

Herus.

Osiris.

Ouiris

Osiris sit, clarum euadit. Græci *Ἥραν* Deam honoribus præsentem vocant, quam Iunonem dixerunt Latini, quasi *iun-hoot*/ id est, caput fauoris. Bene sanè caput fauoris, cum inter omnia externa bona, honore nihil sit excelsius aut præstantius. Latini non in Herus tantum, sed in Hera etiam vocalem corripiunt, contra originis rationem, peccato non infrequenti. Sic Ennius à Cicerone laudatus, *Vosne velit, an me regnare Hera quidue ferat fors Virtute experiamur.* Cum Iuno regnorum præses sit, non dubito, quin poeta eam hic Heram vocarit, Iouem, si res ita tulisset, Herum vocaturus, à quo omnis honor profluit, & in quem omnis honor referendus. Honorabile certè nomen, & magnificum, quod à Budæo etiam video regi suo attributum, crebriusque repetitum, dum cum ipso de philologia suauiter *φιλολογεῖ*, siue philologizat, vt ad colloquij titulum alludam; quem crediderim à Germanorum quopiam, in quorum ore vox hæc assidue versatur, etymologiam intellexisse, atque ob id lubenter ea vsum esse in rege appellando. Domini nomen longè aliud notat, nec vlllo modo ad Heri dignitatem aspirat. Sicut apud Cimbros non vna capitis est nomenclatura; ita non vna ipsius domus. Angli *hom* dicunt, nos *hūis*/ vtrumque tamen ab *hu*: illud quidem ab *hu* & *om*/ id est, vndique custodiens, & defendens circum circa; hoc ab *hu-is*/ quo significatur custodiam esse atque tutelam. Vtroque certè vocabulo vsus ipsius domus egregiè explicatur. Nam aliam signat notionem, ab *ei* & *om* cum adspiratione, qua intelligimus domicilium vndique separatum ab aliis & solitarium. *Ei* solitarium, cui præposita adspiratio, & *M* adiectum facit *heim*: quod si vt verbum vsurpetur, est idem quod circum sepire, & rem propriam & solitariam sibi reddere: vbi aspiratio laborem siue actionem, *M* retractionem, qua res in se solam refertur, designat. Quamobrem *heim* pro domo solitaria, quales solent esse Germanorum, Tacito teste, ponetur. Iam *het hom* cum articulo contractum, & capite truncatum, more nostro, facit *thom*/ & lenitatis causa, media littera posita pro aspirata, *dom*/qua voce nostrates per excellentiam pro domo Episcopi & Canonorum vna circa templum habitantium vtuntur; ad eam nimirum formam, qua Episcopus pro summo Sacerdote, & pastor pro concionatore vsurpatur. Græci olim pro præcipua templi parte *dom* dixisse credentur, ab eo qui sciat, *ἑρόδομον* templi partem vocari, quæ est ante sedem ipsius numinis: *ὀρθοδομον* alteram partem, quæ post eandem cellam est, vt Varro prodidit. Non mirum itaque nec nouum, *dom* pro primario templo nobis hætenus in vsu esse: quæ vox tam est antiqua, quàm Curetum, & Cori; nec minus quàm hæ, nostras. Hinc Latinorum *Domus*, & *δῶμα* Græcorum: vbi rursus aliud tempus apud Latinos, aliud apud Græcos videtur. quod addo, quo frequentia tandem eiusmodi leuium variationum omnem tollat scrupulum & hæsitacionem in originibus quærendis. Nunc ergo *dom-men* siue *dom-ninis* erit, qui domum ducit siue gubernat; ita vt idem sit Dominus, quod domus alicuius rector & gubernator. vbi cernas, nihil tyrannicum, nihil ab humanitate alienum hac voce signari, tamen tandem, dum serui crudelius à dominis tractari cœpissent, ex libidine magis, quàm recta domus gubernandæ ratione, sæuientibus, factum est, vt Domini nomen inuisum redderetur, quasi nemo Dominum agnosceret, nisi eius seruus esset: cum tamen liberi omnes æquè atque serui dominorum ductum sequi debeant. Ignobilis profectò est, & longissimo intervallo nomen Domini ab Heri dignitate seiunctum: cum hoc honor, summum bonorum extrinsecus aduenientium, denotetur; illo dumtaxat quauis cuiusuis domus gubernatio. Verùm cum totus mundus magna quædam domus sit, non est absurdum, Deum Domini nomine vocare, tanto ceteris omnibus superiorem, quanto totus mundus quauis alia domo maior est & præstantior. Græci *δεσπότην* dominum dicunt, quo domini in domo regenda scopus indicatur, si ad natalium rationem vox examinetur, *dic-spoet* enim is est, qui & ipse ad rei familiaris incrementa diligenter contendit, & alios, vt idem faciant, incitat. *Dien* enim est increfcere, & promoueri ad meliora: *Spoet* verò est diligens & matura rei expeditio: vnde *voispoet* expeditus successus in rebus omnibus. Alij *spueden* pronuntiant: è qua voce, transposita diphthongo, *αῦδω* Græcorum. Accedit & altera ratio ex *diet*/ pro opere & re ipsa quæ fit, qua vocula Angli vtuntur frequentissimè dicentes, *tis tru in diet*/ id est, verum est reapse, siue vera est oratio, ad ipsum opus, siue id quo fit, examinata. Hac itaque notatione *diet-spoet* is esset, qui operi accelerando & maturando instaret. Dominus ergo siue familiæ gubernator tum demum

despotæ nomine dignus est, cùm rei familiaris incrementa accelerat, & facit vt opera omnia domestica diligenter maturentur. Nec mireris, ex die-spot de-spot fieri, cùm Græcos diphthongis le & Oe scias carere. Diu Grammatici omnes suas schedas euoluent, diu omnia sua scrinia excutient, priusquam quicquam sani de Despota peruestigare possint. Latinus in promptu haberet dicere, Dominum esse, qui domum minat, siue familiam gubernat & ducit; quod si Varro dixisset, non potuissẽ non laudare: sed vltèrius quæsiuissẽ, vnde Domus & Mino in Romanam venissent ciuitatem: quod interrogatus, respondisset, Domum à Græcis, & fortasse Mino ab Vmbris, vel Etruscis, vel Oscis venisse; vltèrius nihil habiturus, quod ad causas significationis pertineret. Κύριος & κόσμος eiusdem sunt & originis & notationis, vt cùm vtrumque à ceteris siue κορευ dicatur, quod est eligere, quo fit, vt magistratum à populo electum hæ voces designent. Apud Hebræos קרר & קרה mihi sic facta ex heer videntur, vti ex hal fit sal/ adspiratione in sibilum mutata: quod non Hebræi tantum, sed vetusti etiam Galli fecerunt, pro Hero maioris dignationis siue dicentes; quod Angli apertius ostendunt, dum pro Heer Ser dicunt. Hinc Hebræos verbum suum, quo dominari significatur, accepisse dicemus; nisi nobis causam reddant verisimiliorem: & vt magna est, nulla necessitate cogente, confusio litterarum, per Samech etiam קרר pro heerem dicunt Chaldæi. Verum tempus est vt ex hac canina littera commigremus. Sed pænulam retrahit vocabulum, & moram iniicit, de cuius significato maxima celeritas expectari debuisset. Dixi quid he/ quid er/ quid her/ quid eer/ quid heer/ quid Dy/ quid hu/ quid alia his vel cognata vel contraria notarent: nunc hi rogat, ne sui obliuiscar. Hij equito notat, fluxum nimirum cum facilitate, & cita & facili ipsius Iota penetratione. Ab hoc ternarius numerus nomen est sortitus, dum dy pro dy-ry/ quod est celeriter penetrare, dicimus. Est hic numerus Spiritui sancto sacer; eo quod eius vnitate ternarius terminetur atque formetur; quæ tota consistit in tanta penetrandi omnia celeritate, vt nulla mentis acies, nulla celeritas eam assequi possit. Ad huius vim Virgilius respexit:

*Principio calum, & terras, camposque liquentes,
Lucentemq; globum Luna, Titaniæque astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

De hoc spiritu locutus est Moses, dum dixit: *Et spiritus Domini ferebatur super aquas,* id est, omnes aquæ, siue abyssi, siue materiæ minimas particulas & atomos, vi sua penetrabat; quo essentiam & vitam omnibus penitus inderet atque insinuaret. Sicut enim à patre omnia, & per filium omnia; ita in Spiritu sancto omnia, si rectè illud D. Paulli examinetur, *A quo omnia, per quem omnia, in quo omnia;* quibus verbis descripsisse videtur Trinitatem. Meritò igitur per omnia penitus ferri dicitur, in quo sunt omnia.

קרר
קרה
Coeuren siue
Coeuren.

Dir.
Ser.

Hy.

Dy.
Ternarius nu-
merus Spiritui
sancto sa-
cer.



LITTERA canina & fluxum notante, transeundum ad sibilum, qui ut aspiratione simplici vehementior est, ita auget etiam notationem. Hinc nomen *Es*/potestatem ipsius Vnius exprimens, idem est quod Est; quod sibilus vni quasi spiritum vehementem addat, per quem est. Extensio enim & magna spiratio per sibilum significata, esse ipsi Vni addit, & vitam, & quandam ingentem spirationem, per quam omnia esse accipiunt. Ex *Es*, *Is* alij faciunt: illo Flandri, hoc nos utimur lubentius. Hinc Isis, quasi dicas, Est Est, Virtus Dei. Restat hinc *Is* apud Græcos, pro vehementia: quam vocem Homerus elegantissime ventis vehementi flatu sibilantibus attribuit, Latini Digamma Æolicum addiderunt, quo latior adhuc vehementia significaretur, Vis pro *Is* dicentes. Hinc fit ut S interiectum vehementiam quandam & vim addat: ut *Wat* apprehendo, *Wast* est idem quod firmiter retentum, quasi dicas magna vi comprehensum. Subest & alia notationis causa in *vast*, ut sit à *vest*, quod signat firmare, ceu dicas, latè esse concludit atq. connectit, Tau ipsi *Es* vinculum iniiciente, & V ipsius esse latitudinem notante. Hinc Vestā dea, quæ rebus firmandis præest, quæque ipsam essentia latitudinem alligat, & conseruat. Hanc Græci *Ἔστια* dicunt, Digamma in aspirationem mutato. Quia autem ignis cælestis perpetuò in orbem volumine omnia conseruat, Vestam perpetuo igne coluerunt, rogantes eo symbolo, ut Deus perpetuum calorem in omnibus conseruaret, atque in iis firmiter ligaret. Templum ei rotundum fecerunt, ad æternum calorem, quem rotundi cælorum orbis perpetuo suo volumine conseruant, denotandum. Deinde ad firmam rerum stabilitatem, rotunda figura, in qua nullæ partes extant, vltra alias est accommodatissima. Senarius autem huic sacer, *Ses* dicitur, duabus rationibus concurrentibus: altera à *Set*/quod est pono & colloco; quia rebus omnibus in essentia locandis præsit: altera à *su-es*/ & hinc *Ses*/quod est idem quod ad essentiam siue ad ipsum esse. Senarius enim materiam & formam colligans, è duabus rebus vnum constituit, quod ad esse per sibilum suum refert; qui quid aliud est, quàm spiritus esse per omnes perferens creaturas ipsius ternarij proxima imago. Et quia tota rerum essentia huius numeri spiritu quodammodo animatur, & ut sic dicam, actuatur; rectissime geminus sibilus ipsum E, quod est Vnius nota, comprehendit. Præterea ut propius, aut potius adamussim Vestæ vires exprimeret; ita nomen factum est, ut sit circulare, sine soni discrimine, vel prorsum, vel versum legendum. In angelicis ordinibus tertius, post primum ternarium ipsi Deo per tres hypostasēs tributum, Thronus dicitur; cuius vocis notio cum sedem Dei significet, siue vinculum rotundum; egregiè cum Vestā & nomine senarij quadrat, quod à collocando sic dicitur, ut *Sessel* idem sit quod thronus in vulgari loquendi consuetudine, pro quo alij *Setel* dicunt. Deriuatur enim *Ses* à *Set*, quod est colloco. Quæ verò summa est, suprema & prima collocationis idea? Illud ipsum quod in creaturis supremam Dei imaginem absoluit, quod munus & Vestæ, & Senario, & Throno dico conuenire. Addamus & illud plurimi momenti ad multa intelligenda futurum, huius primi ternarij varia symbola hieroglyphica fuisse, pro eo ac variæ eius sunt & considerationes & nomenclaturæ. Ipsa certè notio, qua omnia in essentia in hoc primum collocantur & stabiliuntur, effecit, ut inter elementa terra hieroglyphicum eius signum esset, quod hæc inter elementa sola stabilitatem & firmitatem perpetuam seruet. Timæus Locrus, doctissimus Pythagoræ sectator, Terram sedem deorum esse dixit: quod si de hac terra in qua viuimus, aut potius morimur, dixit, prorsus aberrauit, cum nihil minus ei quadret, quàm ut Dei thronus dicatur. Audiuerat, Terram deorum sedem esse, sed malè id huic immobili corpori accommodauit, non intelligens, id de illo omnis essentia firmamento dici, cui senarius dedicatur. Quia porò audiuerat, Terram omnium esse antiquissimam, nec videret, què nam id veritati consentiret; adiecit, antiquissimam esse non totius vniuersitatis, sed corporum dumtaxat quæ sub cælo sunt, quod Plato est imitatus, sed vterque deceptus. Peruenit etiam ad Platonem cælestis terræ cuiusdam notitia, sed eam

S littera symbolica significatio.
Es.

Is.
Is.

Vis.

Wat.

Wast.

West.

Vesta dea.

Ἔστια.

Senarius numerus Vesta sacer.
Ses.

Thronus.

Sessel.

Setel.

Terra elementum, deorum sedes.

non

S E T, trini-
tatis myste-
rium.

Sedere quo-
modo Deus
dicatur.

Thronus un-
de dicitur.

Senarius nu-
merus supra-
ma est sedes
in qua Deus
sedere dicitur.

non aliud putauit, quàm cæleste huius terræ exemplar: cùm terra illa quæ sedes est deo-
rum, non terræ tantùm, sed totius vniuersitatis complectatur ideam. atq. idcirco etiam
à Pythagora *Ζηνός πύργος* appellatur, & *Ζηνός φυλακή*: quorum hoc primæ secundi terna-
rij vnitati, illud secundæ conuenit; quas duas vnitates senarius noster connectit atque
confirmat. Senarius igitur siue terra hieroglyphica summa custodia est, & summa Iouis
arx in qua sedet, vestigio clarissimo Trinitatis impresso. Videmus itaque, quanta arte
tribus his litteris S, E, T, vsus sit sermonis nostri auctor; in quibus S vim patris omnia
efflantis, E filij, patris flatum opificio suo firmantis, T spiritus sancti totum colligantis
personam depingit tam viuis vocum coloribus, vt haud inuenias in omni linguarũ vni-
uersitate, quo significantius rem quampiam repræsentes. *Ses* ergo numerus nomen à
Set sortitus Vestæ sacer, quæ mutato Digamma in adspirationem, vt ex Felena fit He-
lena apud Græcos, & ex *Fablar Hablar* apud Hispanos, Hestia dicta est. Qua porrò de
caussa *Ses* rotundum est vocabulum, & senarius circularis & perfectus numerus, &
Vestæ rotundum templum datum; eadem de caussa primus hic rerum omnium crea-
tarum ordo Thronus est vocatus, quod vocabulum scio apud Athenæum à *θρόναδος*
derinari: sed nec formatura respondet, nec sic Græcorum proprium est, vt non & apud
nos in communi loquendi consuetudine versetur. Prima certè significationis ratio soli
folius Dei sedi conuenit, quam ipse sibi cælum esse dicit: cui Lyricus Hebræus diuino
instinctu concinit, dicens, Dominum sibi sedem in cælo parasse. & alibi dicit, Deum
filio suo thronum parasse in sæculum sæculi, vt D. Paullus interpretatur. Quid? an
Deo sede opus est, vt sedeat? Minimè gentium. Quomodo ergo sedere dicitur? Vti
Rex quispiam terrenus ex alta sede ius populo suo dicit, & hos honorat, alios punit, &
omnia consilio iussuque suo disponit & gubernat: ita Deus non cælos tantùm & ter-
ram, sed omnes creaturas tam spirituales quàm corporeas nutu suo regens, in altissima
potestatis suæ arce dicitur sedere, quàm cælum, quia altissimum, vt tessera quædam hie-
roglyphica in sacris litteris designat; cui terra deinde, quia infima, præbet locum sca-
belli; eo quòd à cæli supremo ad centrum terræ omnia & singula disponat atq. mode-
retur. Verùm is qui Throni nomen fecit, altius ascendit, cùm *Tron* à *Ter-ron*, *syncoptòs*
Tron, dicatur, quod est calcationis rotundum: vbi exoche postulat, vt summus cal-
cans, & summum calcatum, & summum etiam rotundum intelligatur. Num igitur
cælum est summum? Nequaquam. Quid altius? Spirituales orbis angelorum chori.
Quid in his altissimum? Primus essentia ternarius primam Trinitatis similitudinem
impressam habens. Quis hunc calcatur? ipse Deus trinus & vnus; eo quòd totus hoc toto
ita superior sit, vt homo calcans eo quòd calcatur, altior est. Cùm enim omnis creatio per
ternarium descendat, cùm vis hypostaseon ad omnia creanda necessariò cõcurrat, quia
illæ reapse seiungi minimè possunt; firma collectione concludo, senarium supremam
sedem esse in qua Deus dicitur sedere; propterea quòd nulla creatura sit inter hunc
ternarium quem senarius absoluit, & eum ternarium qui hypostases numerat. In sena-
rio enim prima imago Dei elucet, ad hypostaticum numerum expressa & perfecta, for-
mam & materiam colligans, siue potius actum & potentiam. Huius ideæ imago, siue,
vt vulgariùs dicatur, huius intelligentiæ vis & potestas in supremo cælo cernitur; quòd
quia rotundum est & orbiculare, & omnibus numeris perfectum & absolutum, oportet
& ipsam ideam huius rotunditatis in se exemplar habere: atque inde confitendum,
huic intelligentiæ necessariò eum numerum tribuendum qui & ipse sit circularis at-
que perfectus. Hunc videmus senarium esse qui circulo in se reducitur, & totus ex totis
suis partibus absoluitur, ita vt nihil vel desit vel supersit: quod admirationis incompa-
rabilis mysterium nomenclator ita vnus syllabæ vocula expressit, vt haud sciam, an ex
Dionysio Areopagita & omnibus antiquis scriptoribus plus lucis, quàm ex ea queat ad-
ferri, ad totum primum intelligentiarum ordinem rectè & conuenienter prisca Theo-
logia examinandum. Fateor equidem me non parum aut oscitanter in his arcanis ver-
satum esse, & aduissse plurimos tum viuos tum mutos magistros; sed fecit vel crassa inge-
nij mei ruditas, vel illorum obscuritas, vt nihil certæ aut solidæ eruditionis antè afful-
serit, quàm Cimbricos meos numeros & eorum nomina diligenter iterum atq. iterum
excussissem, quorum monitu, quidquid inueni, me fateor inuenisse. Diuinum interim
Areopagitæ ingenium demiror & exosculor, & tanti facio, vt nõ in alio, post Apostolos,
tantum

tantum enthusiasmi & Palladiæ sublimitatis credam inueniri posse. Quis te, Dionysi, hos Angelorum choros docuit? quorsus præceptore tam excelsa, & ab omni cognitione humana remota perspexisti? quis ante ætatem tuam tam accuratam cælestis exercitus disponendi prodidit doctrinam? Non certè Hebræi, apud quos ne nomina quidem plura ordinum quàm duo inueniuntur; cum reliqua principum quidem sint Angelorum, at minimè classium distinctarum. Profectò vix ab ea possum diuelli opinione qua hæcenus existimo, à D. Paulo in tertium cælum raptò hos tres Angelorum ternarios fuisse reuelatos; non illos quidem in vulgus, sed apud suos Apostolicæ gratiæ symmystas: atq; ad eò agrè quis mihi persuaserit, aliud tres cælos apud singulare electionis vas esse, quàm hos tres ternarios, per quos, velut per tres idearum scalas in vnam scalam, & vnus scalæ ardentem apicem desinentes, ad ipsam Trinitatem tam propè peruenitur, vt ne angelicæ quidem mentes fieri possint propinquiores: quam intelligentiam in numeris & numerorum nominibus, nullius præceptoris ductu, deprehendi: & idcirco, si quis meliora certioraque sciat, ab eo cupio doceri. Sed quorsum raptor? Alibi his locus dandus, quando eorum latitudinem & profunditatem huius libri angustia excludit. Quoniam ergo demonstratum, primum creaturarum typum à senario absolui; rectissime nomenclator à ponendo collocandoque ipsum nuncupauit. Sedet enim in ea Deus, velut sigillum quo signamus, sedet in ipsa cera imaginem recipiente. Quòd si comparatio quæretur, omnes ordines oculis subiiciens, adferatur typographia, in qua chalybei styli extantes litteras habentes primas aliarum litterarum ideas, Trinitati, si fas est, conferantur. Hi valido nisu primam sui imaginem imprimunt solido ferro, in ipso ferro sedentes, veluti masculus infidet matrici; à qua re matricem quoque litterarum nominantur. E matricibus exeunt stannæ litteræ, ab his litteræ chartis imprimuntur, in quibus chalcographicus ordo finitur, angelico ternariorum processui comparatus: & quemadmodum nos è litteris chartæ impressis omnem cognitionem per oculos accipimus, ita ab angelicis ordinibus mens nostra diuina notitia informatur. Senarius itaque matricem absoluit, integra iam creatis trinitatis imagine suscepta; atque inde Thronus dicitur, in quo Trinitas primam sedem characteris sui rerum formas imprimendis collocauit. Hebræi pro Ses Sisa dicunt in masculino genere, & Ses in feminino. Chaldaei pro Ses Set: in quibus Sisa & Set circularem perdunt figuram, vt facillè agnoscas hæc vocabula à nostro Ses profluxisse, in quo genera non distinguuntur, & integra rotunditas conseruatur, vnà cum Trinitatis imagine in numero litterarum. At diceret quis, Hebræos suum Sisa & Ses à שש vel ששש habere, eoque hac parte in ære nostro non esse. Contrà dico, non illas modò voces, sed hæc etiam verba è lingua nostra profluxisse, tametsi, vt pleraque omnia cetera, sint corrupta. Set nobis pro colloco & pono est in vsu, quod primum Trinitati omnia in primo ternario collocanti conuenit, à qua imago collocantis in ses, vt in suprema creatura manens, nominis dedit causam. Nostratem autem hanc vocem esse, analogia formaturæ conuincit, eo quòd sit ichnæa, per vestigia nos ad id ducens quod à Set efficitur. Set Tes facit, quo significatur accepit esse. Sic enim dicimus, Tes gemæet / tes gedæet / & reliquis omnibus præteritis perfectis passiuis. Conuersio itaque in Set ostendit, quid Trinitas collocans præstiterit, ipsam videlicet primam, ipsius quod esse accepit, ideam, siue ipsum esse ab alio procedens: quam intelligentiam tertiæ personæ præteritorum perfectorum in verbis passiuis ostendunt, quæ omnia per Tes exordimur. Iam præterea ipsum Tes simplex non est, sed compositum: atque id rursus gemino modo, & gemina consideratione. Tes enim semel soluas in Te es, quo significatur ad ipsum quod est: quæ notatio demonstrat, per hanc ideam omnia alia ad ipsum Ens referri atq; deduci, vt per supremum apicem creaturarum. Rursus Tes sic intelligi potest, vt significatio eius oriatur ex natura litteræ T, & ipsius Es: qua via resolutum, idem dicit quod vinculum entis; quod quid aliud est, quàm idea hac prima rerum omnium, sine omni medio à Deo impressa, omnem rerum essentiam colligari & inter se & cum Deo. Atque hinc est, vt huic numero hieroglyphica figura sit vinculum, quod alibi explicabo. Ex hoc itaque causa intelligitur, cur senarius coniugio sit dedicatus: & hinc vltèriùs cognoscas, cur Veneri sacer. Cum enim docuerim, omnem honorem, & per consequens, omnem venustatem nostram è coniugio legitimo manare, sitque Venus pulcritudinis dea, ipsique etiam amori coniugali præsit;

Cali tres apud D. Paulum.

Typographica comparatio.

Ses

Set

Tes

Senarius numerus coniugio est dedicatus, & Veneri sacer.

præsit; quid, quæso, aptius conuenientiusque, quam numerum coniugij huic deæ consecrare: quippe per quam coniugium inter Deum & Ecclesiam est redintegratū. Sextus igitur dies Veneris est, quo die coniugium est contractū, & omnis honor & pulcritudo mortalibus à Christo afflata. Eat, qui volet, aliò quæsitum eiusmodi vocum & rerū concentū; & vbi multum laborarit apud Cabalistas, tandē expertus clamet, pro thesauris se carbonem inuenisse. Illi litteras numerat, & verba variè conscindunt, litteras transponunt, nulla habita significationis vsitata ratione. nos ne latū quidē culmum ab vsitata loquēdi cōsuetudine recedimus, nec quidquā cōsideramus quod nō sit apertissimæ apud omnes nostrates notationis: & in hoc tā claro examine omnia mysteria veteris Theologiæ, siue fabulis ea sit, siue numeris, siue hieroglyphicis signis consignata, reuelantur. Demiror quis Pythagoram docuerit, vt senarium secundum coniugium vocaret; quod eum tamen fecisse, Aristobulus auctor est, cum & religionis veræ, & sermonis nostri esset ignarus: nisi fortè, quod suspicor, ex Abari Scytha id genus hauserit arcana. Cernite quanto spatio Dei sedem supra omnem corpoream naturam nomenclator extulerit, dum à Deo dicit supremum rotundorum calcari: quo aliud intelligere non possumus, quam id cuius senarius inter numeros symbolum est. Dicit quis: Cur igitur Seraphin non dicitur Dei sedes? Quia non integram Dei similitudinem gerere intelligitur, sed eam dumtaxat quæ paternæ personæ respondet, sicut Cherubin filij typum refert. At senarius utramque vtriusque hypostaseos personam colligans, & totam Trinitatis speciem accipiens, supremum rotundum est, ex vnitatis binarij ternarijque ideis vnum orbem constituens, id est, similitudinem primam & absolutam ferens ipsius Trinitatis, sub tribus personis distinctè in ipso & adæquatè comprehensis. Vnum enim, duo, & tria senarium integrum absolunt atque æquant. Hoc est tertium cælum, ab infimo numerum exordiendo, voce pro rotundo supremo, non corporeo, sed spiritali accepta. Thronus ergo supremus est supremæ calcationis rotundus, quod duos inferiores cælos, siue angelorū ordines, cōprehendens, aliquādo dicitur Terra; quia Deus thronū hunc, perinde atq. homo terrā, calcet: & dicitur alioqui Terra etiā à *Tet*/quod est calco: ita vt Thronus & Terra ab eadē radice pullularint. Hinc nūc perspicuū, quæ terra antiquissima sit deorū dicenda, & qua de causā. Ad hunc ferè modū in Odis Dauidicis legimus: *Credo videre bona Domini in terra viuentiū.* Et alibi: *Quoniam qui malignatur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominū, ipsi hereditabunt terrā.* Hic Terram pro cælesti patria intelligimus, cuius hæreditas stabilis est & perennis, ad quam per eius mortem venimus; de quo *Seraph* propriè dicitur, vox antè explicata. Eodem modo rursus terram pro cælo, siue beatorū sede. *Quia benedicentes ei hereditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt.* Iterum: *Portio mea in terra viuentium.* In his tamen magis ad stabilitatem regni cælestis, quam ad mysterium Throni cōparatio spectat: hoc saltem hinc effici videtur, vt absurdum minimè sit, si philosophorum antiquissimi terram primi rerum creaturarum ordinis tesseram esse voluerint, tum propter ipsam stabilitatem, ob quam & Vesta dicitur; tum quod Deus hoc rerum omnium fastigium pedibus suis, perinde atque nos terram, calcet: de qua ratione Thronus nomen accepit. Qua verò de causā *non* rotundus signet, addendum *non* fluo, equito, labor: vnde *non* quasi *non* ent/ quo supremum finem in celeri motione signamus, vt in equitando *non* de eo dicatur, qui admissis habenis fertur. A *non* Renus, à veloce fluxu, vni Germaniæ, & alteri agri Bononiensis flumini commune nomen. A *non* præteritum imperfectum *non*, id est, celerrimè ferebar; à quo nomen *non*, propter rationem aliàs ostensam, quæ à tribus temporibus inclusis pendet, quo id notatur quod omnium est celerrimum. Cum igitur rotundo corpore nihil sit celerius, factum optima de causā, vt *non* pro rotundo diceretur. Quamuis enim & aliæ sint rationes ob quas supremum cælum rotundum sit; vna tamen de primariis est, quod hæc figura aptissima sit à celeritate, quæ cum summa sit in supremo cælo, ipsum nomen à celeritate ductum, inter corpora supremo cælo maximè quadrabit: & sicut hoc inter corporata omnia summum est; ita aptissimum symbolum erit ad summum orbem spiritalium denotandum. Ceterum vt nomen à verbo discrepet, *non* pro *non* dicimus: qua littera in compositione ipsius *Thron* non fuit opus, in quo o producitur, vt alterum tempus accedens sonorum magis reddat vocabulum, & elisæ syllabæ tempus cōpenset: quod itidem in *Thron* factum, quod ex eodē fonte manat: de quo priusquam

Terra vnde
dicta.

Thronus.
non.
non.
non.
Renus fl.

non.

plura

plura dicā, aliud adferendū luculentissimū eius quod aio, *Thron* nostras esse, documentū. *Thron* Dei sedem esse, demonstratū: cui quid ex diametro opponatur, si nouerimus; *Thron*. vna opera sciemus, quid *Thron* vox versa signet: quæ vocum formandarum ratio si hic locum suum habere deprehendatur, impudentis pertinaciæ sit, negare, voces nobis vernaculas esse. Si Deus summum bonum sit, necesse vt summum malum ei maximè repugnet: atque hinc illic sedem sedi Dei contrariam quærendam, vnde malum pro-
 manat. Hieremias autem, præter ceteros, auctor est, ab Aquilone omne malum pan- *Aquilonis*
 dendum: è quo liquet, mali sedem in Aquilone collocari. Sed quid ego per mali ve- *plaga*.
 stigia ad eius regiam pergo; cum clarissimis verbis Isaïas eam demonstrarit? *Quomo-*
do, inquit, *cecidisti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris: corruisti in terram qui vulne-*
rabas gentes: qui dicebas in corde tuo, In cælum conscendam, super astra Dei exalta-
bo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: Ascendam su-
per altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen in infernum detraheris,
in profundum laci. Hæc & plura ille de Luciferi folio, qui pòst Ates nomine dignus
 euasit. Plurima sacræ scripturæ loca his consentiunt, quæ adducere operæ sit superua-
 canæ: cum nihil iis quæ allata sunt, clarius esse possit. Priscus siderum nomenclator,
 vt perpetuum in cælo huius dæmoniæ superbiæ extaret monumentum, magnum
 stellarum in Aquilone gyrum Draconem vocauit; quem si totum examinarem, & cum *Draco sidus*
 vicinis sideribus conferrem; omnibus ad oculum patefacerem, totius religionis nostræ *cali*.
 symbola in cælo inueniri. Hic est Draco ille magnus, rex Ægypti & omnis idoloma-
 niæ, cuius insignis apud Ezechielem mentio. Hic serpens, cuius caput erat conculcan- *Religionis no-*
 dum à femine mulieris: quod insigni tessera in cælo descripsit, qui ignotum hominem *stra symbola*
 in astris collocauit contra duos dracones pugnantem; alterum Arcticum, cuius caput *in sideribus*
 pede proterit; alterum ad Æquinoctiorum circulum hominis corpus inuoluentem, *cali*.
 cuius capiti, Tropicum Cancri versus eleuato, & vasto rictu hianti, clauam intentat iam
 iam percussurus. Hunc Græci ἐν γόρρασι vocarunt, id est, in genibus; de quo alij alia, vt
 fit, & fieri necesse est, vbi nullo veritatis fundamento collocato, quisque somnia sua ni-
 titur protrudere & probare. Eratosthenes tamen optimè omnium de antiquorum re-
 latu illud litteris prodidit, hunc Herculem esse, Draconem interficere nitentem. Ve- *Hercules si-*
 rum in reliquis accomodandis nihil certi potuit videre, vt cui nullus esset radius gno- *das cali*.
 monicus, crucis simulacrum, quo non interualla stellarum, sed imaginum cælestium
 significata deprehenduntur. Duos certè Dracones in astris habemus, præter hydram,
 quorum maior is est qui Vrsas inuoluit, qui signum perpetuum in astris gerit superbiæ
 illius qua Lucifer elatus sedem suam cōtra Thronum Dei in Aquilone ponere temera-
 rio ausu cogitauit. Deturbatus inde, & in terram delapsus, quæ æquinoctiorum circulo
 designatur, quod is medius sit inter polos, perinde atque terra, hominem inuasit, & ipsi
 mala Hesperidum obtulit, alteram hic meritis figuram, quibus illectum & eorum le-
 thali veneno imbutum ita medium complexus est, vt eius firmissimos nexus nulla ma-
 nuum vi, nulla contentione euadere posset. Hunc hominem Ophiouchum vocant,
 quod serpente totus medius teneatur; aptissimum symbolum hominis animi serpentis
 lethifero tabo infecti. Hunc filius Iouis miseratus è cælo descendit, serpentem claua sua
 interfectorius, cuius imago sic est collocata, vt altero pede caput maioris Draconis pro-
 terat; quo indicatur Lucifer siue Ate, à Deo in cælo conculcata. Hac conculcata, se-
 cundum inicit certamen, magna vi connixus illo corporis posito, vt alterius serpentis
 imaginis capiti clauam intentet, quo Ophiouchum mortalium genus liberaret. Propo-
 nitur autem ingens huius certaminis præmium, corona nimirum insignis, nouem cla-
 rissimis stellis, veluti nouem flagrantibus pyropis exornata, posita inter Herculem, ca-
 put Draconis, & Booten; ita vt huius quidem humerum, illius dextrum pedem, Dra-
 conis fauces ferè contingat. Hæc est coronæ illius supermundanæ siderea imago, ipsum
 omnium regem nouem choris ambiens. Hercules ergo sinistro pede caput Draconis
 prioris premit, & dextro pede coronam attingit: Pedes autem fursum porrigit, vt se
 ostendat è cælo ad terram descendere, vt cum Dracone iam cælis eiecto, cuius notam
 Ophiouchi serpens habet, secundum ineat certamen; atque vt antè in cælo eum vice-
 rat, ita rursus regnum ipsius in terra euertat. Certat strennuè Draco, vt coronam glo-
 riæ & regnum cæleste homo numquam consequatur. Certat contra summis viribus

Bootes filius
cali.

Hercules, similis vehementer laboranti. Adstat certamen videns Bootes, imago cuiusvis prophetae, sed maxime Ioannis Baptista, qui à capite sursum tollitur, ad cælum videlicet è terra conuolvens, quemadmodum Hercules è cælo ad terram spectat. Bubulcus autem dicitur, quia homines, quos boues fecit serpentis venenum, verbo diuino pascit, videns Herculem, coronam, & Draconem iam iam contundendum; atque homines cohortans, vt se ad coronam vitæ cælestis præparent, quam propinquam esse clamat in deserto. Quid est aliud quod dixit: *Appropinquabit regnum calorum*, quam coronam cælestem adesse, quam colliso capite Draconis, claua crucis mox erat data, cum Hercules modò de cælo ad pugnam descendisset. Genuatur autem Hercules, ostendens se venire in forma eius qui planè nihil esse videretur: qua de re in hieroglyphico ipsius Bet signo plusculum erit dicendum. Hic satis sit, hoc posito & humilitatem, & orationem ad Patrem denotari; quibus rebus coronam nobis comparaturus esset. Stat Bootes super Virgine, cuius fructu in vêtre adhuc latitante fetus, cœpit prædicare, mox generis humani ad futuram salutem, ipse etiamnum in ventre constitutus; in quo matri signa dedit ipsius Christi præsentis, & iam iam nascituri. Videamus itaque in cælis imagines Virginis, Bootæ, geminam Draconis, Hercules è cælo descendens; & contra serpentem, à quo homo medius tenetur, claua sua pugnantis: videamus spicam Virginis, conferamus cum his Christi natalem, & cetera huc spectantia; & tum demum consideremus, quanto hæc omnia religioni nostræ magis conueniant, quam vllis vel poëtarum figmentis, vel Grammaticorum coniecturis. Prophetico spiritu astris nomina nuncupata, imagines depictæ non quarumuis illæ quidem rerum, sed earum, quæ dignissimæ erant, vt cælo inscriberentur: quas post profanum Græcorum vulgus iis accommodauit, quæ vel obscuris & non intellectis fabulis essent inuoluta, vel pòst multò contigerunt, quàm hæc astris nomina fuissent. Verùm hæc minimè hoc loco persequenda: eo dumtaxat indicata sunt, vt clarè cernamus, quæ sedes Throno in cælis opponeretur, & qua parte illius monumentum siderum nomenclator posuisset: quæ res vltèrius ad id spectabat, vt apertè à quouis cerneretur, quàm nominum rationes à me explicatæ insigniter concordent & sacris litteris, & tabulæ cælesti hieroglyphicis litteris pulcherrimè depictæ. Inuenimus enim, Aquilonem solium Draconis, esse oppositum omnino ex diametro Throno Dei; quod cum sciret nominum architectus, sic Throni nomen fecit, vt còuersum sedem aduersarij indicaret. *Thron* enim Aquilonem notat, vox profus contraria via adeunda quàm *tron*. Abeant itaque in bonam rem Græci cum suo *θρονος*, à quo Throni nomen deriuare moliantur. Ceterum quia non ratio modò nominis in *tron* ad *tron* me deduxit; sed ipse etiam siderum positus, &

Aquilo solium
Draconis, op-
positum Thro-
no Dei.
Thron.

rerum conuenientia: non possum cõmittere, vt non de Corona quoq. nonnihil addam. Vidimus enim in cælo Coronam positam nouem stellis radiantè, cælestis vitæ signum, quæ nouem Angelorum choris cõtinetur, ipsum suum Regem trinum & Vnum triplice ternariorum orbe ambientibus. Hæc autem proposita est pugnantia contra Draconem, quem *εὐρύνομος* vocatum videmus. Aratus ignotum idolum vocauit, plus dicens quàm intelligeret. Hic enim Deus, cuius hoc in cælo est Idolum, omnibus Græcis erat ignotus, & erat causa etiam laboris magni, quem ei adscribit, ignota. Huic ara fuit apud

Corona sidus
cali.

Athenienses, ignoto Deo consecrata, quem D. Paullus eis demonstrauit. Huic igitur primùm corona tribuenda, cuius nunc nomen suscepi interpretandum. *Croon* enim quasi *tar-ron* quo cari rotunditas notatur; quæ quid aliud est, quàm vitæ, quæ nobis carissima, æternitas. *Croon* itaque primùm vitam significat sempiternam; deinde ea, quæ analogia quadam ad hanc referuntur. Quia autem temporum pater æternæ etiam

Corona vnde
dicta.

vitæ auctor est; Cronus Deorum antiquissimum significat, quia is vitam præstet æternam; Hinc pro tempore ponitur, vt Bacchus pro Vino, Venus pro pulcritudine, alij Dij pro alijs donis. Inde ad rotunda ferta capiti imposita transit, quorum notatione vitæ lætitiaque perpetuus vsus iis optatur, quibus imponuntur. Latini ex *tar-ron* Coronam feruarunt. Demonstrat igitur hæc etymologia, coronam illi primùm deberi, qui æternæ vitæ hominibus auctor est, qui non alius est, quàm Christus omnium opifex, & redemptor, nos in vitam sempiternam morte sua vindicans; de quo D. Paullus illud Lyrici intelligendum docet: *Gloria & honore coronasti eum*. Sic diuus Iacobus: *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam*

Cronus Deo-
rum antiquis-
simus.

promisit

promisit Deus diligentibus se. Eòdem spectat illud Apocalypicos: *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vite.* Sic Ecclesiasticus: *Corona sapientie timor Domini.* Rerum itaque cararum perpetuitas per Cronum & Coronam apertissimè notatur, si primos natales intueri velimus: quos si Pierius cognouisset, minimè Coronam à Cornu deriuasset, sententia cornuto boue, quàm Pieriis Musis, digniore. Quando verò inter cara nihil vita æterna carius; huius primùm notationem tum coronæ nomen, tum sacra sculptura habebit. Nunc quia vita æterna nemini contingit, nisi per virtutem & sapien-
 tiam Dei, Isidem nominatam, priscis Ægyptiorum litteris proditum est; teste Leone Ægyptio, Isidem primam omnium se coronasse, atque id non quauis corona, sed spicea; qua significabatur, panem viuum, qui in spica continetur, & comedendum esse, qui velit coronari, atque ad eò nihil aliud vitam æternam dare & sustinere, quàm panem viuum. Quis autem est hic panis viuus, quo se Isis coronauit? quænam spicæ panem viuum continentes, quibus caput suum obuoluit? Audi Christum de se loquentem: *Non Moses dedit vobis panem de celo, sed pater meus dat vobis panem de celo verum. Panis enim Dei est qui de celo descendit, & dat vitam mundo.* Et mox: *Ego sum panis vite: qui veniet ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet umquam.* Et iterum: *Ego sum panis vite. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Mox deinde, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam; & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* & plura eodem capite, eòdem spectantia, per diuinam Ioannis gratiam accepimus, quæ tam clarè spiceam coronam exponunt, ut nihil videatur lucis addi posse. Sapientia & virtus patris, & ipsum ens ab ente, quod est Isis dea, carnè humanam assumpsit, quam panem vitæ vocat, quia ad eum accedentes, & in eum credentes, & hac ratione comedentes quam suis discipulis exposuit, alimentum accipient, non corruptibile, sed quo viuant in æternum. Panis autem viui symbolum spica: quòd panis in eo contineatur necdum corruptus, sed talis, ut quamuis in terram iaciatur, & in ea corrumpatur, vitam tamen non amittat; sed auctior rursus & pulchrior exurgat. Sic Christi caro afflictà vsque ad mortem, & in terram coniecta est, vnde rursus sic surrexit, ut credentes omnes & ex ea comedentes à morte suscitentur ad vitam æternam. Spica itaq. panem viuum notat: corona regenerationis quæ per panem fit, æternam vitam signat, quæ Isidis capiti siue sapientiæ diuinæ imposita est, quia *Verbum caro factum est*; vnde se spicea corona dicitur inuoluisse. Neque porrò vetustissimi illi nostri maiores contenti fuerunt hoc inuolucro veritatem occultasse; sed spicæ etiam symbolum in celo pinxerunt, quam Erigone virgo simul & mater veris omnium sæculorum ad feminum regionum tenet, certo indicio, ex utero eius spicam aliquando nascituram, atque id eo tempore quo spica hæc Virginis cælestis in Oriente conspicienda esset. Hanc ut Græci Erigonen ab Orphicis nominandam didicerunt; ita Latini Iustitiam eam vocarunt, à maioribus haud dubiè Cimmeriis accepta nomenclatura. Hanc libra, Iustitiæ symbolum, comitatur, certissimo indicio, per virginem veris matrem, & panem eius viuum, toti generi humano Iustitiam aduenire, atque ad eò hanc Iustitiæ matrem esse, per quam Veri sæculorum omnium mundo exoriretur. De hac qui plura volet doceri, Cronia nostra consulat, & fructus reportabit non pœnitendos. Quòd si huc omnia quæ ad coronam spiceam pertinent, adferrem; nullus esset finis: ita omnia oracula, omnia symbola, omnia hieroglyphica signa, perpetua quadam catena inter se cohærent. Confer modò quæ de Medusæ capite in Minerua scripsi, quæ de dracone sub eius hasta colligi possunt; confer Isidis interpretationem, & eius nauem, creationis tesseram; & cetera, quæ longum sit enumerare: facillè cernes, longè aliud sub poëtarum fabulis & Ægyptiorum laruis occultari, quàm hætenus quisquam sit suspicatus; quod totum se prodit recto ipsius veræ vocum interpretationis ductu. Verbum Græcym *σῆμα*, pro corona, perinde factum, atque è *σῆμα* & *σῆμα*, & è *Loof* folium, totius nostratis vocis metathesi, Hebræis maximè vsitata, ut à *Lam* *ἄρῃ* pro infirmus redditus sum, & ab aliis alia quamplurima. Stefo enim, si terminationem Græcorum demas, *stest* erit, quod idem est quod *West*, tum confinio litterarum, tum significandi ratione. Est autem *West* nobis,

Isis dea se
 prima omnium
 corona spicea
 coronauit.

Spica symbo-
 lum in celo.

Erigone siue
 Iustitia.

Libra iustitia
 symbolum.

σῆμα.

quod Latinis deuincio & firmo: quo fit vt Vest diadema ad verbum nostratibus sit, quod ab obligando nominatur. Verum tanto significantius Vest pro corona ponetur, quanto propius exprimit, quam regi præstet potestatem; cum non tantum vincendi habeat notationem; sed præterea nobis significet quempiam in possessione cuiuspiam rei collocare. Corona enim ius regium confert atque confirmat, perinde atque diligentibus Deum æternæ vitæ stabilit possessionem, cuius cum simus Christo regi vniuersorum cohæredes, omnes in regnum cooptamur. Rursus ergo videmus nos ad Vestam venire, de Stephani nomenclatura; atque porro eò deduci, vt supremus intelligentiarum orbis non solum Thronus dici possit, sed Stephanus etiam, & Vesta; cum & senarius huic vtrique conueniat, & circularis forma æquè quadret in coronam, atque Vestam: deinde hoc etiam Stephani vocabulum addat, vt significet non solum coronam Throno Dei conuenire; sed huic etiam primum & supra omnia dari firmam vitæ sempiternæ possessionem. Fausto ergo nomine, & diuina prædestinatione, is Stephani nomen accepit, qui primus fuit post mortem Christi per martyrij coronam, regni caelestis, quod sibi adhuc viuus aperiri videbat, possessione firmissima donatus. Primus enim hic inter martyres, haud secus atque Thronus, primas tenet in regia possessione rerum omnium creatarum. Hinc modò perspicuam emergere videas veritatem diuini illius Platonici

Ænigma Platonici Dionysio Siculo Tyranno perscriptum.

ænigmatis, Dionysio Siculo Tyranno perscripti, quo dixit: circa omnium regem omnia sunt, & illius gratia omnia, & illa causa omnium pulchrorum est; secunda verò circa secunda, & tertia circa tertia. In his obscuritatis origo ex collatione secundorum & tertiorum oritur, quam sic de mea quidem sententia explicabo, securus eorum quæ aliis meliora videantur. Circa omnium regem sunt omnia, id est, ipsum Deum trinum & vnum est Thronus, omnium rerum creatarum primas tenens; atque idcirco vocatus Omnia, quia videlicet omnium essentiam complectitur. Circa ipsa omnia, siue circa Thronum, siue circa hanc Vestam, quam hic appellat Secunda, respectu regis, quia nullo medio secundo ab ipso loco ponuntur; sunt secunda altera, quæ dicuntur secunda, non respectu Dei, à quo sunt tertia, sed respectu ipsius Throni, qui primas tenet rerum creatarum. Altera igitur hæc secunda quæ circa priora secunda esse dicuntur, sunt nobis nouenario numero consignata, qui explet secundum intelligentiarum orbem. Porro circa tertia ab ipso rege computata, sunt altera tertia, quæ non à rege, sed post Vestam tertia deputantur, nostratibus duodenario numero denotata, qui absoluit tertium chororum orbem. Nam nobis numeratio per diuersa nomina procedit tantisper, dum duodecim absoluat, à quo deinde ternarij nomen denarij nomini componit: quod nomenclator noster ob eam causam fecit, vt dum hoc nobis peculiare videremus, ad rationis quam secutus esset, vestigationem incitaremur: & tandem, vario mentis discursu, ad Dodecatheon templum, siue Pantheon, veniremus, quod tribus ternariorum orbibus primam Triada omnium regem in medio penetrali & vero adyto adorandum potius, quàm videndum, proponit: quæ, sicut centri natura sola magnitudinis negatione, ita sola omnium, quæ circa ipsum sunt, rerum negatione definitur. quod addo, vt Platonis mentem clariùs intuearis, dum intelliges, templum constructum rotundum, cuius extremus ambitus extremum chororum ternarium comprehendat, quem tertia circa tertia Plato nominauit. Interior peribolus secundum ternarium intelligentiarum complectitur, qui vocatus est Secunda circa secunda. Intimus verò ambitus primum omnium rerum creatarum ternarium continet, qui, tamquam corona regium caput cingens, dictus est Omnia. Intra huius intimi templi ambitu prima trias rex omnium delitescit, & in hoc Thronum suum habet. Hoc templum Vestæ, imò hæc ipsa Vesta, hic Stephanus, hæc corona regis caput circumdat: non illa quidem ornatum addens, sed primum ornatum & supremam pulcritudinem recipiens, quod deinde omnibus rebus pro sua cuique portione communicet. In hoc primum elucet vnitatis imago, in hoc expressa est regij binarij species, in hoc primi ternarij character inuenitur: è quibus in vnam coronam connexis, diuinus ille Senarius emergit, totus è totis sui partibus constans, & in æternum orbem circumuoluendus: cuius prima pars Seraphicum, secunda Cherubicum ordinem, tertia Thronum absoluit.

Dodecatheon templum siue Pantheon.

Vidimus modò verum Pantheon, in cuius intimo penetrali igneo Deum sedere, ipse Draco sub Apollinis nomine confessus esse memoratur. Hoc verum dodecatheon, in quo

quo intimi numeri siue primi solis hypostasibus non essentia differunt, à Platote vnus regis nomine comprehensi. In huius templi structura cernas, quia ratione Pythagoram docuerit, quisquis ille fuerit præceptor, omnia esse tria, & in omnibus tria inueniri: quod quamuis à Parmenidis sententia dissidere videatur, dicentis, omnia esse Vnum, & Vnum esse omnia; adamussim tamen cum ea quadrat, si hic de essentia, ille de hypostasibus intelligatur. Aristoteles in utroque, & Vno & Terno, vel carpendo vel applicando nimium fuit profanus, ne dicam nefarius, impius & sacrilegus. Ex hac veteri & prima Theologia fabulæ de duodecim Diis maioribus emanarunt, in quibus variè & infinitis modis erratum fuisse, adeò non mitor; vt contra potius demiter, quàm numerus hic integer in tanta caligine fuerit conseruatus: cum in sola nostra, & nulla alia lingua, prisca numerorum nomina, & eorum rationes, ad duodecim vsque progrediantur: & hæcenus non apud doctos tantum, sed apud omnes iuxta infimæ fecis homines conseruentur. qua sola de causa, tametsi nullæ aliæ essent, vt sunt infinitæ, omnibus ceteris linguis est præferenda; quippe quòd inde totius priscae & veræ Theologiæ mysteria aperiantur. Diuina benignitate factum videmus, vt ad antiquos philosophos sententiæ quædam à maioribus per manus acceptæ peruenerint: sed hæcenus nulla norma in vllò sermone inuenta est, quæ cum religione vera conueniens eas potuerit dirigere ad veritatem. Optarem Marsilium Ficinum linguæ huius peritum fuisse, & hæc mecum contemplatum: meliora profectò & saniora ad Platonis ænigma attulisset: quod tamen vereor ne ipse Plato non satis intellexerit, vt ego fateor, me in eo, ceu in obscurissima specu, caligare; nec plus quàm ceteros fortassis videre; sed hoc interim alijs minus errare me puto, quòd in labyrintho hoc, velut Theseus quidam, filum sequar, quod partim è primis linguæ nostræ rationibus, partim ex Orphicis fabularum laruis, partim ex signis hieroglyphicis, partim è philosophicis demonstrationibus, ipsa mihi neuit Ariadne, quæ omnes omnium res, quantumuis intricatas & difficiles, ad finem deducit optatum, modò lenta festinatione eas aggrediantur, & aggressi lenta rursus festinatione pergant. Est enim *Αρρι ηατ εντ* in Ariadne permutatum, quod nomen eam virtutem significat, quæ in rebus maturo consilio aggrediendis, & lenta festinatione conficiendis, officium suum exercet. Hæc summi Bacchi vxor est, ac deinde illius etiam Bacchi, qui Sabazius dictus, arcam, difficillimum opus, compegit. Hæc filia summi Minois, id est, summi capitæ in omni ductu & gubernatione; eo quòd ex eius gratia omnis industria nostra, omnis mediocritas, omnis scopi actus, & voti perfectio nascatur. Hæc non Theseum tantum, quisquis ille fuerit, è fabulis malè intellectis natus, Athenarum conditor, filo suo dirigit; nec soli Nocho Sabazio se coniungit: sed omnibus filium suum porrigit, omnibus operam offert, omnes ad finem perducit, qui modò filium ipsius arripere & sequi non recusant. Agamus ergo Ariadnæ gratias immortales, quæ summi ducis & summi regis filia, nos in labyrinthum duxit, in cuius intima æde ignea rex ipse thronum suum collocauit, è quo ius diceret toti rerum vniuersitati. Sed vt annulus annulum in catena trahit, ita in mentem vltro succurrit, Deum in Sole tabernaculum suum posuisse: quod quæ cum nostris consentiat, addendum videtur: non quia omnia huc spectantia hoc loco persequi velim; sed quòd videam aliud vocabulum hîc mihi offerri examinandum, in quo litteræ quoque S natura non parum queat illustrari. *Es* nomen potestatis in hoc elemento idem nobis significat, cuius rationem, qua Græcus æquè in *εσ*, atque Latinus in *Est* caret, hanc dedi; quod vita siue Esse ipsius Vnius, per e signati, nulla vocis nota potius, quàm magno spiritu, queat exprimi; qui cum in sibilo audiatur, ipsum E per S vehementer procedit; & magno flatu dilatatur, quod nihil aliud est, quàm vnus esse. Idem igitur denotat *es* / quod Latinus diceret, Vnum diffatur. O si Plato hoc intellexisset, quàm hanc voculam fuisset exosculatus; in qua mox peruidisset, sic se Vnum ad Esse habere, vt Vnum quidem prius intelligatur, deinde accedat Vnius communicatio, per sibilum, qui gemini spiritus instar habet, facta. *Es* enim Vnum est; *es* nihil aliud, quàm Vnum se diffans siue vniens; cuius flatus Spiritus sanctus est, omnia permeans: quibus tribus & Trinitas & exemplar omnium rerum creandarum explicatur. Vnum in se manet; flans siue sibilans creat, & Vnum communicat; flatus ipse sanctus Spiritus est, patrem & filium vniens, & trinam imaginem per omnia creata deferens. Ab *es* siue *εσ* / Isis dicitur, Ens entis, siue secunda

Ariadne.

Sabazius
Nochus.

Es.

Vnius hypostasis. Nunc ergo, quia sibilus vehementem habet motionem, veluti ventus quidam; fit ut hac nota in motione ad aliquid utamur: & quia omnis motio spiritalis, qualis est sibilus, contendere debet, ut ad omnium originem adspiret, quæ rotundam se esse per imaginem Throno impressam declarat, maxima ratione ipsi sibilus o postponimus, quasi eum ad Vestam ferri velimus, ut illius ductu ad originem adspiret. *So.* ergo dicimus pro Ad: qua vocula tantum concludi mysterij, quis non miretur? Ex *fo* & *ren* fit *son* quod est idem ac si dicas, Ad Vnum feror. Significatur igitur hac voce id quod Latinus diceret, pacem concilio. O stupendam arcanorum altitudinem! Quod me rapis Hermathena? Non sum dignus, ut tantum mysteriorum profanis angustæ & caliginosæ mentis meæ oculis reueles. Sed sequar te ducem; qua præeunte, nihil non audendum, quo ad eius obscuro hominum captui fas est audere. Quam mihi summam pones, o Dea sapientiæ diuinæ interpres, pacis conciliandæ rationem, ob quam hoc nomen fecerit nomenclator? Sed me stupidum, modò audiui. Eam nimirum summam summæ pacis conciliationem dicis, qua ad ipsum Vnum adspiramus. Verùm qua de causa conciliatio pacis sic vocatur, non ipsa pax, quæ nos ad Vnum ducit? Ut intelligeres, & quoties hanc vocem audis, recordareris, opus tibi esse, ut cum Vno reconcilieris; è quo mox necessariò colligis, te ab Vno inimicitia quapiam aut odio dissidere. Quærenda igitur hostilitas, & quæ eius causa; ut cum Vno tibi sit pugna, à quo separari ipsissima mors est. Interroga igitur te ipsum, & mox inuenies, te domi bellum cum recta ratione alere; & à bono, quod Vnum est, ad malum perpetuò esse procliuem; idèoque te Mali partes sequi plerumque in omnibus, conscientia ipsa iudicium ferente, ex Dei tabulis, quas mente semper circumfers. Malum Vni contrarium agnosco, & id à opifice & auctore meo, qui summum bonum est, fat video non potuisse proficisci: sed vnde processerit, ratio nulla mihi dicit. Quærit Plato, quæsiuerunt ante Platonem plurimi, sed nihil solidi inuenerunt. Qui proximi sibi visi sunt veritatem attigisse, corpus nostrum carcerem nobis esse existimarunt, & ei animum inclusum, propter cæcæ errorem, quo in amorem corporum delapsus sit, desertis caelestibus & diuinis. Sed hi egregiè se decipiunt: non vident, si animi vniquam profus sine corpore fuissent, & summi boni participes, ut fingunt; non posse intelligi, quæ se quiuerint à summo bono separare. Verùm hæc difficultas multas ambages trahit errorum, si de humanis philosophorum rationibus examinetur: nec quisquam inter eos sic Ariadnam habuit propitiam, ut vllum disputationis suæ exitum inuenerit. Plato ad Dionysium scribens, eandem mouit quæstionem; sed solutionem reseruauit Archidemo coram indicandam, eo quòd scriptis tantum mystetium credere non auderet, ne nimirum in vulgus dilaberetur, apud quod non alios sermones magis ridiculos esse dicit, quàm eos, qui de id genus altissimis rebus inter præstantes ingenio & eruditione viros, summa cum reuerentia, & diuina quadam voluptate, solent haberi. Nos quid Archidemo in aurem dixerit, non resciuimus; nec in Phædro, nec alibi, nobis satisfecit: hoc mihi optimè in Timæo & alibi dixisse visus, ea quæ ad diuina attinent, ab iis discenda, qui priscis Theodidactis proximi fuere: quod cum alibi, tum hic maximè locum habere suum videtur. Sunt ergo hæc à Mose petenda, qui maiorum de hominis creatione sententiam partim per manus acceptam, partim diuinitus reuelatam, scriptis tradidit. Videamus ergo nunc, an Mose sermonis nostri artifex consentiat. Consentit haud dubiè, dum nobis cum ipso Vno bellum esse dicit. Vnde autem bellum sit exortum, cum Ate, Adam, fucus, nomine suo; tum alia plurima, quæ non est huius loci referre, nobis declarant. Hoc certè loco per verbum *son* indicatur, nos contra vnum peccasse, & ob id opus esse reconciliatore, qui pacem inter nos & Vnum componat. Quis autem hic erit? Hoc idem artifex hoc nomine demonstrat, quod exiguo soni discrimine, vix scriptura assequendo, pro filio voluit vsurpari, quasi diceret, is pacem est conciliaturus, qui filius est. Quis filius? Quis, nisi summus? At hic est filius vnius patris æterni. Dedit igitur nomenclator filio nomen à Pace reconcilianda: ut intelligeremus, illum, qui summus summi patris filius est, pacem reconciliaturum nobis cum suo patre. Vera ergo eius nominis ratio, quo filius apud Germanos omnes tum superiores, tum inferiores vocatur à reconciliando, sumpta, nos docet, summam summi filij propriam esse reconciliationem, quam Plato in Phædro suo non inuenit. Allemanni sui scribunt, ipsi V O superponentes, pro

Filius Dei conciliator pacis inter Deum patrem & homines.

tes, pro filio; & discriminis causa, pro reconcilio, *Sin*, dimidiato o ipsi *V* superscripto; quod quidem faciunt non male omnino, quando etiam pro *so* *su* dicant, vel potius *su*. Nos tam exiguum soni discrimen flocci facientes, *Soen* pro utroque scribimus, etymologiam secuti, quæ *O* & *E* commiscet, ut conciliatis vocalibus in unam diphtongum, reconciliationis modus proprius exprimat, dum *so*, quo motus, & *ret*, quo unum notatur, in unum sonum coeunt; ubi *so* homo est tendens ad Unum. Unum verò Deus; quo rursus nomenclator imitatus est modum reconciliationis quæ futura erat, Deo & homine in unum coeunte Christum, qui solus esset & filius Dei & reconciliator generis humani. O stupendam nomenclatoris gratiam! cui Spiritus sanctus eiusmodi suggestit vocem, ut ea & filium, & reconciliatorem, & reconciliationis modum demonstraret. *So* autem notam hominis propriam in hoc vocabulo esse, etymon declarat. Huic enim soli conuenit ad originem suam toto spiritu anhelare, ut cetera animalia ad escam terrenam. *Soen* ergo hominem includit. sed quem hominem? Non quemuis certè, cum neminem inuenias ex virili semine natum, qui toto spiritu ad originem suam anhelat; sed contra, magna sui parte ad malum origini contrarium pronus feratur. *Omnes enim declinauerunt: non est qui faciat bonum, non est ne vnus quidem.* Homo ergo peccato Adæ corruptus, non potest genus humanum reconciliare, nec vnus fieri Christus verus homo & Deus. *So* ergo soli Christo conuenit, qui verus, purus, nulla labe infectus, toto spiritu ad Deum patrem, omnium originem; perpetuò anhelabat. Hic homo de se solus dicere poterat: *Ego & Pater vnus sumus.* Hic ergo solus reconciliator; quia solus Dei amicus, solus perpetuò pura mente ad originem contendens. Hic solus Deus & homo, & idcirco verus Dei & naturæ humanæ conciliator. Hic ergo solus filius dignus est, ut nomen habeat à reconciliando: quandoquidem solus fit qui reconciliationis supremæ partes queat subire, & ad felicem exitum promouere. Iam vocis huius architectus, non contentus tanto artificio, illud etiam addere voluit, ut *Soen* conuersum in *noes*, culpam & offensam notaret; quæ tota est ex diametro cum filio Dei pugnant. quo significauit, noxam & offensam humanam nulli magis aduersari, quàm ipsi filio Patris supremi. Hic enim peccata nostra tulit, onus omnium onerum innocenti homini grauissimum; hic pœnas dedit peccati, cum nihil peccasset, huic mortem culpa & offensâ nostrâ infixit; hic, cum Dominus esset vniuersorum, non solum seruus factus est, sed crudelissimum etiam seruorum supplicium subiit, quo nos draconis seruos, & ad mortem seruili scelere dignam iusto Dei iudicio condemnatos, à seruitute & morte liberaret. Quid ergo magis aduersarium, quid magis contrarium, à seruitute & morte liberaret. Quid ergo magis aduersarium, quid magis contrarium, quid magis repugnans, quàm offensâ? Et quæ offensâ? Non certè ipsius filij qui cum Deo vnus est, & qui nomen à pacis conciliatione habet; tantum abest ut offenderit aut læserit. Cuius ergo? Nostrâ, nostrâ offensâ est, quæ ex diametro cum filio Dei pugnat, atque ideo eam accepit nomenclaturam quæ filij nomini profus opponeretur. Quamobrem vtrumque indicauit hac conuersione nomenclator; & pacem conciliandâ esse, propter noxam paci repugnantem; & præterea noxam filio maximè contrariam esse. Cernimus hic, offensam & peccatum mali originem esse, & eius dissidij quod nobis est cum Vno: deinde videmus, non illa via quam Plato indicauit, reconciliationem fieri posse, & ad Vnum patrem rediri, quem non deseruimus modò, sed etiam offendimus, æterno exilio ab eius domo, ob culpam nostram, per summam iustitiam, damnati. Si ergo malum in nobis & ipsam offensam agnoscimus, ut philosophi agnouerunt; eius principium ex Ate esse sciamus, cui cum Deus contrarius sit, cogitemus, medicinam culpæ nostræ, non aliunde, quàm à Deo petendam; quando contrariorum contraria remedia esse, trito medicorum axiomate celebratur. *noes* itaque contrariis vestigiis lectum *Soen* facit, vocabulum filij simul & reconciliationis suggerens notionem; ita ut ipsius morbi nomen & medicum monstrat, & medendi modum, qui totus in reconciliatione consistit. Vix mihi lubet ex hoc tam sublimi contemplationis fastigio ad minurias descendere: ne tamen obstinatis ignorantia patronis quidquam occasionis ad obgannendum relinquatur, scrupulum tollam qui iniici posset ab eo qui parum memor est eorum quæ antea scripsi. Quamuis *noes* nec ab omnibus, nec passim hoc tempore vsurpetur; analogia tamè hæc conuersionis demonstrat, vernaculam esse nobis vocem, quam Galli adhuc in corrupto suo sermone retinuerunt; certissimo argumento, olim

Omnoesel. in communi loquendi consuetudine Cimbris fuisse. Iam **Omnoesel** vox pro innocente passim omnibus in ore, satis ostendit, quid **Noesel**/ quid **Noes** designet, à quibus **omnoesel** duxit ortum. Latini à **Noes** Noceo, & Noxam duxerunt, S in C mutato: quod in Ceres quoque factum, quæ Seres dicenda esset. Græcis νόσος, & cognata vocabula, apertas præferunt natalium notas, tametsi aliam quandam vicinam indicent notionem; de qua mox; si prius illud indicauero quod nequaquam negligendum. Sermone architectus ubique illud molitus in nominibus fabricandis, quod vtilissimum cognitu sciret, ipsi peccato per quod offendimus, nomen dedit, quo perpetuò moneremur, nullum peccatum tam magnum esse, quin per reconciliationem purgetur; nullum iterum tam exiguum, quin nobis sit reconciliatio diligenter roganda. **Sont** enim siue sunt peccatum dicitur, monens vt reconciliemur. **Sœnt** enim idem est quod **Allemanis sunt**, quo signamus in modo imperandi illud quod Latinus diceret, Reconcilia. Toties ergo à nomenclatore audimus Reconcilia, quoties peccati nomen audimus, insignem beneuolentiæ accipientes significationem, qua nulquam voluit luculenta nobis in sermone, quibus salutis nostræ moneremur, deesse præcepta. Iubet itaque summus ille Iouis oraristeus, totius sermonis admirabilis magister, nec ob vllam vllius peccati magnitudinem aut enormitatem, desperandum; nec rursus tam exiguum aut nullius momenti peccatum esse, cui non opus sit reconciliatione. Si inutile aut contemnendum id cuiquam videatur documentum, eius crasso ingenio condonandum, si artificium huius, de qua agimus, vocis nihili pendat. Nos iam ad vocem νόσος reuertamur. Ea Græci morbum signant, haud dubiè à Cimbris memoria retenta: & si rectè memor sis eius quod inter pauca postulau, licere voces in lingua matrice perditas è filia mutuari; non absurdum fuerit, si rursus pro morbo **Noes** dicamus. Fuisse autem olim vocabulum hoc in communi sermone, tum etymologia, tum conuersionis analogia, tum etiam compositio declarat. Etymologia, quia ex eo morbus νόσος dicitur; quòd in omne morborum genus ex **Noes**, quo dixi notari offensam, sumus prolapsi: quod quia perspicuum, non eget argumētis. Hesiodus morborum causam Pandora tribuit, quod nomen Ates epitheton est, sumpta de falsa eius pollicitatione causa, dum dixit: Similes eritis Deo, scientes bonum & malum. Huius ergo pyxidecula ab Epimetheo, id est, ab Adamo improvido & malè cauto futurorum aperta, morborum oceanum in omnem posteritatem effudit; à qua tamen ne vllum donum acciperet, prouidentia opificis, verus Prometheus, sub mortis pœna iusserat. Quemadmodum itaque à **Noes** morbus originem traxit; ita æquum fuit, vt inde quoque nominaretur: quo eius monitu intelligeremus, ab eodem morbum & offensam posse curari. Conuersio porrò ex **Noes**/ **Son** facit, quod idem est quod sano: immò ipsam Sano & Sanus inde deriuatur. Huic significationi veritatis indicium præbet minimè obscurum vox composita, **gesont**/ quò perfectè sanus notatur. Desiit autè **Son** pro Sano & pro Sanus esse in vsu, ad euitadam ambiguitatē quæ oriretur inter nomen Solis, & nomen Sani. Et videntur sanè homines hunc Soli honorem exhibere voluisse, vt solus primum nomen sanitatis possideret: ij verò qui sani essent, vt à Sole sanitatem accipiunt, ita nomen quoque à Solis nomine deriuatum haberent. Nunc tandem redimus ad Solem, cuius occasione, quæcumque de **Son** & **Noes** dicta sunt, paullo antea, dum ex Throno in Solis tabernaculum series nos traheret orationis, exordiebamur. Videte, quæso, quàm seriò in hac homonymia paruo sonorum discrimine distinguenda, vocum luserit architectus. Reconciliationem filio intexuit, filio nomen tale dedit, vt ab eo Solis nomen deriuari videretur, non alio discrepans, quàm quòd Solis nomen breue tempus habeat, cum filius longo dicatur; atquè illud quidem tanta ratione, quanto latius filij, quàm Solis visibilis patet potestas; tametsi id non ita valere velim, quin dicere possim, prius filio Sanantis notionem conuenire, quàm ipsi Soli; & tanto prius, quanto eius sanitas & sanitatis conseruatio prior est, latior & excellentior. Ex filio enim sicut omnia esse accipiunt, ita omnia accipiunt sanitatem. Siue ergo Solis nomen pro Throno capiatur, siue pro Sole visibili sanitatis in corporibus datore; semper tamen altiùs mens attollenda ad primum sanitatis fontem, à quo & Thronus & Sol accipiunt omnia. Neque porrò Thronus, neque Sol, hominis iniquitatem & lethalem morbum, quem de pomi Hesperici esu contraxerunt, curare posset: solus ille, qui hominem creauit, hominem

nem potest restituere pristinae integritati: qua de causa immane quanto magis nomen huius notionis signum Deo conueniat, quam vel Throno, vel Soli, si ad causam originis referatur. Hic igitur summus est sanator, summus saluator, summus summæ sanitatis auctor, & ob eam causam, ut in omnibus, ita in hoc nomine sibi vindicando primas semper tenebit. Quid quod vna definitio & filium, & conciliationem, & sanationem comprehendit, quam nominis homonymi interpretatio declarat. Nam & filius est *sa-ent* quod est ad Vnum; quoniam totam rerum creaturarum vniuersitatem patri vnit, ex patris infinito sinu ipsarum sumens essentiam, & eam ad patrem reducens & connectens. Iam reconciliatio ex eo ipso pendet, quod opificis boni sit, id quod fecit ad suam similitudinem, id amate, & patri, quoad eius fieri potest, reconciliare. Quod si non solum offensa intercesserit, sed ea etiam graue vulnus & lethale inflixerit; tum bonitas ipsius summa quodammodo cogere videtur, ut quod ad imaginem suam formauit, id etiam, cum læsum fuerit, pristinae restituat sanitati. Quid verò reconciliatio, quid sanatio præstat, quem sibi scopum præfigit alium, quam ut id quod reconciliatur, Vni rursus coniungatur; quod vulnere fœdatum est, rursus vniionem accipiat eorum quæ quopiam discesserunt hiatu. Magnum vulnus esse scio, quod homo accipit; sed non tantum tamen, ut sanari nequirit à filio: at si qui vulneratus est, sanari nolit, nec curationem diuinæ bonitatis admittere; eius vulnus tanto discedit hiatu, ut magnum chaos in Euangelio vocetur. Non solum offendimus patrem vniuersorum; sed sic ab eo recessimus, vniione longè latèque soluta, ut nullius medici ope, quam eius qui nos compegit, sanari queamus. Et filius itaque ad Vnum dicitur, & solus primum, & totus; ita ut nihil desit definitioni: & reconciliatio reductio est ad Vnum: & sanatio curatio est solutæ vniionis; quæ nihil aliud est, quam ea quæ diducta sunt, ad Vnum rursus redigere, & Vnum facere ex diuisis. Quod si hic analogia quærenda, & eius caput exordiumque assignandum; non videor mihi erraturus, si dixerò, ex prima vniione duas reliquas vniiones, tamquam ex causa sua, dependere; & ex ea manare, tamquam ex summi boni primo. Pater bonitatem suam, cuius est se communicare, considerans (humano more, quando aliter non possumus, loquendum) filium gignit; de quo dici necessarium, quod primum & caput sit eorum, quæ ad Vnum possunt vocari, patrem videlicet & primum fontem omnium bonorum. Ex hoc igitur Ad Vnum siue *sa-ent* primus hic *saen* nominandus: cui deinde ex bonitate accedit, ut non solum opifex sit vniuersorum, sed etiam humani generis reconciliator & sanator; ita ut reconciliatio & sanatio secundaria sint ex illo primo pendentia, tametsi prius ad sanationis & reconciliationis notitiam veniatur, quam ipsius filij; ut liquet in Socrate, ad sanationem quidem animorum & reconciliationem vel ratione, vel maiorum auditione deducto; at ignorante, eam fieri debere per filium. Quantum bone opifex nomenclatori gratia infudisti! cuius beneficio tantum luminis est affecutus, ut hæc viderit; & tantum bonitatis adeptus, ut ea posteris clarissimo indicio sermonis voluerit communicare; atque id facere potuerit vnica vocula, tribus litteris Trinitatem referente; cuius ut varia sunt efficientiæ, ita varia sunt notiones. In *Son*, S vis prima est, Vnius omnem essentiam efflans; quod *Es* nomen ipsius litteræ declarat. Vocalis media, vtcumque pronuncietur, rotunditatem ostendit, quæ figura omnium est potentissima ad custodiendum, omnium aptissima ad perpetuam motionem, omnium conuenientissima ad capacitatem; quæ filio conueniunt, utpote Veritati omnia custodienti, utpote à Patris sinu omnia ad perpetuam motionem educenti, utpote omnia Idearum genera mente sua complexo. Prætereo cetera, quæ ex hac figura ad filium pertinere nemo potest negare; quæ ut plurima sunt, ita illud omnium videtur clarissimum indicium, filium à Patre sic gigni, ut primus & proximus orbis à centro: & quemadmodum centrum ad orbem, sic se habet pater ad filium. Sed hæc alibi. Tertia littera N est, inter cetera Spiritui sancto attribuenda; hoc notans, quod omnia Spiritus sanctus ad radicem firmitatis supremæ, per radicem dentium superiorem signatæ, tam potenti spiritu ferat, ut sonus eius per nares etiam tinniat; quod organum spirituum intelligentiæ exprimendæ, propter spiritalem odorum naturam, maximè conuenit. Deinde tinnitus huius litteræ gratiam Spiritus sancti egregiè exprimit; eo quod is causa sit omnium eorum quæ tinnitu orationis & laudis diuinæ, in qua summa vita est, patris cælestis aures feriunt: qui ut à Patre

& filio

Non tribus
litteris Trini-
tatem refert.

& filio procedit, ita nos patri & filio rursus insinuat, & mentes nostras sursum velocissimè rapit, & raptos amoris glutino filio, & medio filio, patri connectit & vnit. Iam & alius tinnitus est in sacris litteris Mosis & prophetarum, Spiritui sancto adscribendus: & rursus multo maior Apostolorum, quorum tinnitus exiuit in vniuersum orbem terrarum; qui tum demum tinnit, cùm Spiritus sancti in specie linguarum flamearum delapsi ardore flagrare, ac furere diuino amore cœpissent. Quis hic non agnoscit tinnitum sursum elatum: quis non agnoscit classicum ad Christianæ vitæ militiam: quis hic non Spiritum sanctum audit, diuinum illud & Bacchicum taratantara instantem? Hoc tandem est formare voces de sonorum imitatione, quas nemo, nisi auribus acutis, rectè percipere possit. Hinc denique perspicuum, quod non loquendi modò consuetudine mysteria hæc nobis indicentur; sed hoc etiam in vocabuli formatura seruatum sit, vt & Trinitas ea sit expressa, & singularum hypostaseon attributa distinguantur. Rideant diligentiam nostram, quibus hæc ridicula videbuntur; & ipso suo risu doceant, quàm nihilo differant à profano vulgo, quod ad Dionysium scribens Plato, de diuinis arcanis, voluit celare; certus, non magis iis sacrosancta hæc balsama, quàm suis vel rosas vel sampsychum olere. Optarem certè me scriptis meis Cabiros potuisse adhibere, ne id genus lutulenti sues omnia fœdarent atque proculcarent: at cùm id in hominis manu non sit, malui hanc curam Deo relinquere, quàm ea quæ in sermone nostro mihi primo post complurium seculorum memoriam spiritus insonuit, & tinnitu suo ad aures, dum Satyros sequor, pertulit, occultare. Ante me vita deficeret, quàm omnia quæ hac vocula soni consideranda proponuntur, explicarem. Græci & Latini sanitati

Apollo sanitati præfatus.

Apollinem præfecerunt, non malè illi quidem; sed prorsus, cur ita faciendum esset, ignari; nisi quantum natura Solis rationis suppeditabat. Nobis de alia longè sanitate cogitatur, dum filium Dei sanitatis facimus auctorem; quæ tamen Solis omnia corpora conseruantis tessera rectè notatur, si corporalia ad mentalia transferantur. Stolidi antiquorum insania, & inepta de diuinis fabularum exordiis cogitatio, dum nihil certi de vero Apolline & vero sanitatis datore inueniret, multos Apollines confinxit, non secus in hoc, atque in ceteris Diis, stultissima & absurdissima somnia protrudens.

Apollo verus, est Christus.

Verus Apollo nobis soni dicitur, Dei filius, cuius corpoream imaginem Sol visibilis oculis repræsentat. Christus itaque verus Sol iustitiæ, & verus Apollo, mane diluculo transit, vt Isaias dixit; atque idcirco Ver omnium seculorum, omnia noua luce, noua vita, noua pulcritudine exornans; nec alia de causa formosissimus & imberbis iuuenis Apollo habitus, vt eo nimirum, quod Christus nobis præstitit, indicaretur. Hic cælo deiectus, ab amore paterno, quo humanum genus dilexit; hic greges & armenta paut

Admeti sine Admeti greges paut Christus.

Admeti, siue integra dictione, Admeti, qua significatur Christus, verum caput generis humani. Deus enim filius de cælo descendens greges & armenta paut, id est, homines primo peccato ad bestialem animorum procliuatatem redactos. Admeti autem pecus dicebatur; quia totus grex humanus Christo datus est, qui potius Admetus, id est, hominum caput, quàm Adam debebat vocari. Christus enim pastor est verissimus, & verè ποιμήν λαῶν, pastor, inquam, sui gregis, siue, quod idem est, Admeti, quo

Admeti caput is intelliget, qui quid hæc esse dixerim, recordatur. Hic Pythonem draconem maximum occidit sagittis suis, id est, amoris radiis. Hic in corpore humano inter mortales apparens, vt omnia compleuit, ita omnia veteris scripturæ mysteria vera luce donauit, ea de causa Αὐρ-ῆος nomen sortitus, quòd quicquid occultum esset aperiret, omnem rituum & caerimoniarum obscuritatem, non secus atque Sol tenebras, tollens. Huc referri potest illud Ouidij:

Apollo vnde dicitur.

Iupiter est genitor, per me, quod eritq, fuitq, Estq, patet.——

Sol vnde dicitur.

Verùm dæmoniaca fraus perpetuis imposturis venena serere moliens, hoc de vero Apolline vaticinium ad falsa oracula transtulit, omnibus priscae Theologiæ arcanis fabulis sibi mendacissimè attributis. Verùm ne longiùs in huius Dei sacris euagemur, illud potius consideremus, vnde Sol nomen sortiatur, & an hoc etiam Cimbricum sit, an verò corruptum ex soni; quod minimè absurdum videretur, nisi nos id semper ageremus, quo integris nominibus ratio, si fieri potest, assignetur. Quid solidum sit apud Latinos, quid item solum, nemo ignorat: sed vnde hæc voces emanent, non perinde credo liquere. Videndum itaque quid sit Sal, & an ab hac voce commodè queat tra-

here

here nomenclaturam. *Hal* adspiratio est ad omne, siue perfectum, in quo videlicet sic sunt omnia, ut nihil desit. Ut verbum itaque hæc vox usurpata, idem est quod seruo; quo nostro actu curamus, ne quid nobis ad omnia quæ necessaria sunt, desit. Olim ergo id notabat nomen *Hal*, quod post *Sal* dici cœpit; ut in vetustis locis *Hal* apud Saxones. & *Hal* apud Sueuos ad Oenum quiuis perspexerit, qui modò tam vecors non sit, ut à Græcis hæc loca nomen accepisse credat. Post, dum mercatus vigere cœpisset, *Hal* locus dici cœpit, in quo merces seruantur: & discriminis causa pro condimento cibi *Sal* venit in usum, quo notatur *So-hal*, quod est, ad conferuandum, qua notatione Salis utilitas explicatur. Inde rursus *Sal*, pro lata palatij domo, in qua consilia Reip. seruanda capiebantur, quibus haud secus, atque *Sale*, vtendum esset. Hinc *Salus* apud Latinos; & apud nos *saluum* pro vngere, vnde Latinorù *Saluo*. Vtinam principum aula perpetuò *Sale*, pro eo ac dicuntur, essent; & in iis non aliud, quàm quòd populi salutem contineret, ageretur. Sed de *Saal* alibi plura. Ex eadem radice *Solt* pro stipendio; eo quòd *sale* comesto fides confirmaretur, optimo iuramenti symbolo. Qui enim *sale* comesto iurat, idem dicere videtur, ac si dixisset: Sic ego conferuer, atque hoc quod promitto, sum seruatorus. Porro quia etymologia explicata *So-hal* reddit, quod est, ad seruandum, factum est, ut quæ quippiam seruant & firmant, *Solem* dicantur; qua voce pro plantis pedum quibus firmamur, & pro coriis planta pedum subditis, vtimur. Hinc *Soldeeren* est firma commissura res connectere, quod in auro *Borace*, genere quodam salis nitri, quod inde *Chrysolilla* nominatur, effici videmus: ita ut non minus huius, quàm nomina, conspirent: Græci *Collam* dixerunt à *Sol*, S in C mutato, ut in *Cerere* item factum. Hinc *Solum* Latinis & *Solidum*. Nobis item *Solter* pro tabulato gressu firmante; & *Soldur* pro cuiusuis metalli colla, quasi *Solt-vr*, quod est continens & firmans perfectè. Posset alia quoque ratio nominis huius notari, in eo consistens, quòd *So-hæel* idem sit quòd *So-hæel*, id est, ad integrum; quoniam colla duo vel plura in vnũ integrum colligatur. Hinc *Soldurij*, quorum apud Cæsarem mentio, quasi *Solt hueren*, quod sonat salario conductos. Hinc modò cernas, vnde *Sal* Latinis, & *αλς* Græcis; quarum vocum nec his nec illis causa aliqua vernacula reperietur. A *Sol* per conuersionem fit *Los*, pro eo quod non est firmum aut colligatum: & dum verbum est, cum actionis significatu, idem est quod *disligo*, vel cuiuspiam rei tollo firmitatem. Hic Latini passi sunt idem quod in folio. Nam vt pro *Los* Folium dicunt præposterè; ita pro *Los* dicunt *Soluo*; vnde *Solus*, qui est solutus ab omnibus. Quia igitur maximum illud & clarissimum iubar, à quo cetera sidera lumen & vitalem calorem accipiunt, omnia conferuat, omnia stabilit, omnem formam & materiam colligat, rectissimè *Sol* nominatur: quæ vox si perinde atque *Son*, ad litterarum quibus componitur, examen vocetur; non minus, quàm illa, demonstrabit & Trinitatem & personarum attributa. Nam quod in illa præstitit tinnitus, hoc hinc efficit *Lambda*; quæ littera linguam sursum ad summum oris cælum, haud aliter atque Spiritus sanctus mortalium animos ad caelestes angelorù orbis, attollit. Vide quanto diuinius Solis nomen fecerimus, quàm illi qui sic vocatum putant, quòd solus sit in cælo: quod falsum est; cum perinde interdium stellæ in cælo sint, atque noctu; tametsi Solis lumine sic oculi nostri repleantur, vt stellarum lumen præsentia maioris offuscetur. In eclipsi maxima visæ sunt aliquando, in puteo item altissimo fortasse cerni possent; sed cum Sole iam sub horizontem progresso mox etiam illæ cernantur quæ post Solis occasum super finito rem non adscenderunt; obtusi sit ingenij, existimare, Solem interdium solùm in cælo versari. Annon Lunam frequentissimè interdium cernimus: vt ne hoc quidem se prætextu excusare possint, qui Solem ob id *Solum* dicerent, non quia solus sit, sed quia solus cernatur? *Sol* perfectò *Sal* mundi est corporati, perinde omnia conferuans, atque carnes & cetera edulia salis condimentum. Deinde dicimus *Hal* pro *Hal* creberrimè; ita vt *So-hol* idem sit quòd *So-hal*, id est, ad seruandum siue tenendum. *Sol* ergo & *Sal* nomina sunt eiusdem originis, non magis distincta quàm *Hal* & *Hal* verba. Corporeus ergo rerum corporatarum conferuator, imago est conferuatoris omnium rerum, tum earum quæ magnitudine constant, tum etiam omnium spiritualium. Hæc symboli ratio plurimas gentes ad idolomaniam traxit, quæ signum pro signato adorauerunt. Dum Solem intuemur, dũ lumen eius immensa cæli spatia momento replens oculis offertur; tum de Deo atque eius infinito lumine, quo

Sol Deum di-
citur.

Hyperion.
Theia.
Dei siue
Ως.

Quer.
Ober.
Super.
Son siue
Jon.
Cum siue
Jui.
Iuno.
Iunius.

quo omnibus vitam adspirat, cogitemus quidem, sed non sic, ut creaturæ tribuamus, quod debetur creatori. Nulla statua, nulla imago fieri potest, quæ oculis nostris Dei similitudinē melius, quàm Sol, exprimat: nihil ut miri sit, si Deū Solem vocemus, vocabulo aded non repugnante, ut ratio eius prius in Deum, ut archetypum conseruationis, quàm in Solem quadrare cernatur. Addatur & illud consideratione dignissimum, Solis nomine non conseruationem tantum, & firmamentum rerum omnium notari; sed illud etiam vestigiis retrò lectis ostendi, eū cui primū hęc conuenit ratio conseruandi, talem esse, ut solus nos soluere possit à catenis quibus sumus alligati. Conuerte Sol, habes Los; quasi de se diceret Deus: ego non conseruo modò, sed etiam soluo. A quo soluis ò Sol supreme? A vinculis, inquit, mortis æternæ, quibus vos cacodæmon, siue Ate, fraude sua alligauit. Hac re perspecta, ignorari non potest, Solis nomen sic à sermonis artifice formatum esse, ut primū & propriè summo Solis exemplari conueniat, quàm ipsi imagini corporatæ. Quamquam ergo diuersa sunt nomina, Sol, & Son/ & Son/ & Sun; quoquo tamen modo scribas, omnia tamen primū conueniunt Dei filio, humani generis seruatori atque liberatori. Quod igitur D. Ioannes Lucem vocauit, aiens, *Fit erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebra eam non comprehenderunt;* id Solem primus vocabulorum architectus nominauit. Verumenimuerò, cū dicitur Deus in Sole posuisse tabernaculū suum; nomen accipiendū pro primo intelligentiarū celo, de quo & illud Lyricen cantauit, *Thronus eius sicut Sol;* quibus verbis Thronum, qui primam primi Solis imaginem gerit, & idcirco Sol item vocatur, comparauit Soli cælesti, quem oculis nostris intuemur. A Sole ergo visibili, ad Thronum inuisibilem, à Throno ad primū Solem Dei filium peruenimus; de quo Malachias: *Et orietur vobis timentibus nomen meum, Sol iustitia, & sanitas in pennis eius.* Adoremus ergo hunc Solem, per quē Tartari vincula soluuntur, ut nominis vestigia retrò lecta declarat: & visibilis Solis splendore ad summū Solem mens nostra ducatur, in quo solo tota mentis nostræ sanitas consistit, ut alterum nomen Cimbricum Son demonstrat. Quis non miretur suauem hunc nomenclatoris nostri & sacræ scripturæ concentum? quis non admirabilem in vocibus fabricandis sollertiam obstupescat? Græci item vocem retinuerunt nostratē, ἥλιον Solem vocantes, cuius causam Plato nimis frigidam mihi videtur dedisse, dum à perpetua vertigine, vel Doricòs à populo congregando nomen deriuat. Nihil nobis clarius, quàm Heel idem esse quod sano, & integritati restituo, dum ut verbum vsurpatur: vnde ἥλιος idem erit quod sanator; nihil notationis ratione à Son differens. Quamobrem hoc nomen rursus conuenit Dei filio primū, qui solus est medicus omnia integritati suæ reddens. Solem boni filium vocauit Plato, non malè ad religionem veram alludens; qui ut opifex est omnium, ita omnium est redintegrator. In fabulis Hyperion pater, Theia Solis mater vocatur: quarum vocum rationes nobis sunt vix ipso Solis lumine obscuriores. Dei siue Ως est augeto, & promoueo in maius siue melius: Ober ion, siue Ober gon, est supernus fauor. Supernus ergo fauor ex infinita sua bonitate omnia in melius promouente Solem genuisse hac fabella designatur: & ea quidem non malè conficta, propterea quòd nusquam supernus Dei fauor clariùs cernatur, quàm in Sole, lumen suum æquè bonis atque malis communicante: cuius exemplo Christus in Euangelio vsus est, dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos; ut sitis filij patris vestri qui in celis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos.* Excellentissimus certè fauor, & omnem fauorem alium superans esse cernitur, quo Deus omnibus lumen & vitam impertitur, tametsi operibus suis se hostes, non filios, patris æterni esse, clarissimè demonstrant. Nostrates Quer ferè pronunciant pro supra & vltra, cuius loco Ober dicunt Sueui; Græci Ως, adiecta adspiratione, quam Latini in sibilum mutarunt, Super pro Huper efferentes. Son, siue Jon, ut Flandri loquuntur, prateritum imperfectum est à Sun/ siue Jun/ pro faueo: vnde Iuno & Iunius deriuantur. Hac de re Hesiodus:

Θεία δ' ἠελίον τε μέγαν, λαμπαράν τε σελήνην,
ἦ δ' ὅτ' ἠ πάντας ἐπιχθονίοισι θαίνει,
ἀδυνατοῖς τε θεοῖς τοῖ ἐξάνδρ' ἔχουσι,
γείναθ' ὑποδ' μινθεῖτ' ὑπέρϊονος ἐν φιλόπῃ.

quod ita, ut in buccam venit, Latine effundam:

Theia

*Theia parit magnum Solem, Lunamq; nitentem,
Nec non Auroram, cunctis mortalibus almi
Luminis auctorem, diisque immortalibus una
Perninci suavi se passa Hyperionis igne.*

Homerus Theiæ Græcum nomen dedit, à lato lumine *ἑυριφάεσσαν* vocans, Hyperionis nomine seruato; verum quid Dya notaret, non intellexit. Hyperionem autem vnum ex Titanibus volunt fuisse, de quibus quid sentiendum, alibi docebo. Selana Lunam significat, eo quod tempus per prius & posterius numeret, ab ana/ de quo prius; & sel pro tel/ quod est numero. Quemadmodum verò à sa & cen/ fit sen & sen: ita ex eodem so & hœc/ fit soec/ id est, quæro; quasi diceret, ad angulos omnes curro; cum hœc angulum notet. Ab eodem sen pro mitto, veluti sa-en/ id est, ad finem: Ad finem enim aliquem mittimus, quicquid mittimus. Quoniam verò intellectum & sensus exteriores præcipuos nuntios rerum omnium habemus; à sen/ sin factum, mutato E in I, vt nuntij subtilitas & celeritas indicaretur. Latini E retinuerunt, Sensum & sentio dicentes, à sent/ quod est mittit. Quid autem aliud sensus est, quàm nuntius mentis nostræ ad res omnes explorandas destinatus? Hinc fit vt vocabulum commune sit ad sensus interiores & exteriores; quam loquendi consuetudinẽ Latini quoq; retinuerunt. Dum autẽ intelligimus sin à sen fieri, & hoc à sa-en/ id est, ad finẽ: in mentẽ venit, nihil à nobis sensibus explorandum, quod non ad summum bonorum finem destinetur. Hebræi שׁוּרׁוּ pro sensu dicunt, à שׁוּרׁוּ/ quod idem est quod soec/ id est, quæro & inuestigo; quia sensuũ sit inuestigare. Quoniã verò qui quærun, properat; fit vt שׁוּרׁוּ etiam pro festinare ponatur. Hinc Græci à celeritate *αἰσθητικὸν* dixerunt pro sentio; propterea quod sensibus nihil sit celerius. Hæc autem etenim nobis idem est quod celeriter. Celerrimi certè nuntij sunt, & citissimi rerum inquisitores, ipsi sensus. At huius rationis cum Hebræi, & Græci, & Latini sint ignari; nihil habent à quo voces suas deriuent. Quia autem sibilus celerrimum motum habet; architectus vocum nostrarum, subtilissima diphthongo ipsi Sigma postposita, sic fecit, pro Video; propterea quod visione nihil sit celerius aut subtilius. Hinc sitel pro mente, ceu sit el/ quod est, video altissimum. Proprium enim mentis nostræ opus est, Deum videre: qua de caussa brutis animantibus non est sitel/ nisi per vocis abusum. Cogitent ergo, cogitent quotquot hoc nomen audient, quis scopus sit propositus menti nostræ, quoque semper interni oculi sint dirigendi. Huic vocabulo ex diametro repugnat lies/ quo perdo significatur. Quisquis enim Deum non videt, & mentem perpetuò ad hunc scopum dirigit; is omnia perdit, tametsi omnia lucrari sibi videatur. Intextum itaque huic voci, nihil prodesse quicquam, nisi Deum vbique acies mentis nostræ intueatur. Huic illud Christi apud Matthæum consentit: *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur?* Sed Deus aliter adhuc lusit in anima, dicens: *Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.* Hæc verba si ad linguam nostram examinentur, infinito plus gratiæ & elegantiæ habebunt; vt ipse Christus ad primam linguam respexisse videatur, in qua animæ nomen sic efferretur, vt si retro per vestigia legatur, perdere designet. Tam multa mihi mirabilia nomenclator in omnibus vocabulis proponit, vt tandem nihil admirer. Quis enim admireretur, quod est perpetuum & in omnibus obuium? Eximium profectò animæ nomen dedit, & dignum quod in omnium hominum animis perpetuò versaretur, quo officij sui numquam obliuiscerentur, quoque animam suam rebus aliis intuendis non perderent. Perdimus animas nostras, quoties Deum in omnibus cogitationibus, omnibus sermonibus, omnibus actionibus non intuemur, quoties ad Deum mentis aciem non dirigimus; quoties aliò, quàm ad Deum, spectamus. Quis tandem, ò mortales, finis perdendi; si ferè semper omnia studia nostra ad honores, ad diuitias, ad voluptates, ad nescio quæ alia tendant? Veniat in mentem animi nomen: intelligamus ipsum altissimum animi nostri scopum esse; & quoties ab eo deflectimus, nos & nostra omnia perdi. Dedit Aristoteles animæ definitionem, generaliore illam quidem, quàm sit hæc, quam nomenclator soli humanæ animæ accommodauit. Verum si examines, vtra plus adferat solidæ cognitionis; immani interuallo nostratem senties præstantiorem, vt pote qua summa animæ felicitas sit expressa. Quid enim aliud est siue beatitudo, siue vita

Canonorum
Monasterien-
sium vetustus
ritus, ut mo-
rituro caput
suillum osten-
datur.

Sic.

See.

Circe.

*Sa/imitandi
particula.*

His.

Sta.

Sto.

isaw.

isnu.

haest.

Festino.

haesten.

*A longum ple-
rumque per a
scribitur in
Cimbria lin-
gua, in Sueni-
ca per a/a.*

Staet.

Statua.

Statua.

Stat.

Statua.

Statoue.

Belt.

Bel idolum.

Belus.

*Iupiter Ham-
mo, Chamus.*

Bal.

æterna, quàm Deum videre, ut apostolica sententia sumus edocti? Quamobrem qui hoc fine animam descripsit, an non excellentissimam dedit definitionem? Omnes itaque actiones nostræ, omnia vitæ officia eò sunt conferenda; ut ipsum altissimum intueamur: quod si non facimus, non magis dicemur fidel habere, quàm habeant vel boues, vel sues, vel mulæ, vel si quid his animam habeat crassiolem. Moris esse audio, & vetusto ritu apud Canonicos Monasterienses obseruatum, ut iam iam morituro, & animam modò agenti, caput suillum ostendatur; quo agnoscat, se non humanam, sed porcine vitam egisse; eoq. moueatur ad veram pœnitentiam, & diuinam misericordiam in postremo vitæ articulo implorandam. Non equidem suilli capitis concionem derideo; sed mallet, ut mox in principio, dum in Canonorum collegium cooptantur, cum porcis ipsis prandium parari, ut diligenter cauerent, ne tam lutulento & immundo animali perpetuò comparandi viderentur. Cogitent, dum bubulas & suillas carnes deuorant, ne dum toti corporis in viuendo ductum sequuntur, fiant & ipsi boues atque porci capitibus semper in terrena defixis. Nemo profectò diutius se fidel habere dicat, quàm mentis aciem ad altissimum ipsum dirigit; quod dum facere negligit, mox intelligat se brutis animantibus meritò annumerari. Sed in hieroglyphica ipsius Pe figura eadem hæc admonitio repetenda: qua de causa breuior hic ero, quàm rei postulat latitudo. Sic præterea pro bullio accipitur, propter subtilem bullientiam sibilum: quæ ratio ad fidel applicata, non solum animantibus eam, sed plantis etiam faceret communem; in quibus omnibus anima nihil aliud est, quàm calor quidam humidum perpetua agitans bullitione, ut meritò altissimum caput bullientium vocari possit. Ex sic fit see/ propterea quòd mare semper bullire videatur: vnde *tirse/* quæ vox Circe Latinis & Græcis scribitur, S in C mutato. Est itaque Circe maris ornamentum, quod reuera de Circeò promontorio dici posse, nemo eorum qui diligenter considerabit, infitias ibit. Ex littera s & a, orationis fit particula, qua ad agendum incitamus, vtraque littera motum indicante. Quòd si adspirationem & vocalem maximè idoneam ad penetrandum ipsi S præponas, facies *his/* quod significat incito. Iam si voculam *sa* vincias, Tau inter consonantem & vocalem interiecto, facies *sta/* quod est motui contrarium. Exerit ergo Tau in hoc verbo insigni quodam modo atque luculento vim alligandi. Hinc Latinorum Sto; & Græcorum *ισάω*, & *ισνυ*, & cetera cognata. Nobis porò vocem deberi, conuersionis analogia demonstrat. *Haast* enim contrarium designat, cum idem sit quod Latinis festino; quod verbum ab *haesten* tractum videtur, mutata adspiratione in digamma Æolicum; eo modo quo ex Helena fit Felena. Nos dum A longum notamus, ferè A & E coniungimus; quo loco Sueui duplex a notarent. Quòd autem adspiratione in conuersione fit adscita, id rationem hanc habet, ut celeritas spiritu præmissa adiuuaretur. A *sta* fit *staat* siue *staet/* pro sua cuique conditione ac dignitate: Latini hinc Statum dixerunt: Ab eodem statio: Nobis *stat/a* breui, pro loco; qua voce etiam opida nominamus, quòd is locus sit excellentissimus ad tutam securamque vitam peragendam. Statua simulacrum è lapide, ære, vel alio metallo, in memoriam cuiusquam erectum; quasi *stat hou* diceretur, quo significatur id quod alterius locum tenet. Simulacrum enim loco eius cuius simulacrum est, collocatur. Nobis *statoue*: quamuis nunc ferè *belt* frequentius sit in vsu, quæ vox fit à *belt/* id est, conseruat. Vfus enim statuae & imaginis in eo est, ut memoria cuiuspiam conseruetur. Hinc Nembrot statuam a suo posuit, quam generica voce *belt* vocauit; eo quòd aui memoriam conseruaret; vnde Bel apud Hebræos, pro Idolo, quod Babylonij adorabant. Ut sic suspicer, facit Diodorus Siculus, qui Belum Neptuni filium facit, id est, Nochi, qui in diluuiò verè Neptunus dici poterat. Quòd autem matrem det Libyam, id sic intelligo, Chamò Libyam patris distributione obtigisse, vel Chamum in Libya primum idolomaniam erexisse, sibi Iouis Hammonis sumpta nomenclatura. Belus itaque Chamus est, cui Nembrot statuam erexit, per excellentiam *belt* siue *bel* vocatam. Verùm quia in linguarum cõfusione quid *belt* propriè significaret, ignorari cœptum est; in eam ventum opinionem, ut auum Nembrodi crederent Bel fuisse nominatum: cum tamen hæc vox generatim cuius statuae, memoriam cuiuspiam conseruanti, communis esset. Scio & alia huc afferri posse, & *Beli* nomè ad *bal* referri, quo cor vocant Chaldæi, Hebræi conuersa voce vtuntur pro eodem. Nobis *bal* pilam notat, à *belt/* quod est conseruo; eo quòd

rigenda, vt in æterna vita quiescamus. Vt numquam sui obliuiscitur nomenclator, vt semper nos hortatur ad perpetuam animorum salutem, vt semper humana ex Deo suspendit, & ex primis exemplaribus nominum ducit rationes. Veniat igitur in mentem, dum scire audimus, nos in mari versari, & ea naui vehi, in qua Deus nobis clauum commisit, quem sic tenere debemus, vt ad requiem veniamus sempiternam. Verum quia non antè quiescendum, quàm omnia sint absoluta; factum, vt susten aliquando pro perficere ponatur. Quia præterea armati animo sint quietiore & minus perturbato, *Austing* etiam pro armatura vsurpatur. Hinc apud Hebræos *אוסת* aliquando idem notat, quod *אוסת*, quod quid aliud est, quàm perficio; eo quòd re perfecta in opere cesset, à quo *אוסת* pro figura siue forma in qua res acquiescit. At hic rursus vox euersa. Ceterum vt ex *stur* fit *rust* / ita ex *roest* fit *stret* pro impedio, turbo, irrito, offendo, exaspero; quod saxorum & rupium proprium, cum nihil magis itinera impediatur, quàm rupes, quæ non solum viam exasperant, sed omni sationi & agricolarum labori obstant. Ex hac voce *אוסת* Hebræi pro tribulare, vt sic cum vulgo loquar, & pro impugnare posuerunt. Hinc *אוסת* hostis & molestiam exhibens: & *אוסת* angustia, molestia, afflictio. A *stur* pro gubernare fit *stier*, quod aliquando pro eodem ponitur; aliquando pro destinare vsurpatur: vnde *אוסת* apud Hebræos legatus & nuncius quoque destinatus. Quid quod *אוסת* item Tyrum significat; vel quia in rupe esset ædificata, veluti *rots*; vel quia omnibus regionibus nauali bello infesta esset; vel quia sola mare gubernaret. Verum illud maioris fuit apud Hebræos confusionis, quòd *אוסת* etiam pro collo ponunt, à nostro *strot* / quo gulam notamus; pro quo etiam *אוסת* dicunt, vbi *strot* facilius agnoscas. Dicitur autem *strot* per metathesim à *stort*, quod est fundo; quoniam per hanc partem omnia corpori, velut per clepsydrum, infundantur; vnde fit vt quidam per derisionem *stort-gat* dicant, nec desint qui *stort* pro *strot* efferant. Quoniam porro ianua in cardine gubernatur, *אוסת* etiam pro cardine positum inuenitur. Hic licet videre luculentam obscuritatis & corruptelæ in lingua Hebraica causam, dum tot diuersæ res in vna voce confunduntur, quarum nomina apud nos non distincta modò sunt, sed mysteriorum etiam plena. Eo autem lubentius hoc exemplum adduxi, quod ex eo clarè perspici queat vera ipsius *אוסת* pronuntiatio, quam huius ætatis Hebræi prorsus corrupit. Est & *אוסת* pro statuere & stare, à nostro *staf* / quod vt verbum, idem est quod firmo & constituo; vt nomen, designat scipionem quo sustinemur, siue quo gressum firmamus. Si vocem conuertas, confestim vsus scipionis in lucem venit: eo enim baculo vtimur, quo simus *fast* / id est, firmiter consistamus. Sed quoniam citra delectum, modò prorsas, modò versas dictiones sibi sumunt; fit vt *אוסת* pro munimento & vallo ponatur; quod nos *vestidum* siue *vasidom* dicere possemus. Hinc perspicua fiunt loca ea in quibus huius vocis vsus est: vt *Isaia 22. Expellam te de statione tua*: vbi vertere licuisset: *Expellam te è castris siue munimentis tuis. Et in eiusdem capite vndetricesimo, Et faciam contra te aggerem*: quo loco, vallum castrorum siue aggeres intelliguntur: nos *vesten* diceremus. Sic apud Zachariam capite nono: *Et circumdabo domum meam ex his qui militant mihi*. vbi dicere poterat interpretes: *Ego domum meam vallo circumdabo*. Eodem modo *אוסת* pro vero fit à *vast*, quod est firmum; qua voce vtimur in re quapiam asseueranda. Ceterum satis horum. Quoniam verò *ste* non locum tantum significat, sed in compositione constantiæ etiam habet notam: fit vt *ster* continuam & perpetuam vibrationem signet, quæ stellarum propria est, earum maximè quæ ob longinqua spatia perpetuò micare cernuntur; atq. hæc ratio est, vt *sterren* dicantur: à quo nomine *Stellæ* apud Latinos, *Lambda* pro littera canina adscita: nisi quis à *ste-hel*, id est, alta statione *Stellam* dictam velit. Vtriusque certè ratio constat; cum Latini nihil quod dicant, habere videantur. *Ster* cum articulo, ad consuetudinem Flandricam & Anglicam, pronuntiato, facit *aster*; vnde Græcis *ἀστὴρ*, & eius cognata. Quoniam verò diligens inspectio citra intermissionem, micantibus quodammodo & tremantibus fit oculis; *ster* propriè vibrantem oculorum obtutum designat. Et reuera in oculis est, non in stellis, assidua ipsarum vibratio; nobis illum quidem tremorem in ipsis esse æstimantibus, at reapse nihil minus, quàm id quod facere videntur, admittentibus. Tantum enim abest vt sempiterna vibratione vacillent, vt nullam omnino corporis sui suscipere queant mobilitatem, præter eam qua cum cælo suo aut orbe, cui infixæ sunt, mouetur.

Verum.

Verumenimuerò quod *stur* vel *staur* nos dicimus; id non rarò *stier* pronunciat in eadē notatione: vnde *stert* pro cauda nobis dicitur; propterea quòd caudæ in auibus idē vsus *stert*, sit, qui gubernaculo in auibus. Quid quòd & canes in currendo cauda sua, velut gubernaculo, vtuntur; minus ad cursum idonei futuri, si membrum hoc prorsus amputetur.

A *ste* præterea & *stijr* fit *stere* pro forti & robusto, quasi constantiæ & firmitatis diuitem *sterr*, dicas: vnde Græcis *στερεός*, & Latinis *Stereora*, quæ sic dicuntur, quòd robur frumento *stior*, & omni semini addant, ceu *stere-rozi* vocarentur. Taurus item à *stior* / quod est durum *Stereora*, & iracundum, *stier* dicitur. A *stior* Latini Toruum habent, reiecto Sigma, in eadem *stier*, significatione. Si ipsi *ste* / quo locus & firmitas notatur, Lambda addas; *stel* facies, quo *Torus*, colloco significatur: quia is qui collocat, videtur supremam loci habere potestatem: vnde *στέλλω* Græcorum; tamen eius verbi significatio ad alia quædam transfuit. A *stel* / *stijl*, pro columna quippiam sustinente: à qua voce *σῆλη*, cum tota sua sobole descendit. *Styl*, A *stel* item *steel*, pro eo in quo quippiam tenetur, vt in pomo pediculus, in scopis baculus *Steel*, cui scopæ annectuntur. A *stijl* item *Stylus*, & *Epistylon*, quæ vox pro instrumento etiam *Stylus*, ponitur, quo scribitur; à *stel* / quod est colloco, quoniam eo litteræ collocentur. Hinc fit *Epistylon*, vt pro tota ratione collocationis verborum accipiatur: cuius rei causa non tam ex columnæ similitudine, quàm ex deriuatione pender. A *stel*, quòd est loco & compono, fit *stil*, pro quieto; quod quiescens bene compositus videatur. Quoniam autem quietæ & tranquilla vita hominem cautum & prudentem reddit, voluit nomenclator, vt *List* astutiam & subtilitatem notaret, eo quòd ad hanc veniatur, si *stil* retrorsum pronuncietur. A *stil*, *Sileo*, relicto Tau, Latini tenuerunt. Est in prouerbio, noctem consilia dare, non ob aliam causam, quàm quòd dū omnia silent, & sensuum exteriorum instrumenta mentis discursum non perturbant, prudentissima consilia capiantur. Omnis ergo astutia & callida machinatio quæ *List* dicitur, in quiete instruenda, cum nihil est quod vagum animum ad diuersa diltrahit, sed id quòd agit, totum agere permittit. Audienda itaque omnis sapientia, omnis doctrina, omne cōsiliū summo silentio, & summa quiete, si vtilitatem inde consequi velimus: atque hac de causa Pythagorici Harpocratem ad quinquennium colere consueuerunt, quò ad omnia agenda dicendaque prudentes callidique redderentur. Ex *sta* & *al* fit *stal*, pro loco in quo ab omni labore quiescitur, quasi omnia in eo stare diceremus: vnde *Herstal* pagus dictus ab exercitus statione, in quo Pippinus, secundus eius nominis Brabantia dux, natus, *Herstallij* cognomentum accepit, vt prior Landasius à Landas vocabatur. Contrarium est *last*, quo onus denotatur, quod in statione quietis deponitur. Fuit autem *Herstal* principio Arborichorum exercitus statio; de quibus aliàs. At si *stael* pronuncies, chalybem notabis, cui nomen à *sta hel*, id est, à vehementi vi consistendi, quia nulli metallo cedit. Sed sufficiant hæc exempla de litterarum S & T commixtione, quam veteres pro vna littera, quam Hebræi *Sade* vocant, acceperunt; vnde fit vt in conuersione seruetur integra, vt visum in *fast* & *staf*, in *list* & *stil* / in *last* & *stal* / *stur* & *rust* / in *haest* & *stach*. Sed hac de re in Hieroglyphicis. Est & altera complexio ex S & C, quam pro eadem etiam littera vsurparunt vetustiores, vt *schob* à *schob* vel *schop*, quòd tegat. Quidquid enim tegit, *scop* vocamus, quasi *scat op*, id est, vmbra supernè facio. *Scaa* pro damno, quasi *so caa*, id est, ad malum; cui opponitur *achys*, quod idem est quod consideratione dignor. Hinc *sta* pro vmbra, quæ ad malum & mortis tenebras spectat, lumine contra vitam afferente. Hinc *staa-op* & *scop*, à quo *σκέπη* pro tegmine & vmbaculo, & huic cognata. *Stau* diligenter confidero, quasi *sta-hu*, id est, tueor à damno, quod fit diligenti cautione. Hinc *Caueo* Latinis, relicto Sigma. Quòd si vox *stau* vt nomen vsurpetur, ponitur pro loco eo in quo focus sit, ea securitate, vt muri ab incendio, canalis vnà cum foramine à fumo defendat. Pro *stau* *stou* frequenter pronunciamus: à quo Græcis *σκόπος* & *σκέπτο*. Hinc nobis *Dosch* / Alemanis *Doca* / pro vulpe, per conuersionem; quoniam animal sit cautissimū, & egregiè circūspiciens, ne quid capiat damni. Ex hac significationis ratione liquet, qua de causa *stou* pro vito ponatur. Quæ enim vitamus, ob id vitamus, ne quid noxæ ab iis accidat. Hebræi *חפז* pro custodio & caueo dicunt, à *staa-mar*, quod ad verbū nobis significat Damnum retardo siue impedio. Hebræi item Vulpem *חזן* vocant, quasi *stou-lag* / id est, vitans insidias diceretur, vnus litteræ metathesi. Nam y per G gutturale pronunciatum esse, suo loco demonstrabo, & modò memini monuisse. Nobis

ergo & Hebrais ab eadem deducitur origine vulpis nomenclatura, in qua nos Sc pro vno habemus elemento, vt in conuersione planum est, dum ex scou vose fit: vbi obseruandum, hanc litteram nobis in fine adspirari, vt sit voseh: sicut ex scou fit voseh siue voseh/ quo nomine silua dicitur, ab vsu tegendi, quem Virgilius agnouit, dum Tityrum sub tegmine fagi collocauit. Schoen/ siue, vt Allemanni scribunt, schoen/ à schou-een, per syncopen ipsius u, & contractionem in aliam diphthongum formatur, qua voce pulchrum notamus; eo quòd pulchra omnem diligentem considerationem sibi vniant, & tam arte concilient, vt ipsis artissimè copulentur. Hinc Amor exoritur, qui eum qui considerat, & id quod consideratur, coniungit & vnit. Rectissimè ergo schoen pro pulchro dicitur, qua vocula & tota vis pulchri explicatur, & præterea monetur, vt ipsum semper in omni re diligentissimè consideremus: quod si fecerimus, securissimè nobis cautum fuerit, ne vllum vnumquam damnum incurramus. Viden' totum hic pulchri & considerationis vsu, clarius, quàm longis Platonis dialogis, depictum? Quamuis lesch à lesen deriuarim; quia tamen lesch per Sch in fine scribitur, videtur aliam quoque includere rationem, vt inde dici videatur, quòd doctrina, pro qua lesch dicimus, discrimina rerum distinguat, à schel/ quod est differo. Schel item excorticare notat; & schel corticem, quasi diceretur sece siue stephel/ id est; separatio vehemens. Sece enim siue step/ idem est quod separo; à scaa/ pro damno; quoniam diuisio ad malum & destructionem totius pertinet: Vnioni enim aduersatur, qua nihil melius. Græci σκαδίζω inde duxerunt. A sece/ quod est separo & segrego, fit seyt/ quo caco notatur; eo quòd sit excrementi diuisio ab alimento. Hinc seet pro venti per anum expulsionem: à quo σκαδός merda, & σκαδάρως conuicium in Æsculapium ab Aristophane factum. A sece fit seear pro tondeo & rado; ceu seet-hæer diceret; quod est crinem separo. Græci hinc retinuerunt νεσση, reiecto Sigma, vt in Caueo à scau factum. A seet/ sic enim ferè pronuntiat, vel seear/ fit sears pro nouacula: Ξύρα Græcis: & seet pro forfice. Munsterus מוּרָרָא interpretatur vocem nescio de qua radice mutuatus, nisi fortè Iudæis Germanis debeat. A so & ket fit seju/ pro eo quod ad notitiam tendit siue spectat. Hinc bifariam voce vtimur. Vno modo pro lucere, quia lux rebus cognoscendis seruiat: Altero modo pro apparere, vt dum dicimus, Het sejut soo te zju/ id est, res videtur ita habere. Hinc seju pro nomine, idem est quod opinio; qua de re in nomine, quo hæc litterarum S & C complexio vocatur, latius agendum. Posset hinc secon deriuare is, cui minus etymologia, quam prius dedi, placebit. A seep & ent fit seepnt pro destruo, quasi dicas quicquam separare à suo fine: nisi malis à scat & ent fieri. A seepnt/ fit scand pro dedecore; & scandel pro offensa, qua cuiuspiam opus impeditur, quo minus ad finem suum veniat. Sic dicimus: ic bin daer in gescepnnt/ id est, offendiculum passus sum in ea re, quo minus rectè ad bonum meum finem, ad quem omnia dirigere debeo, potuerim peruenire. Hinc intelligant Græci, non à σκαδίζω Scandalon dici, quod D. Hieronymus scripsit; sed à seepnt/ quod est impedire propositum alicui finem. Hinc paxilli qui in tendiculis insidias sustinent, Scandala & Scandalethra dicuntur; eo quòd animalia ad escam properantia offendant, & à fine suo auertant. Siue igitur seep-ent/ siue scat-ent dicas, iuxta damnum illud intelligetur, quo finis impeditur; vnde scand dedecus, & scandel pro eo quod offendit, ratione apertissima descendunt. A sca pro damno, deriuatur scat vocali correpta, quo thesaurus pecuniarum dicitur; propterea quòd magnus nummorum thesaurus citra damnum multorum vix queat parari: tum etiam, quòd eiusmodi gaza non aliis modò damno sit, sed ipsi etiam possidenti. Verissimum enim illud est iam olim à priscis seculis tritum prouerbium, diuitem aut iniquum esse, aut iniqui hæredem: cui Plato sic concinuit, vt ad modum diuites dicat vulgo etiam malos iudicari. Nomenclator itaque cauere volens, ne homines sermone suo vsuri in eam aliquando venirent opinionem, vt magnos thesauros in bonis ponerent, aut ad felicitatem putarent pertinere; ingentem diuitiarum copiam scat vocauit, vel à scaat/ quod est nocet; vel à scaa-hat/ id est, damnum habet: quorum vtrumuis acceperis, idem intellexeris, magnas nimirum diuitias noxias esse, idque non solum in acquisitione, quæ magna sit iniquitate, sed etiam in possessione, quæ plurimis malis, atque iis maximis, præbet occasiones. A scat fit scating/ quo notatur exactio principum, ad pecuniam conficiendam è laboribus & scriniis subditorum, vltra tributa & vectigalia ordinaria; quæ quàm sit æqua, ipsi nomi-

voseh.

Schoen.

lesch.

Schel.

Sece/ siue
Seep.

σκαδίζω.

Seet.

Seet.

σκαδός.

σκαδάρως.

Seear siue

Seet.

νεσση.

Sears.

Ξύρα.

Seet.

Seju.

Secon.

Seepnt.

Scand.

Scandel.

Scandalum.

Scandale-
thrum.

Scat.

Scating,
exactiones
Principum.

nominis natales demonstrant. Hinc *scat* vt verbum vsurpatum, idem nobis est, quod pecuniam ad hunc modum exigo. Quid non prauidit nomenclator? cui malo non tradidit amuleta? Verum enimvero, ne putet quisquam omnem exactionem ab eo condemnari, id obseruauit, vt vocalem, quæ in *scat* pro eo quod Latini dicunt nocet, vel damnus dat, longa est; in *scat* corripitur: quo intelligamus, damnosus quidem esse magnas exactiones, sed hunc in iis modum esse seruandum, vt parua sint, & parum adferant damni rebus subditorum, id est, vt breui tempore iactura sentiatur. Illam præterea in *scat* voluit fieri conuersionem, vt omnis exactio ad bonum referretur totius communitatis, atque vnusquisque pro bonorum portione soluere cogeretur, ne ditioribus exemptis, omne onus pauperum humeris incumberet. *Taxo* enim compositum est à *Te* & *ars*/ quod est ad bonum, quasi diceretur bonorum intuitus & consideratio. Vel si mauis, à *ti* & *ars*/ quorum illud idem est quod imputo, à *te*/ quod ad aliquid denotat, non aliter quàm à *tegen* fit *tygen* / de quibus mox. *Ti ars* igitur idem est quod bonum imputo vel homini vel rei; quod nihil aliud est, quàm æstimo. cui originem debet vocabulum *taxo*, quod est boni rationem in re quapiam æstimare. *Ars* vt verbum, idem est quod in bonis duco, siue ad bonum anhele: qua in voce at bonum, sibilus spiritum nostrum, quo afficimur ipsi bono, designat. Hinc *ἀξιῶ* Græcorum. *Te-ars* igitur ad bonum refero significat. Sed hac de re prius. *Scat* ergo primum ad bonum spirat, siue sibilat; deinde sic fiat, vt sua cuique bonorum iusta ratio supputetur, quorum vtrumque in *taxo* intelligitur. Hinc factum vt *scat* pro æstimare etiam vsurpemus; propterea quod in exactionibus non certa scientia requiratur, sed æstimatio dumtaxat fiat bonorum: quo monemur, in exactionibus non esse libros rationum excutiendos, nec iusiurandum extorquendum, quo scientia certa bonorum acquiratur; sed sufficere æquabilem quandam opinionem. Ex *scree* pro *separo* & *diuido*, fit *screecht*/ pro eo quod facile est ad diuidendum siue discernendum. Hinc *schlichten* est demere omnia impedimenta. Hinc *schlecht* simplex, siue id in quo facile est omnia discernere. Vnde pro eo etiam homine ponitur, in quo nihil est reconditæ disciplinæ. Nos *screecht* scribimus, ad molliorem sonum; & pro *schlichten*, *sichten*. Iam quia *scree* discerno notat; *besree* idem est quod rem ratione discerno & expono: qua phrasi à Germanis in sermonem Latinum illata, *Diuiser* Galli dicunt, pro differere. Ex eodem loquendi modo *Discretio* venit in usum, pro iudicio & æstimatione; eo quod *besreet* idem sonet quod *discretio*, siue separatio, siue disunctio: cum nobis *besreet* sit rerum cum ratione expositio, quæ rerum diuisione constat. Docemur itaque hac voce, totam *Dialectices* vim, omnemque differendi rationem in eo consistere, vt res probè nouerimus diuidere atque partiri. Nemo enim quicquam omnino scire potest, nisi per diuisionem, in qua tota consistit differendi ratione, atque disciplina. *Definitio* enim cuiusuis rei per diuisionem fit, cuius nomine partitionem etiam complector. Cicero definitionem bifariam distinxit: alteram diuisionis faciens definitionem, alteram partitionis: quod illi malè memoriæ mandauerunt, qui eum in *Officiorum* libro primo reprehendunt, eadem *Officij* definitionem pollicitus, non definitionem, sed diuisionem reddiderit; quasi verò qui diuidit, non definiat. Sed hæc sunt stolidi eorum iudicia qui *Dialecticam* dumtaxat didicerunt ex frigida vulgari præceptorum exercitatione, nec Platone, nec Cicero, nec ipso Aristotele ad veritatis censuram vocato. Consulant *Parmenidem*, consulant *Sophistam*, consulant *Phædrum*, consulant alios summi externæ sapientiæ antesignani dialogos, & inuenient, nihil defini posse, quin diuisio præcedat & viam monstret. Sic hoc, vt cetera, latioris examinis: at hic tamen vt iudicium facerem, vox nostras cœgit, tamen si præcipiti cursu properarem. *Besreet* ergo accurata rerum est distinctio; à qua loquendi consuetudine *Diuiser* & *Discretio* vocabula apud Gallos & ceteros in usum tracta esse, quis poterit negare? Discant ergo nostrates *Dialecticam* è sua lingua, atque in omni proposita ad dicendum materia intelligant, eam definiendi rationem, quæ rerum diuisione & diligenti discretionem constat, optimam rationem esse, ad quamuis controuersiam & quæstionem, vel in hanc, vel in illam partem terminandam. Addant præterea ex iis quæ à me didicerunt, *Taal*/ quo lingua designatur, à *Tel* nomen accepisse: qua voce nos idem intelligimus, quod in *Numero* Latini; quo clare planeque cernant, omnem sermonis perfectionem numeratione partium, quales quales illæ sint, absol-

Taco.

Taxo.

Ars.

Te.

tygen.

Scat.

Screecht.

Schlichten.

Schlecht.

Slecht.

Sichten.

Sree.

Besree.

Diuiser.

Discretio.

Besreet.

Dialectices to

ta vis & om-

nis differendi

ratio in quo

consistat.

Taal.

Tel.

Numeratione

partium om-

nis sermonis

perfectio ab-

soluitur.

*Arithmetica
laus.*

*Besejten.
Beseect.*

Saac.

Saa.

*Causa om-
nium prima
est ipsum bo-
num.*

*Causa vna
dicta.
Saa.*

absolui. Angli haftenus de vetusta loquendi apud Cimmericos consuetudine *Tel* pro loqui vsurpant. Plato in eo libro quem Legum appendicem, siue Corollarium, quod Epinomis significat, nuncupauit; ita de sapientia scripsit, vt eam totam sola numeratione perfici concludat. Iam in Sophista, qui de ipso, quod est, differit; quid aliud facit, quàm numerate docet? Idem libro De Repub. 7. Arithmeticam sic laudat, vt eam dicat primas vires habere ad animum ad excelsa tollendum; quod nomenclator noster multis antè sæculorū voluminibus à spiritu præceptore suo edoctus, paruula vocula, & ea quidè trilittera consignauit; sed tali tamen, vt ex ea mox intelligatur, omnia sic numeranda esse, vt numeratione eorum ad ipsum altissimum ducamur. Quid enim aliud est *Tel*, quàm *Te hel*, siue *Te-el*; de quo alibi plura. Videte itaque quid sit apud Cim-bros *Beseect*; videre, inquam, diligenter, ne incidatis in illud quod eadem voce, vt verbum sit, vsurpata denotatur. Præteritum enim imperfectum à *Besejten*, quod est concacare, *Beseect* dicitur, quo vtimur, cum volumus denotare quemquam in ratione subducenda aut rebus discernendis esse deceptum. Si *beseect hen*, id est, hic eum concacauit, dicimus, cum quisquam à quoquam est deceptus; occasione locutionis acceptæ ex homonymia vocis *Beseect*. Diligenter itaque in omni colloquio cauendum, ne sic rerum fiat supputatio atq. discretio, vt dici merito possit, *Het beseect beseect ons*, id est, rationis explicatus nos concacauit. Vt pulcherrimum præceptum huic voci *Beseect* nomenclator intexuit, atque adedò vt in ea totius humanæ sapientiæ iecit fundamentum: ita rursus per homonymiam nos monitos voluit, in hominum vita nihil turpius, nihil foedi-
dius, nihil magis porcinum aut suillum esse, quàm decipi in ratione subducenda. Admirare diuinum Platonem, admirare Pythagoreos numeros, admirare quoscumque voles, interim hoc agnosce, sic apud Cimmericos nostrates loquendi habere consuetudinem, vt quæ in illis maximè suspicis, ea nobis clarissimè duabus voculis *Beseect* & *Tel* denotentur; quarum vtraque omnem totius humanæ sapientiæ latitudinem & complectitur & explanat ei qui causam eius expendit atque diligenter intuetur. Verum enim uerò tam multa sunt insignis artificij in hac S & C litterarū complexione exempla, vt si omnia persequi vellem, vix multa volumina iis suffecerint explicandis: qua de causa ad ea reuertamur in quibus simplex littera S inuenitur, quam Samech veteres nominarunt. Verùm cum & de hac satis modò mihi videar egisse; vno atque altero exemplo addito, finem huic libro imponam. In Saxsonicis memini me causam nominis *Saac* dedisse, qua Causa designatur, à *sa-ach*; id est, ad æstimandum. Hic vbi accuratiùs omnia examinanda, addatur, non id modò hac vocula indicari; sed hoc etiam, omnem causam ad bonum ipsum referendam esse, quod est *aat*; vt antè demonstraui. Deinde summam omnium causam omnia ad se trahere, quod est *sa-haac*; eadem vox *saac* declarat. Qui ergo quid *Ac* & *Saa* vocali longa significant, norit; cum latere non poterit, quàm excellentem hæc vocula *saac* habeat rationem. Primum enim intelligitur, eam primam causam vocandam, ad quam omnia toto spiritu feruntur, quæque omnia ad se rapit, non secus atque harpago, quorum vtrumque in *sa-haac* auditur. Deinde quia *aat* bonum ipsum vocatur; clarum est, causam nullam hac voce *saac* dignam esse, nisi ad bonum tendat. Hic rursus contemplationis ingentia latifundia aperiuntur, in quibus cõfestim & in primo limine cernitur, ipsum bonum primam omnium causam esse dicendâ, & ei propriè nomen *saac* conuenire, & aliis causis, ea solùm tenus, quatenus ad bonum ipsum referuntur. Bonum igitur & finis est supremus omnium, & causa efficiens totius rerum vniuersitatis. Bonum ergo seipsum, vt bonum est, inspiciens, & se ad se referens, creat vniuersa propter bonum, id est, propter seipsum. Vide quò nos ducât tres litteræ in *saac* comprehensæ. Quanto compendiosius omnis creationis causam in Cimbrico causæ nomine, quàm in quauis cuiusuis philosophi disputatione, quantumuis & luculenta & proluxa, inuenimus. Latini *saac* inuertisse in *Caus* videntur, è longa vocali facta diphthongo. *Saa* verò pro *Sacco* vocali breui pronunciat, ab eadem origine deriuatum; vt præceptum detur, quo iubeatur, sacco nihil indendum quod non ad bonum desinetur atque referatur. Et non otiosè factum, neque ad homonymiam tantum vitandam, quòd tempore pronunciationis sic differant, vt *Saa* pro causa producat, pro sacco breuietur. Eo enim nobis ostenditur, longum temporis spatium, causarum inquisitioni breue, sacco replendo oportere nos impendere, si hominis, non pecu-
dis, vitam

dis, vitam agere velimus. Dum Saxonica scriberem, necdum probabile reddere potuissem, *Ac* apud veteres bonum denotare: id apud omnes me facile obtinere posse videbam, *Ac* idem esse quod in pretio habeo. *Ac* igitur ad *Ac* sequitur & nomine & reapse, quoniam id in pretio habemus quod bono coniunctum putamus, eoque quidquid boni ratione appetitur, necessario in pretio habetur: quo fit, ut ne illa quidem ratio quam tum dedi, uti comprobatu faciliorem, ab hac, quam nunc assigno, sit aliena. O insignem & admirabilem industriam, quæ tribus litteris tantum inclusit & expressit mysteriorum, ut simul tum omnem totius humanæ vitæ felicitatem, tum totam, quam late patet, & sapientiam & prudentiam auribus instillarit. Omnia ex prima causa pendere, omnia ad primam causam esse summo studio referenda, eamque totam in ipso bono contineri, tum etiam multum temporis in causarum investigatione ponendum, vocabulum *faat* declarat. At *faat* vocali correpta planè demonstrat, nihil nobis esse facis recondendum, quod non ad ipsum bonum dirigatur, addens & illud, breue tempus in iis quæ saccos replent, esse collocandum, ne sacci studium causarum officiat inquisitioni. Videmus itaque, nec iniuste quidquam esse querendum, nec rursus diuitias parandas, licet iustissime, ultra eum terminum quem boni ratio præfigit. Rerum affluentia, vel luxui sumptuum suppeditatura, vel insatiabilem avaritiam auctura, vel ad ambitionem & superbiam comparata, vel iustum causarum examen, quo religio & sapientia omnis absoluitur, excludens, ipso Sacci nomine vetatur. Dignum nomen apud omnes gentes memoria sempiterna, si perinde omnes rationem eius intelligere possent: hoc certè fato à nomenclatore factum, ut in confusione Babylonica, minus quàm omnia cetera, fuerit corruptum. Hebræi *py* dicunt, Latini Saccum, Græci *σάκκος*; tametsi omnes æquè significationis causam ignorent; aded ut luculentissimum in hac voce sit argumentum, ceteras linguas à nostra originem traxisse, nostram à nulla alia dependere. *faat* an olim conuersionem admiserit, statuere non possum, ob exemplorum defectum: suspicor tamen *Caas* olim in vfu fuisse pro euentu, siue eo quod ex causa dependet: atque inde apud Latinos phrasim mansisse, ut *Casum* pro euentu ponerent causæ, ut sic dicam, accidentariæ: propterea quòd eiusmodi euentus non ad hanc vel illam causam, sed ad causam ipsam in genere videatur pertinere. Sic enim à *Fort* siue *Fort* Fors retinuerunt, quòd *Fort* generatim ad quemuis bonum successum commune fit. Cum igitur aliquid euenit nobis, non ex nostro consilio, aut destinatione; id dicimus forte euenisse, id est, à causa superiore & communiore quàm sit consilium & opera nostra, quam idcirco communi res promouentis nomine designamus, non adiecto vel hoc vel illo. Certè nihil accidit, cuius non sit causa; eorum quæ ad bonum tendunt, Deus & eius ministri; eorum quæ ad malum spectant, Ate & eius item ministri & pedissequi. Hæc igitur præter destinationem nostram euenientia, generico promouentis nomini siue ad bonum siue ad malum attribuimus, fortè ea dicentes euenire, id est, ab eo quod promouet. Sic & *Caas* illud erit inter euenta, quòd causam quidem habet, sed altiore quàm id quòd operatur, ad alium respiciens finem. Verùm *Caes* pro *Cas* alterius est originis, ab eo nomen ducens quòd malum sit nutrimentum, si ad alteram lactis partem conferatur; ceu *Ca-æs* diceretur, id est, malum edulium: cui butyrum comparatum dicitur *Boter*, à *Boet*, quòd significat adiumentum sanitatis, & *Ter*, quòd est, sumptum in edendo facere; ita ut *botter* salutis comestio dicatur. Hinc Latinis *Casus* & *Butyrum*: tametsi posterius Græcum videatur, eam capiens interpretationem, ut *casus* bubulus dicatur, bubula profus sententia. Quis enim rationis capax *Butyrum* caseum esse dixit? Det sanè vaccinum lac plus butyri, quàm lac ceterorum animantium; ex eo ne efficietur, ut protinus butyrum caseus vaccinus sit dicens: quasi verò non aliud in vaccino lacte caseus esset, aliud butyrum. Pudet me id genus originum, in quibus aded nihil sani inuenitur, ut profus cum rerum natura pugnent, nedum eius symbolum & notionem declarent. In omni lacte butyrum est, non modò bubalo; in omni lacte caseus, in omni lacte serum. *Butyrum* ergo à *boter*, vel *bucter*, ut alij pronunciant, deriuatur: quòd alimentum tanto melius nomenclator, quàm caseum iudicauit; ut hunc, respectu illius, prauum dicat præbere alimentum. Interrogentur modò medici, utri rectius censeant; grammaticine, butyrum caseum esse dicentes; an *Cimmerij*, suis notis quibus ad corpus humanum conferuntur, hæc alimenti genera distin-

Tyros. distinguentes. Tyros autem Græcorum pro caseo, à ter dicitur; eo quòd caseus ferè commune fuerit primorum hominum edulium, multo quàm butyrum probabilius. Iam ad fac redeamus, quod breui vocali elatum conuertitur illud quidem, sed sic, vt

Cas. Cas duobus modis intelligatur: Vno, pro vacuo, vt dum locum pro vacuo capimus; vnde

Cassus. de Cassus Latinorum: Altero, vt sit receptaculum cuiusuis rei. Quæuis enim arca & quiuis locus Cas vocatur. Saac Angli & Zeelandi sic pronuntiant. Saac-gum igitur, siue

Segun. sic-gum/ & sola media littera retenta segun/ idem est quod causam omnium supremam cuiquam opto; qua de voce in Saxonicis satis latè, vbi etiam quid Saga, quid Saggio, quid Sagax, quid seggen/ quid Sagmen noter, explicatum. A set/ quod significat pono & colloco, fit sede siue sedo pro moribus compositis, & modestia. Vnde sedig/ & con-

Set. cisione vsitata seeg pro modesto & compositis moribus prædico: à qua voce syg vel syge

Sede siue pro victoria, propterea quòd ea demum vera sit victoria, quæ homines effrenes ad modestiam compellit. Prima itaque victoria, vt quisque se vincat, id est, vt se modestum

sedo faciat, atque in omnibus temperatum. Altera, qua alios vincimus, ita vt eos ad temperantiæ frena cogamus. Neque enim hoc victor spectare debet, vt pro sua voluntate atque

Sede siue sedo libidine quiduis victis imperet: sed eum sibi terminum præfixum habet ab eo qui sijn à seeg pro victoria voluit vsurpari, vt & se primùm præbeat temperantem, deinde

Sede siue sedo victos etiam ad eandem temperantiæ legem inducat. Sic Strymon non aliud à superatis gentibus exegit, quàm vt efferos & belluinos mores exuentes ciuili modestiæ affuescerent, vt alibi memini tradidisse, dum Francorum examinarem antiquitatem. Hæc regia victoria est digna principibus, qui augustorum nomen volunt mereri: quæ si

Sede siue sedo sola victoriæ nomen apud nomenclatorem nostrum sit adepta; quid illos dicemus agere, qui non aliam sibi causam vincendi proponunt, quàm vt victis omnia abripiant, spoliatis pro iumentis vtantur, eorum vxores, filias, & ancillas constuprent, totam denique regionem sic scelerum enormitate vexent, vt omnes mori, si honestè liceret, mallet, quàm sub eiusmodi victoribus in perpetuis durissimæ seruitutis malis non tam

Sede siue sedo viuere, quàm lentis cruciatibus semper enecari. Tyrannorum hæc laniena est, non victoria, in sermone Cimbrorum; quam ne quisquam mortalium experiatur, eum rogo, qui solus potest iugum tollere seruitutis. A syge Sygebertus dicitur is qui dignus est victoria: & Sygesmondus, qui victoriam ore præfert, vel qui ore ad victoriam potest incitare, vel etiam oratione sua hostes superare, & ad legum conuertere æquitatem: quod genus victoriæ, quo minimum sanguinis effundit, eo est præstantissimum, & tanto homine dignius, quanto naturæ ipsius conuenientius, cuius est ratione atque sermone, non gladiis & rabie pugnare. Suspicio Hebræos פרי suum & פרי hinc habere, perperam

Sede siue sedo & pro Samech admissio, quo iustus apud eos denotatur. Modestia enim omnes virtutes complectitur, perinde atque Iustitia in sacris litteris; vt dum Nochus dicitur fuisse vir iustus. quamquam à stadich possit deriuari, seruata vera pronuntiatione, quam scriptura demonstrat. Stadich enim constans nobis dicitur: qua rursus nomenclatura totus

Sede siue sedo virtutum chorus comprehenditur. A sedo vel sede fit Sedo Latinorum, quod verbum ad animi perturbationes pacandas propriè videtur pertinere, à quibus ad alia transfertur. A wije/ quo denotatur Cedo, fit swije/ quasi so wije/ id est, ad cedendum: quo designamus, flecti quicquam & deorsum inclinare, & se submittere: Vnde swar/ pro eo quod

Sede siue sedo facile flectitur & deprimitur: quod ad tempus applicatum, cæli constitutionem morbis obnoxiam & infirmam designat. A swije fit swijg pro taceo; eo quòd silentium maxima sit summissio, qua nos sinimus ab aliis doceri; interim dum tacemus, infirmitatem animi nostri consententes. Hinc Harpocrates puer fingitur infirmus, & omnino summissus; pedibus sedens inter vestium sinus contractis, & digito os comprimens: de quo Capella in Philologiæ nuptiis: Verùm quidam, inquit, redimitus puer, ad os compresso digito salutari, silentium commonebat. Sed nos de huius hieroglyphico signo alias fortasse plura. A swijg Græci habent στυγῶ; littera, qua carent, reiecta. Hebræi פרי pro swijgt dicunt, & pro digamma duplici quo carent, ponentes: & quia metathesim frequenter admittunt, & parui faciunt si Thet pro Tau proferatur, in eadem significatione פרי dicunt; in vtraque tamen voce Gimel reiectum, ne consonantes ternarium egrediantur. A so & hing/ fit sing/ pro canto; eo quòd omnis cantus ad eum referri debeat, ex quo solo omnia dependent. Hing enim & hinge & hingenisse potestatem eam

notant,

notant, è qua summa cuiusquam negotij pendet: atque ideo propriè & primò de diuina potestate, omnia manu sua suspendente, dicitur. Additur frequenter *ge/* perfectio-
 nis nota, vt dum dicimus, *Gots geſing/* id est, diuina dispositio. Quamobrem omnis
 cantus ad hanc diuinam catenam omnia tenentem, ipsiusque sempiternum verbum
 omnia disponens, referendus, si nomenclatori credere volumus. Hoc est illud: *Septies*
in die psallam tibi. *Sang* præteritum imperfectum facit *sant* nomen, pro cantu; vnde
 & Cano Latinorum, mutato S in C. Vide ergo quid faciant, qui carmina & odas suas
 ad alia transfulerunt; quàmque grauiter peccent, qui spurcissimas spurcissimis carmini-
 bus libidines celebrant, & cantus suauitate lumbos scalpunt, vt Satyrico more loquar;
 & oleum ardentibus iuuenum animis affundunt. Semper Deus canendus, nec vlli alij
 rei seruire cantus debet, quàm vt immensa eius potestas, qua omnia temperat, & sua-
 uiter disponit, laudetur, & quoad eius humanis viribus fieri potest, celebretur & extol-
 latur, qua de re in A lauda latiùs. Quoties Psalmista nos adhortatur ad canendos Deo
 hymnos, quoties exclamat, *Cantate Domino*; quàm nobis in cantando diligenter præ-
 uuit! Atqui nostrarum vocum architectus noluit nos vernaculum cantus nomen audire,
 vt non simul cogitaremus, omnem cantum ad eum referri debere, de cuius nutu &
 dispositione dependet omnia & in cælis & in terra. Gloria igitur Patri, & Filio, & Spi-
 ritui sancto; quod & nunc, & semper, & per omnia seculorum secula cantemus, vt iis
 choris iungamur qui perpetuò canunt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sa-
 baoth.* Proclus in Parmenidem scribens, cum ostendisset nihil de Deo affirmando dici
 posse; addidit: si quid dicatur, id sic exponendum, vt id quod ipsi tribuitur, ab eo pen-
 dere intelligatur. Exempli gratia: Deus est fons diuinitatis, id est, diuinitas pendet ex
 Deo. Eodem modo Deus est causa omnium, id est, omnia ex Deo pendent; ita vt
 respectus rerum ad Deum solum affirmetur, de ipso verò nihil dicatur. Quamobrem
 qui *ſing* canit, hoc ipsum canit quod in omnibus Deo attributis est intelligendum,
 adeò vt nullum nomen potius videatur canendum, quàm quo cetera omnia compre-
 henduntur. Sic Deus est Deus, quia deitatis notio ex eo pendet, quæ ipsa est æterni-
 tas, si Deus à vetusta Cimmericorum dictione *D'etw* dicatur, quam sæpius iterant A-
 laudæ. Quicquid enim mens nostra concipit, id à Deo superatur; tantum abest vt quic-
 quam de eo propriè possimus affirmare. Pendet ex eo vnitas, essentia, integritas, æter-
 nitas, diuinitas, sanctitas, infinitas potestatis. Quid multis? omnia quæ de ipso dicun-
 tur, ex ipso pendent.

*Cantus om-
 nis quò refe-
 rendus.
 Sanc.
 Cano.*

*Deus vnde
 dicitur.*

HER-

HERMATHENÆ

LIBER IX.



Lingua Cim-
brica prima
omnium lin-
guarum.

OSTQVAM modò satis multis exemplis docui, primas linguæ nostræ voces significationis suæ causas ex ipsâ elementorum duce-
re natura, & inde reliquas derivari: necessaria collectione efficitur,
nullam linguam nostra posse dici priorem, nisi primis aliquid prius
esse fingatur. Cùm igitur sermonis Hebraici, Græci, Latini, & nostri
magna sit in pluribus vocabulis communio & cognatio; dicemus,
primas vocum, quæ communes sunt, origines necessariò ad nostram

linguam pertinere; nisi fortè quisquam posthac reperietur qui nos doceat, illas quoque
linguas omnia sua nomina ad primas voces, & has in elementa, vt primogenias causas,
referre posse. Nos interim, dum quisquâ talis existeret, qualis numquam ne esse quidem
possit, nedum fit futurus, tenebimus, nullam aliam linguam, quàm nostram hanc ad-
mittere in prima elementa solutionem; vt ex iis liquidò constent significationis vocabu-
lorum causæ: atque idcirco nostram in harum collatione (nam ceteras non moramur)
primam esse dicendam. Quamobrem si veræ linguæ non sint, quæ veris vocibus non
constant, iuxta Socratis inuestigationem, apud quem veræ voces sunt, quæ res, vt natu-
ra earum postulat, significant, sola nostra lingua veræ linguæ nomine fuerit dignanda.

Barbarorum
lingua.

Barbari.

Phryges.

Phrygiones.

Barbaricarij.

Latini origi-
nem suam
Phrygibus
referunt ac-
ceptam.

Barbarica
vestes.

Quod si ita est, rectè dictum à Clemente Alexandrino, Barbarorum linguam propriè
glossam vocari; vt pote, quæ sola primas dare possit vocabulorum causas. Plato item
apertè fateretur, Barbarorum sermonem, quàm Græcum, priorem esse. Qui verò Barbari
sint, non puto cuiquam hætenus liquere. Socrates certè generatim Barbarorū sermo-
nem priorem confessus, exempla quibus id doceret, è Phrygia sumpsit, quasi Phryges
primarij Barbarorum essent habendi. Plinius tradit, Phryges primos inuenisse artem
vestium acu texendarum; & hinc eos qui huius artis periti essent, Phrygiones fuisse
nuncupatos. At Iurisconsulti Barbaricarios eisdem vocant; eo quòd Barbaricas vestes
facerent; quo fit vt Phryges peculiari quodam suo iure Barbari dici debere videantur:
quòd tamen ad contemptum referri non potest: propterea quòd Latini originem suam
Phrygibus referant acceptam; aut saltem confiteantur, se eisdem primos parentes ha-
buisse. Iam olim enim Homerus vaticinatus erat, Æneam & eius posteros perpetuò re-
gnaturos. Quid quòd Plautus quæ in Latinum sermonem conuerterat, se dicit vertisse
Barbarè; non illud quidem, vt opinor, per Latinæ linguæ contemptum; sed de vetusta
loquendi consuetudine, qua Græci cùm ceteros, tum Phrygios maximè Barbaros voca-
bant. Sic Lucretius pro Phrygiis vestibus Barbaricas dixit:

Iam tibi Barbaricæ vestes, Melibæag, fulgens.

ad quem versiculum Adrianus Turnebus annotauit, Barbarum pro Phryge dici, esse
frequentissimum. Quamuis autem non ignorem, non alios modò, sed Virgilium etiam
Barbaricum pro externo accipere & inculco; & Strabonem putare, Barbar inconditam
exterorum vocem frequenter à Græcis auditam, in causâ fuisse, vt alterius linguæ ho-
mines Barbaros nominarint; ex eo tamen effici nego, hanc vocem non prius Phrygibus

Cares Barba-
rophoni dicti
ab Homero.

quàm ceteris tributam fuisse. Videtur tamen nobis Homerus aduersari, qui Cares
Barbarophonos vocauit:

Νάσις ἀν' Κλεον

ἠγήσατο βαρβαροφώνων οἱ μίλητον ἔχον.

Verùm cùm nos sciamus tū è Geographo, tum ex aliis, totam Cariam & vicinâ oram,
vnà cum Epheso, ab Amazonibus olim habitatam fuisse, & in suburbano Milesio
Branchidarum templum & oraculum ad Xerxis vsque durasse expeditionem, atque
eundem Branchidas atque vetustos Vrancos sermonem habuisse; non miramur, ab Ho-
mero Cares potissimum Barbaros fuisse nuncupatos; eo quòd & Amazonum posteri
essent, & eorum sacerdotes adhuc prisco sermone vterentur. Et verò licet demus, iam
inde ab Homeri ætate, Barbari nomen aliis, quàm Phrygibus dari cœpisse; id tamen
nostra non admodum refert, & est alioqui eadem in Caribus, quæ in Phrygibus, Barba-
rismi ratio: propterea quòd vtraque gens à Iapeto descendat, cuius filius Ion Caris fuit
pater, vt in Hispaniis docebo. Porro si verum est, Amazones totam Ioniam posteriùs
occu-

occu-

occupasse, ut Græci scriptores prodiderunt: gemina causa fuerit ob quam Cares Barbarophoni potissimum vocentur: altera, quod ab Ione Iapeti filio genus ducant: altera, quod Amazones Gomeri posterum Ioniam quoque tam olim occuparint, ut plurimas in ea ciuitates condidisse scribantur. Epiphanius totam illam mundi ætatem quæ ab Adamo ad cataclysmum usque computatur, Barbarismum vocat; & à cataclysmo ad confusione[m] Babylonicam, & usque ad Seruch, in quo cœpit idololatria, Scythismum: qua in re antiquos videtur secutus auctores. Nam & D. Paullus primum Barbaros, deinde Scythas, deinde Hellenes, deinde Iudæos enumerat; ceu ea fuisset gentium & viuendi rituum in orbe successio. Nobis itaque, cum hæc, tum illa quæ de lingua nostra tradidimus, considerantibus, suspicio oboritur; aliquid hic occultioris antiquitatis latere, quam vulgus hominum hæcenus crediderit; & aliud longè Barbari vocabulo, quam vel Strabo, vel ceteri crediderint, denotari. Cum enim Phryges videam Barbaros potissimum vocari; & Ægyptiorum testificatione cõstet, horum sermonem omnium esse antiquissimum; & Plato fateatur, Græcam linguam non pauca ab illis vocabula accepisse; & Clemens dicat, solum Barbarorum sermonem linguæ nomine vocari debere; & nos certò sciamus, eos sermone nostro, qui idem est cum Thracio & Getico, usos fuisse; & nostrum modò docuerimus primum esse: cogor in hanc descendere sententiam, ut Barbarum dicam nihil minus esse, quam quod Græci crediderunt. Frequenter monui, & frequenter iterum in aliis erit monendum, Græcos Digamma Latinorum carere; quod hi tamen à vetustis Æolibus videntur accepisse, apud quos fuerit Vau nuncupatum: quod nomen nostras esse, in Hieroglyphicis docebo. Loco autem Vau substituerunt aliàs *βη*, aliàs adspirationem. Adde quod quamuis Latini Vau habeant, duplex tamen Vau non admittant. Nunc igitur ad rem. *War* nobis idem esse quod Verum, dum pro nomine accipitur, tradidi; & tantundem valere ac custodio, dū pro verbo vsurpatur. Hinc igitur *War War* vocabulum compositum è nomine & verbo, eum notabit qui verum custodit. Hanc vocem nec Græci, nec Latini, nec Hebræi scribere possent characteribus sibi vsitatis; & idcirco è *War-war* *βάρβαρ* & Barbar factū, quod nomen si interpreteris iuxta rectam rationem, Veritatis custodiam veritas oportet. Phryges igitur Barbaros seipsos vocabat, maxima quadam prærogatiua dignitatis; quippe qua sibi solis fidam prisca veritatis custodiam arrogarent. Græci, voce hac non intellecta, & propter asperam syllabæ iterationem iudicata duriore, Barbaros dici putauerunt ab aspera locutione. Quam verò Phryges se iactabant custodire veritatē! Quam aliam quam veritatem primarum vocum; quas sic Adamus rebus accommodauit, ut omnis veritas in iis cerneretur? Hanc veritatē in vocibus nostratibus hæcenus esse, abudè mihi cumulateque videor tradidisse. Nunc itaque videbimus, antiquissima quæque proximè ad Barbarismum accedere; quia nimirum proxima sint veritati: & ideo primam mundi ætatem optimo iure dictam fuisse Barbarismum; quoniam in ea veræ vocabulorum rationes fuerint conseruatae, non in vna modò natione, sed in tota terra; ut de scripturæ sacrae testimonio facti sumus certiores. At altera atas, diluuium proximè secuta, Scythismus nuncupatus est; eo quod homines primum in Scythia habitarent; & sola Scythia veterem linguam & ante & post confusione[m] Babylonicam conseruarit. Post Scythismum successit Hellenismus, in Asia Scythis ad suas terras digressis. Inter hos, Phryges, Ascanij & Gomeri posterum, sibi Barbarorum nomen præ ceteris arrogarunt; eo quod prisca veritatis in Asia essent custodes: quorum coloni quidam in Europam digressi, *Βουρσεν* se indigitauerunt, quo significantur antiquissimi; eo quod & linguam antiquissimam seruari, & genus à Gomeri & Ascanio, duobus primogenitis, ducerent. Verum quia in veritatis custodia eorum maximè hominum rationem haberi oportet qui non vocabulis modò veris uterentur, sed totam quoque vitam ad veritatis normam quadrarent: in ætate illa quæ Barbarismum vocabatur, mentis acies ad eos dirigenda qui à Set descendentes eos reliquerunt posteros, per quos genus humanum in diluuiio est conseruatum. Hos autem Setinos sacra scriptura filios Dei vocauit: è quo fit, ut Barbara Phrygum lingua filiorum Dei lingua; & consequenti collectione, Lingua deorum verè dici queat, aut potius dici debeat, si res quæque clarissimo suo nomine sit nuncupanda. Ex his modò agnoscas, vnde Homerus acceperit linguæ deorum & linguæ hominum discrimen: tametsi prisca veritatem ad fabulas suas traduxerit. Totam suam

Barbarismus.
Scythismus.

War.

Barbarus
unde dictus.

Barbarismus

Scythismus.

Hellenismus.

Setini, id est
à Set descendentes, filij Dei
vocantur.

Barbara
Phrygum lingua,
lingua filiorum Dei,
sive deorum.

poësin Orphicis magistris eum debuisse, neminem hætenus vidi qui negarit. Atqui iis clarum erat, suam linguam primam fuisse; & idcirco à Setinis olim Dei filiis vsurpata, & hac de causa meritò deorum linguam vocari. Verùm Homerus quamuis discrimen hoc vel à Thracibus, vel, quod idem est, à Phrygibus magistris accepisset; ad linguam tamen Græcam accommodauit: & quia didicerat vocabula in deorum lingua rationibus optimis & præstâtissimis esse constructa, ea deorum nomina vocauit, quorû causas rectissimas putaret; hominibus verò illa tribuit, quorum deterior ratio videretur. Hinc cum duo eiusdem fluminis apud Troianos nomina videret, alterû Xanthum, alterum Scamandrum; prius diis, posterius hominibus adscripsit:

ὃν ξανθὸν καλεῖσαι θεοὶ, ἀνδρες δὲ σκάμανδρον.

Crediderim equidem ipsum à quopiam didicisse, Xanthi nomen priscorum Phrygum, & idcirco deorum vocabulum fuisse; Scamandri verò nomen posterioribus sæculis deberi. Nobis Xant arenam significat, maximè maris, à See tant / id est maris margo; eo quòd maria ferè margines suos ex arena constituent: vnde litrus arare, & maris arenas numerare, cõmunibus prouerbis iactatur. Ex S & C, accedente metathesi, duplex littera facta est; atq. ita Xant ex See tant euasit. Hinc Xant-wijs est illud quod arenæ simile est; qua de voce Græci ξανθός, pro flauo, eo quòd color hic arenam referat. Sic Virgilius:

*Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum
Prospicit, hinc inter fluuio Tiberinus amano
Vorticibus rapidis & multa flauus arena
In mare prorumpit.*

Eodem modo Horatius:

*Vidimus flauum Tiberim retortis
Littore Etrusco violenter undis
Ire deiectum monumenta regis
Templaq. Vestæ.*

Aprissimum igitur nomen fuerit Xanthus ei fluuio qui multas arenas secum trahat. Habet & aliam Xanthus apud nos interpretationem, si vtraque syllaba producat. Nam Xan-thuis idem est ac si dicas, festinans domum; quæ notio æquè flumini Troiano atque prior conuenit: eo quòd ex Ida erumpens mox in mare præcipitet. Est autè mare fluminum omnium domicilium. Porrò quàm violentus crebrò voluatur, ex pugna eius cum Achille discas; quam hîc commemorare non lubet, quia versus quibus eam describit Homerus, plures sunt, quàm vt recitandi mihi videantur. Alterum nomen, quod hominum est, si ad Barbaram quoque linguam interpreteris, idem est ac si damni dicas monitorem. Sca-mander enim ad verbum damni monitorem designat. Cur ergo, dices, hoc non æquè, atq. illud, deorum est? Nempe quia Setini faultissimas semper nomenclaturas dare consueuerunt, non eas quibus malum aliquod omen contineretur. Posterius ergo nomen, vt pote à damno datum, non est filiorum Dei, tamen sit ab hominibus eiusdem linguæ acceptum; propterea quòd à recta regula declinet. Romani hætenus Tiberis inundationem in malis ominibus habent. Certè dum flumina, vel imbribus vel niuibus liquefactis subito aucta, vel à mari etiam & ventis repulsa atq. retorta, vt Horatius dixit, alueos suos egrediuntur; semper aliquid mali significant: non illud quidem diu pòst expectandum, sed eodem tempore quo inundant, præsens futurum: de quo Scamander rectè potuerit nomen suum sortiri. Scamander igitur idem est quod μάνης κακῶν: atque adèò Mantis & Scamander ab eodem verbo Man, quod est moneo, descendunt. Ineptum est quod Etymologici scriptor adduxit, & indignum ferè confutatione. Ait Scamandron *ἀπὸ καμάτου* dici, vel *ἀπὸ τῆς καμάτου ἀπὸ ἀνδρός*. Quis rogo hominum hunc fluuium fodit, quem Homerus *βαθὺ δ' ἴλω, ἀργυροδ' ἴλω δ' ἠένεται*, & aliis cognominibus appellat; è quibus clarè constat, maxima vi aquarum ex Ida præcipitantium eum crebrò intumescere, & rapidum per campos ferri. Ne fossor quidem vllus tam deliras scriberet nugas. Iam quid κάματος cum Scamandro habet commune? Sed tales sunt etymologiæ Græcorum. Quid? annon Homerus *δῖον* vocauit hunc fluuium? Profectò si quis eum fodit, nemo virorum fodit, sed ipse Iupiter pluuius, de cuius vrna maxima videlicet accipiebat incrementa: & quia plurimas tû arenas volueret, meritò Xanthus est nominatus, apud eos qui rectam nominû rationem à Setinis Dei filiis obserua-

observatam sequuntur. At ab aliis, humano more, damna sua Dils imputantibus, Scamander vocatur, tam contra omnem rationem, ut Pythagoras mali ominis nomina mutanda censeret, ne quippiam mali ex eorum contagione eueniret. Quamobrem recte ab eodem vate fictum habemus, Hectoris filium à mulieribus Scamandrium, quia forassis ad Scamandrum editus esset, nuncupatum; verum à viris dictum fuisse Astyanactem. Videmus enim quanto faustius sit & felicius cuiquam regnum portendi, quam eum nomen ab admonitione malorum habere. Vult itaque poeta, ut nomina fausta sint & boni ominis: quod mulieres in Scamandrio cum neglexissent, viri compensarunt, & loco Scamandrii Astyanacta, id est ciuitatis regem nominarunt. Eodem spectauit, dum hunc condidit versum,

Καλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Aristoteles tradit ab Ionibus Cymindin hanc auem vocari. Mihi nec Aristotelis lectio integra videtur, nec video qui possim ei mederi. Adiecta enim sunt verba quædam de Hubride & Ptyнге, quæ tamen nec Eustathius nec Plinius videtur legisse. Hic etiam λεπτόν omisit, quod Gaza & Eustathius agnoscunt ut genuinum. Gaza quibusdam Ptyngen vocari addit, sed Hybridis nullam facit mentionem. Plinius nocturnum accipitrem vocauit. Aristophanes etiam inter accipitres enumerauit, & proximum aquilæ recensuit. Nobis hic non lubet accuratius de Cyminde perquirere, eo quod nocturnarum auium valde obscura hætenus sit historia, & nocturnæ caligini comparanda. Qui Hubrida etiam vocari voluerunt, videntur ab Hub-ur sibi nomen fecisse, quo maximus bubo denotatur: & certè huic maximè Homeri fabula videtur conuenire; nec malè item in hanc auem quadrat Comicus auium exercitus. Nec enim bubo vel corporis magnitudine vel viribus aquila inferior est, & si inter has pugna ineatur, anceps est certamen. Deinde quemadmodum aquila interdum lepores rapit, ita & bubo nocturno tempore. Venatur autem tam auidè & dextrè, ut magnam vna nocte prædam frequenter congerat. & si quis nidum eius in rupibus exploratum habeat, & ad eum clanculum pernoctare velit; ei facillimum fuerit, prædæ partem subducere; quod familiarem quendam mihi venatorem non semel fecisse, de ipsius didici relatu. Ipse cum robusto cane pugnantem vidi, & cum semel vnguibus ei hæsisset, difficillimè potuisse auelli, nec canem potest aggredi ausum. Nec alibi lubentius, quàm in altissimis rupibus nidulantur; adèd ut Idæum Lecton, quod altissimum est promontorium, locus videatur ei aptissimus. Nec verisimile est, Iunonem in exiguam aliquam sese mutasse auem; sed in eam potius, quæ nocturno tempore omnium esset regina, haud secus atque aquila Ioui sacra interdum imperat. Certè Aristoteles tenuem admodum & ieiunam bubonis dedit historiam; ut ego verear, ne Cumindis Ionum & Phrygum non fuerit tenuis illa vlularum forma, quam in arborum cauis, non modò in montibus, habitare scimus, & noctu columbaria prædari. Hanc tamen Aristoteles depingere videtur, & hac parte ab aucupibus nostris dissidere. Sed liberum sit aliis quod velint coniectare, mihi Hubris & Buas eadem auis est, quæ alio nomine Ptynx & Cumindis vocetur. Atqui hæc illa est, quæ cum aquila pugnare potest: & non sine causa, quando eandem prædam, licet diuerso tempore, sequuntur. Auem enim tenui corpore præditam non video quæ pari marte cum aquila committas. Aristophanis interpretæ γλαῦκα κύμινδιν κικυμίδα καὶ κικκαβάν eiusdem auis nomina esse prodidit, & κικκαβάν esse noctuæ propriam vociferationem. Callimachus κικυμίδος etiam meminit, κατ' ἀγασθὴ κικυμίδος. Pompeius Cicumam nocturnam auem facit, sed quænam sit non addit. Hefychius κικυμίδα γλαῦκα interpretatur; & κικυμώττειν idem esse quod δυσβλέπειν. Itali quidam Chio vocant, nos Hubreia; id est, parua noctua. In hoc genere minima auribus est insignis, à quibus Otis quoque vocatur. Gaza Cicumam pro nycticorace reddidit, non bene, mea quidem sententia; cum nocturnus coruus nihil simile habeat noctuarum generi. Nos enim nacht-rauen diuersam ab omni vlularum & noctuarum genere esse scimus, qua tamen voce Nycticoracem ad vnguem interpretamur. In tanta igitur obscuritate quid miri acciderit, si quisquam diceretur hallucinari; tametsi vel ipse esset Aristoteles? Nos ergo vatis honori consulamus, & Aristophanem dicamus triarium robur postremò enumerasse; in quo cum vultur, aquilæ ferè magnitudine par, Cumindem præcedat, & longius ab aquila, quàm Cumindis, recenseatur; cogitemus necesse est, Cumindem

Nomina mali ominis mutanda.

Scamandrium mulieres, viri Astyanacta vocarunt Hectoris filium.

Chalcis auis. Cymindis auis.

Hubris auis.

Bubo auis.

Buas auis. Ptynx auis.

Cicumam auis.

Otis auis.

Nacht-rauen. Nycticorax.

Vulture maiorem esse & validiorem. Sit ergo Aquila Iupiter, Cumindis siue Hubris Iuno; & hæc quidem noctu, ille interdium regnet. Hinc quibusdam Duc vocatur; quod Duces secundi sint à regibus. Nunc igitur ad nomina. Chalcedem ab obscuro æris colore dictam interpretor; quod nomen quia à natura sumptum, rectam habet significationis causam. Cumindis verò Phrygium est vocabulum, inditum à malo omine: *Com-hinder* enim idem est quod adueniens damnum, siue aduentus nocumentum, siue etiam quoduis impedimentum quod rei venturæ obstat. Quamobrem Cumindis nomen est ab hominibus factum, peruersam vocum formarum rationem secutus. Virgilius Buboni triste omen tribuit, quem nos eandem auem cum hac Homericæ facimus,

Serâque culminibus ferali carmine Bubo

Visa queri, & longis in fletum ducero voces.

Vi.
Vlula.
Vlulo.
Vul siue
Vupl.

Nobis à fletu vi vocatur, vnde Latinorum Vlula & Vlulo. Vul enim vocali longa idem est quod fleo cum tristi voce, siue ploro: quod ab eadem origine dicitur Eiulo. Vt ergo Scamandri, ita Cumindis nomen hominibus adscribendum; eo quod vtrumque ab infauso omine inditum sit, contra ac ratio sapientum & Deorum postulat. Cumindis certè damnum adfert, sed leporibus maxime, & vulpibus, & mustelis, quas noctu rapit, & ad nidum congerit. Quæ enim de auguriis dicuntur, vana sunt & anilia deliramenta, & ideo sapientibus nominum opificibus indigna. Eiusdem peccati est Ptyngem eandem auem vocare à *ptye-tjng* / quo significatur hostilis vel inimicæ rei nuntius. Ex *ptye-tjng* per concisionem fit Ptyng, & addita littera Græcorum terminante, Ptynx. Hubris verò è nostro *hub-ur* / ceu Huburis, & syncope admissa, Hubris, est maximus bubo, vti *Di-æ* maximus bos, & *Di-han* / maximus gallus, & *Di-alt* / maximè senex, & *Di-ere-ur* maximus considerator, & *Sat-ur* maximum semen siue præstantissimus fator. Hesychius Milesius nocturnam auem esse dixit, non adiecto quænam esset. Aristotelis certè contextus de Cyminde aliquid monstri alit. Suspicio ab aliquo additum fuisse, Cumindem ab aliis Hubrin, ab aliis Ptynga, vocari. At is quisquis fuit, non animadvertit, Aristotelem Cumindis nomen ad aliam auem detorsisse. Nobis interim clarum dedit indicium, Aristophanis & Homeri Cumindem, maximum esse bubonem, longe quàm noctua sit maiorem. Verùm ne cum noctuis, & vlulis, & bubonibus, & diuersis harum auium formis, in tenebris diu vagemur, satis habebimus, hæc indicasse, & ostendisse, cur Chalcedum, Cumindis hominum nomen dicatur. Erat in suburbano Troianorum tumulus, quem homines *βάτειαν*, siue *βατίειαν*, nominarunt: Dij verò monumentum Myrinæ.

Di-æ.
Di-han.
Di-alt.
Di-ere-ur.
Sat-ur.

Βάτεια siue
βατίεια.

Τὴν ἦτοι ἄνδρες βατίειαν κελήσουσαν,

Αθάνατοι δὲ τε σῆμα πολυσπάρμοιο μυρίνης.

Myrinæ tymbum
siue.

Hic alij alia: nobis placet, *βάτειαν* à rubo tumulum nominatum, quo spinæ genere abundaret, veluti neglectus: Dij verò & sapientes rerum prisicarum periti, scientes eum Myrinæ Amazonis tymbum esse, & virtutis memoriam perpetuè esse venerandam, quo præsentis æui homines ad fortitudinis & ceterarum virtutum in antiquis celebratarum emulationem incitentur; nullo modo locum hunc sepulcro consecratum à rubis per incuriam enatis nominandum putauerunt. Quo verò luculentior hæc mea euadat ratio, quam nec Eustathius, nec quisquam, quod sciam, ceterorum prodidit; addam quid Cicero de Archimedis sepulchro in Tusculanis suis quæstionibus scripserit. Huius sepulchrum, quod ipsimet Syracusani ignorabant, ait se in vepribus & dumetis, quibus septum erat, peruestigasse, ac locum iussisse falcibus expurgari. Vides igitur quanti Cicero huius viri fecerit monumentum; quanto contra vitio vertat Syracusanis, quod acutissimi sui ciuis ignorarent sepulchrum. Ex hoc igitur, similitudine ad vnguem proposito nostro congruenti, de Myrinæ Amazonis sepulcro ferenda sententia, quod vulgus vepretum siue rubetum vocabat, ob ignorantiam veteris historię. Dij verò & sapientes, quibus antiquæ virtutis memoria curæ erat, Myrinæ fortissimæ quondam Heroinæ monumentum nuncupabant. Taxat ergo poëta occultè Troianos, ceu eos, apud quos iam prisicæ virtuti nullus honor exhiberetur; quod vitium ciuitatum fetè sequi solent euersiones. Vidēsne quantum sententiarum pondus diuerso Deorum & hominum nomine velarit; quamque parum, quid sibi voluerit, interpretes assequantur?

quantur? Habet alibi Homerus Briarei & Ægæonis nominum discrimen.

Briareus.
Ægæon.

Ὡχ' ἐπατόγγχερον καλέσασ' ἐς μακρὸν ὄλυμπον,
Ὀν βελάρων καλέουσι θεοὶ ἄνδρες δέ τε πάντες
Αἰγαίων· ὃ γδ' αὐτὸ βίη οὐ πατρὸς ἀμείνων.

Obscurior profectò hæc nominum est diuersitas, propter incertam Ægæonis notationem. Narrant quidam, & inter alios Ælianus, Briareum ex Eubœia Ægæi maris insulas sibi subiugasse. Alij Ægæona tumulum quendam esse dicunt centum fontibus insignem. Nobis eorum arridet sententia, qui Ægæona Solem interpretantur. Hunc Dij Briareum vocant, à βριαρός, quo grauis & robustus denotatur. Nescio tamen an nomen ad Phrygios potius sit referendum, apud quos Βρι-uar-heit idem est quod princeps in libertate seruanda custodiendaque; quæ notatio in fabulam Homericam rectius quadrat. Dicitur autem Sol Iouem liberare, quia per Iouem vita intelligatur, & hæc à Sole custodiatur, & à frigoris carcere liberetur. Hieme enim à frigore tota vita adstringitur, & vinculis quibusdam videtur coerceri, ne libertate sua in germinando, florendo, fructuq. producendo perfruatur. Eam Sol è vinculis eximit, & in libertatem asserit. Quamobrem bene Briareus à Βρι-uar-heit nominatur. Heut & hoot & het caput significant, diuersis & rationibus & dialectis. In war duplex digamma est omissum, quod frequens est. Homines verò Solem à perpetuo gaudio vocant Ægæona; qua in voce quia corporis potius gaudium spectant, quàm mentis; à vera aberrant nominum fabricandorum via, quæ, quod summi honoris est & summæ efficacitatis, in vocabulis potius quærit, quàm quod minus habet vel emolumenti vel necessitatis. Quòd si simplicius placeat nodum soluere, dicas Briareum à Serinis Dei filiis dictum; Ægæona verò à Græcis; & idcirco hoc hominum, illud deorum nomen esse. Quod si ita est, Homerus fabulam ab Orphicis acceperit, vti ceteras omnes, quæ quidem ad germanam pertinent antiquitatem. Quòd autem γαίω pro lætari accipiat, ipsemet vates ostendit, quòd dicit, κούδ' γαίω: qua appendice videtur Ægæonis etymologiam indicasse. γαίω verò à nostro Γαι esse deriuatum, neminem puto dubitaturum. Et hæc quidem de iis quorum duo nomina sunt, alterum deorum, alterum hominum, satis sunt. Ceterum illud mirabilius, poëtam etiam herbam descripsisse, cuius nullum apud homines, sed apud solos deos nomen exstaret. Post alia igitur quibus vim herbæ exposuit, sic canit: *Moly herba.*

Ὡς ἄρα φωνήσας πύρε φάρμακον ἀργειφόντις,
ὅτι γαίης ἐρύσας, καὶ μοι φύσιν αὐτῆ ἔδειξεν,
Ρίζη μὲν μέλαν ἔσκει, γάλακτι δ' εἰκελον ἄνθος·
Μώλυ δ' ἐμὴν καλέεσσι θεοὶ· χαλεπὸν δ' ἐτ' ὀρούσκει
Ἀνδράσι γ' ἐθνητῆσι· θεοὶ δ' ἐτε πάντα δύναν'.

Id est ad verbum,

Sic Deus effatus, caso cui nomen ab Argo,
De terra vulsum mihi dat medicamen, & addit
Naturam: radix nigra, erat flos lacteus illi,
Moly vocant superi; mortalibus ardua res est,
Et dura effossu: sed possunt omnia Diui.

Ex hac allegorica Homeri herba, crediderim Moly Theophrasti manasse, qui ad Peneum & Cyllenem id inueniri scribit, & radice rotunda esse, ad modum cepæ formata, quæ tamen non difficulter euellatur; qua nota ab Homero recessit, nisi fortasse negatio in Theophrasti codice desideretur. Plinius quamuis Theophrasto in radicis descriptione consentiat, in eo tamen discordat, quòd difficilem ad euellendum dicat, ne videlicet ab Homero recedat. Addit etiam, Græcos luteum florem, contra poëtæ auctoritatem, herbæ appinxisse. Postremò omnino vacillans, & à cepæ rotunditate longè dilabens, de periti nescio cuius medici opinione, radicem ei dat pedibus triginta, & eo amplius, longam, quam è Campania sibi allatam dicit; nec foliorum nec floris addita delineatione. Galenus nullum genus priuatim hoc nomine celebravit, sed illius dumtaxat Moleos meminit, quod alij Rutam siluestrem nuncuparunt; & loco Moleos Theophrasti & Dioscoridis, herbam nobis inuexit Mylen vocatam, quam dicit paruo bulbo radicem similem habere, & constringendi vi tanta præditam esse, vt matricem hiantem cum farina lolij supposita curet; quod de Moly suo Dioscorides refert:

ἡδὲ ρίζα, inquit, μικρὰ βολεσείδης αὐτῆ σφόδρα ἀγαθὴ πρὸς ὑστέρας ἀναστομώσεις περιμμένη
 καὶ ἰρίνου μύρου. Galenus loco ἰρίνου μύρου, habet, αἰρίνου ἀλόου, & tamen Dioscoridi
 hanc adscribit sententiam. Dubium est an Dioscorides eam valere dicat ad apertiones
 matricis procurandas, an inhibendas. Irinum certè vnguentum non adstringendi, sed
 recludendi facultatem habet, & si quid aliud strenuum est ad matricis obstructions
 amoliendas. Quòd autem Galenus lolij farinam eius loco legerit, ne id quidem facit
 quidquam ad astringendum ea quæ sunt aperta; cùm lolium acredine sua matricem
 aperiat, & hac de causa ad fecunditatem facere scribatur. Quid quod ipse Galenus
 fatetur, huius acredinem, quàm ireos, esse maiorem; & calorem eius ad tertium excal-
 facientium gradum ascendere. Ruellius fanè sic Dioscoridem intellexit, vt ad ape-
 riendas vulvas, non ocludendas, herbam valere dicat. Sed hæc alibi discutienda. Si
 fas esset fateri, equidem Galenum hinc dormitasse dicerem. Vereor tamen ne tota hæc
 medicorum de Moly disputatio ad lanam captinam referenda sit; eo quòd Moly in
 Homeri & antiquorum potius fabulis, quàm in vllis montibus, natum sit. Paullus
 Aegineta & Aërius præter Befasan siue Ruram siluestrem nullum Moly agnouerunt.
 Nos interm contēdimus, Homericum Moly totum symbolicum esse, & eius nomen
 è deorum siue Setinorum sermone derivari. *Moet* nobis animum significat, à *Mat*,
 quod est indomitum. Animus enim; quo nomine pars nostri, rationi aduersaria, intelli-
 gitur; per se indomitus est, & à ratione siue mente, veluti fera quæpiam domandus,
 iuxta illud Horatianum,

Animum rege; qui nisi paret,

Imperat; hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Magna vis est veritatis, omnibus sapientibus occulto quodam modo inspiratæ. Vide,
 rogo, quàm aptè Horatius diuinis nominibus cecinerit, dum animum dixit frenis esse
 compescendum. Nobis enim *Moet* ichnæa vox est, sui conuersione frenum nobis de-
 monstrans, quod *Tœan* vocamus. Docemur ergo à vocum architecto, animum nostrum
 perpetuo freno esse continendum. Quoniam verò animus indomitus omnis humanæ
 necessitatis in primo homine causam dedit, & nos molestiis inuoluit infinitis; placuit
 sermonis opifici, vt necessitas & molestia *Moet* homonymia quadam diceretur, vti vera
 animi primorum parentum soboles. Id aded fecit, cùm quo historiarum veteris monumen-
 tum in nominibus exstaret sempiternum; tum ne quis Deum ærumnarum quibus hu-
 manum genus affligitur, crederet auctorem; tum etiam, & id quidem potissimum, vt
 animum semper freno compescamus, ne in maiores molestias & necessitates nos præ-
 cipitet. *Moet* *lij* igitur idem nobis est, si *lij* vt verbum capiatur, quod Anime fer siue
 patere: sin *lij* vt nomen accipias, animi patientiam notaris. Porò in alia ipsius *Moet*
 significatione, *Moet* *lij* erit molestiarum & necessitatis patientia. Est autem nostro ser-
 moni sollempne, vt sapius dixi, Tau è medio tollere, quod si fiat, *Moely* habebis disyl-
 labum vocabulum, in quo I longum duplici ferè I notare consueuimus, vnde Græci
 nonnumquam Ἰψιδόν fecerunt, vt è *Strijman* Strymon, & alia; quod hoc in nomine
 tanto magis excusandum, quòd hac via Græcorum terminationi accommodetur.
 Admirandæ igitur efficacitatis herba est Moly, quo in primis animo patientia impera-
 tur, & illa quidem omnis molestiæ & necessitatis humanæ. O nigram radicem, & dif-
 ficillimam euulsu, & profectò numquam euellendam à quoquam mortalium, ci-
 tra diuinum auxilium. Verùm hanc atram difficultatem flos lacteus compensat.
 Suauissimus enim fructus ex hac patientia enascitur, quo nullum lac vel candi-
 dius, vel dulcius, vel robustius ad alendum esse possit.

*Lapathi her-
 ba genus
 quod vulgò
 Patientia
 dicitur.*

Est nobis Lapathi genus, delicatius & tenerius ceteris, in hortis excultū, quod vul-
 gus Patientiam nominat. De hoc tritum est omnium ore prouerbum, *Lapathum non
 in cuiusvis horto prouenire*; quod Homerus dixisset, Moly non à quouis vel cognitum
 esse, vel euelli posse. Duobus ergo nominibus hanc herbam Diis solis adscribit; altero,
 quòd diuinitus eius nobis gratia contingat; altero, quòd nomen nihil Græcæ dialecti
 haberet, sed rota eius compositio ad vetustum Deorum sermonem referenda esset.
 Nulla verò est præsentior aduersus omnia omnium cupiditatum incantamenta medi-
 cina, quàm si animo nostro imperemus, vt patienter ferat rationis mentisquæ frenum;
 quod tamen principio durum videatur, post tamen mellitum euadit, iuxta illud prin-
 cipis

cipis Sophorum dictum, Vitam delige optimam, suauem reddet consuetudo. Nusquam autem maius periculum est ne animus rectore, velut Phaëthonte quopiam excusso, per deuia feratur, quam in magna rerum omnium affluentia, & summis deliciis, cum ceteris, tum ad ventris infima spectantibus. Verum enimvero quia omnis totius vitæ rectè instituendæ ratio in Moly continetur, nec quicquam tam durum est, quod animi patientia non vincat, atque adeo ipsa veritas dixerit, *In patientia vestra possidebitis animas vestras*; multi mihi codices sint scribendi, si omnes huius herbæ facultates sigillatim sint recensendæ. Illud in summa satis esto dixisse; cum cui Deus hanc herbam dederit, nihil vnumquam tam grauis periculi aditurum, quod superare non possit; & semper tutissimum fore ab omnibus mundi incantamentis. Circe enim nihil aliud est, quam mundi illecebra, potentissimis philtis homines in porcos & feras mutans. Præua tertiæ apud Latinos litteræ pronuntiatio effecit, vt vocis Circe ratio recta dari nequeat, nisi genuina littera in locum suum vocetur. Prisca enim & vera huius nominis scriptura *Chir-see* esset, quo significatur maris ornamentum, & illecebra, & omnis ratio, qua hospites suos tractare consuevit. Habet autem hoc vetustissima Setinorum consuetudo, vt mundum mari comparent, propter inconstantem & instabilem naturam, qua modò tranquillum aridet, & eos allicit quos mox sit omnibus tormentis vexaturum; modò infana ventorum vi agitetur, modò huc modò illuc teneat cursum, & vt vno verbo dicam, numquam diu in eodem maneat statu. Nulla profectò aptior queat fieri collatio, quam si mundum vastum pelagus vocemus, omni monstrorum, periculorum, insidiarum, blandimentorum, procellarum, turbinum, & omnium eorum quibus homines perire possunt, plenissimum. Huius ergo tam infidi maris illecebra blandis carminibus & suauibus poculis omnes mortales inuitans, & potentissima ad incantandum voluptatum prouocans Iynge, Circe siue *Chir-see* à priscis est vocata. Nihil igitur miri, si Vlyssis socij sint decepti; sed mirum, ipsum Vlysses tam blandas insidias euadere potuisse. Quamobrem ingeniosè à Poëta factum, quòd hoc docuerit non sine numine diuùm accidisse; & eum Deum ad partes vocarit, qui Iouis voluntatem mortalibus solet nuntiare. Hunc Deum mente concipimus, dum accuratè, quid recta ratio in singulis dicet, consideramus. Cùm igitur huius monitu, ceu freno quodam, animum nostrum à cupiditatibus coërcemus, & molestias omnes, & ea quæ vitari non possunt, perferre condoces facimus; tum dicimur Moly à Mercurio accepisse, & eius dono ab omni incantamentorum veneficiorumque genere perfrui securitate. Prisci Ianigenæ, quid Circes nomine notaretur, non ignari, finxerunt hanc Deam in promontorio quodam Italiæ amœnissimo quondam habitasse; atque illud ea de causa *Circæum* nuncuparunt. Nec malè quidem promontorium illud *Chir-see* potest vocari, propterea quòd insigne sit maris ornamentum. Variarum procreationi herbarum aptissimum videtur, hinc propter altitudinem, hinc propter mare & paludes quibus cingitur, hinc quia Solem toto die circumeuntem aliqua sui parte fuscipiat, nullo montium obiectu luminibus officiente. Mihi, dum ad Amasenum fluuium in vetusto diui Thomæ Aquinatis musæo putres chartas euoluerem, magna oborta est cupiditas huius montis adscendendi: verùm nemo Pipernatium, ob piratarum insidias, quas perpetuò sub rupibus eius latere metuunt, ducem se voluit itineris præbere; tametsi liberali mercede, vt meæ res ferebant, eos inuitarem. In montibus proximo interuallo distantibus, est mediocris herbarum varietas, & in rupe Taracina Tithymallum dendroidem primum conspexi, sed non dubito, quin *Circæum* longè sit fecundius, ob eas quas modò dixi, causas. Mirum est, quantum aër marinus & magnorum lacuum, tum generandi vim, tum calorem augeat; quod qui nescit, littora Cantabrica & Gallaica cum interiore regione conferat, & illud latus montis Baldi, quod Benacum respicit, cum altero, quod ad Lagatinam vallem & Athesin spectat, comparet. Illic enim Medica mala, & oliueta, & ceteræ id genus plantæ indicium facient, quantum maria valeant ad terrarum fecunditatem; docebuntque, quam recta ratione Veteres finxerint, *Venerem* è mari natam esse; quam rem non accuratius à Græcis consideratam notatamque fuisse mirarer, nisi scirem, non longè à Græcia sua peregrinatos fuisse eos quorum scriptos de plantis libros habemus. Sed hæc de Moly & Circe, quantum propositum nobis exigit negotium, dicta sufficiant; quæ si ad fabulam Homericam referentur, maiorem

Circe.

*Circæum
promontoriū.**Venerem è mari
nata fingitur
à veteribus.*

in modum Veterum figmentum iuuabunt, & veram Poëtarum intelligendorum viam ostendent; qui citra Phrygij & Thracij sermonis, qui idem fuit cum antiquissimo Setinorum, & nobis hæcenus vernaculo, difficillimè queunt accipere lucem. At quid ego de poësi dico? Quasi verò ea sola sit, quæ de præscio sermone & queat & debeat illustrari? Generatim dicere oportet, nullam prorsus linguam esse, quæ veras vocum suarum rationes inuenire possit, nisi ad vernaculi nobis sermonis officinam reducatur. Quid ago? Dum me corrigo, rursus longè infra veritatem subsisto. Non solum nullæ primæ origines vocabulorum citra linguæ nostræ subsidium dari possunt; sed ne litteræ quidem ipsæ iusto ordine recensentur in Alphabeto, nisi ratio de sermone nostro petatur.

Alphabeti sine Abecedarij ordo.

QVONIAM ergo nunc satis dictum est de diuinis & humanis apud Poëtam vocabulis; ad Abecedarium, è quo Hermathena vocum depromit causas, reuertamur; videamúsque primum illud, quod Latini seruarunt, vt simplicius, & de sola litterarum potestate, vt videtur, nomina sua sortitum. Pòst in Hieroglyphicis de Alphabeto apud Hebræos retento latius agemus. Æquum enim est, vt præscio Ianigenarum Alphabeto opitulemur, & illud à calumniis Iulij Scaligeri, & aliorum qui nullum rectum in eo elementorum ordinem seruari criminantur, vindicemus. Si sola nostra vernacula lingua rectè vtitur elementorum sonis in vocibus fabricandis, solaque veram habet earum pronuntiationem; probabile etiam est, litterarum ordinem ex ea petendum esse; idque tanto magis, quòd eius quem omnis Latinorum seruauit antiquitas, veluti per manus à maioribus acceptum, nullam prorsus rationem assignare possint, immo fateantur disertis verbis, eum longissimè à recta ratione dissidere. Mirandum itaque videtur, tam supinos omnes Veteres fuisse, vt non rectum potius ordinem, quàm peruersum in elementis recensendis sequerentur. Quid enim absurdius, quàm pueros suscipere formandos, vt recto ordine omnia cum dicant & scribât, tum ab aliis dicta & scripta intelligant; & in ipso statim limine omnem ordinem turbare? Egregium scilicet auspiciatumque principium, in ordine docendo, animis que componendis, nullum ordinem tenere. Scaliger non rectè factum esse dicit, quòd quem Latini à Græcis, aut Græci à Syris accepissent ordinem, retinuerunt; quod quorsum dicat, & quantum valeat, haud equidem satis intelligo. At illud scio, nec Græcos, nec Hebræos, nec Syros, nec Chaldæos, nec Arabes ordinis in Alphabeto suo plus assignare posse rationis, quàm possint in suo Abecedario Latini. Cum enim eorum omnium Alphabetum ab eo varia ratione descendat, quo Hebræi vtuntur, & clarissimis argumentis demonstraturi sumus in nostris Hieroglyphicis, nullam Hebræis ordinis in recensendis elementis suis constare rationem; non est spes vlla, vt vel Græci, vel Syri, vel Chaldæi, vel alij affinium linguarum homines nos doceant, cur post Aleph Beth, & post hoc Gimel, & cetera post cetera elementa consequantur. His ergo pro tempore valere iussis, Romanorum Abecedariam aciem consideremus; videamúsque, ecqua causa, quæ ceteros hæcenus latuerit, queat inueniri, ob quam hæc, quam habemus, non alia, elementorum series fuerit instruenda. Quòd si Hesiodicum illud verum est, non carere sua causa, quod plurimorum fama ac rumore iactatur; quanto minus credi potest, Abecedariam Latinorum aciem, quam nemo ab omni seculorum memoria rumpere ausus est, tametsi aliqui non bene instructam esse murmurarint, nullam stationis ordinis que habere causam. Nos itaque asserimus, luculentissimam totius ordinis rationem in nostro sermone cerni, atque eam tam grauem, tam solido fundamento nixam, tam diuinam, vt non humano ingenio, sed Spiritus sancti instinctui tribuenda videatur. Quamuis ergo non aliis antea argumentis euicissem, nostram linguam Latinæ matricem esse; ex ordine tamen litterarum euidentissima existeret præscæ veritatis demonstratio. Neque enim Latinis enumerationis litterarum inuentio tribui potest, quando nulla apud eos structuræ ordinis que causa reperitur: neque rursus eam Hebræis vel affinis nationibus adscribere possumus, quoniam nec ordo idem sit Latinis & Hebræis, nec Hebræis sui ordinis causa vlla constet, tantum abest vt alios docuerint seriem elementorum. Restat igitur, vt Latini litteras ab eis dicantur accepisse, apud quos earum series certissimis causis & maximis continetur. Porro vt ordinis causa perspicua fiat, in primis nobis annotandum, duo præscis Setinis nominum genera fuisse, quibus litteras docerent. In litteræ definitione tradidi, litteræ nomen ipsis vocibus prius conuenire, ac deinde per analo-

Setinis præscis duo nominum genera fuerunt, quibus litteras docerent.

analogicam homonymiam scriptis quoque vocibus tribui solere. Prisci igitur illi viri alia nomina ipsis vocalibus elementis, alia figuris elementorum dederunt; & vocibus quidem ea accommodarunt quibus potestas siue sonus litteræ indicaretur: in pictis verò litteris, non potestatis tantum rationem nomina habebant, sed ipsam etiam imaginis earum delineandæ formam indicabant. Duplex hinc existit Alphabetum: alterum, quod Latini; alterum, quod Hebræi consensuque sermonis nationes sibi seruarunt. Quia verò in pingendo binæ litteræ coniungi possunt; nihil miri, si plures litteræ pictæ, quàm pronuntiatae recenseantur. Nam apud Latinos, qui vocalium elementorum nomina retinuerunt, non plures sunt simplices litterarum soni, quàm vnde viginti, licet hi compositione & temporibus quoque varientur. At scripta elementa viginti duorum numero comprehendere priscis visum est; cuius causas Hieroglyphica nostra declarabunt. Quamuis autem hic loquendi docendique vsus apud antiquissimos fuerit obseruatus; postea tamen Latini sua nomina æquè scriptis atque pictis litteris dederunt; nec aliter Hebræi nomina sua ad sonos traduxerunt. Verum hæc analogia nihil habet absurdum, & idcirco minimè proscibenda. Quia verò naturæ ordine prior est vocalis sermo, quàm pictus; nosque totis his commentariis non de scripti, sed de vocalis sermonis partibus egimus; rationi consentaneum est, vt nomina quibus voces prisci designarunt, hoc loco explicemus, alteris illis ad Hieroglyphica, quorum numero comprehenduntur, dilatis. Vt ergo rem aggrediamur, ea nobis hinc sumenda quæ apud omnes Grammaticos extra omnem controuersiam posita videmus. Quis est eorum qui non fateatur litteram Ka superuacaneam esse, & eius sonum tertiam litteram contineri & absolui? Q item nihilo magis esse necessariam, vno ore clamant omnes litterarum magistri; quoniam ea eiusdem cum C sit potestatis. Porro X duplex cum sit, reiicienda est è simplicium vocum numero; nec magis hoc nostro vocalium elementorum censu dignanda, quàm St, aut Tr, aut Sc, aut alia id genus duos litterarum sonos complexa. Quod verò Latinorum aliqui H adspirationem litterarum albo exemerunt, id citra iustam rationem tentarunt. Quamuis enim consonantibus postposita potestatem non admodum mutare videatur; suam tamen vim ante vocales habet apertissimam. Fateor equidem, eam facillimè euanescere, ceu spiritum quendam; sed non citra manifestum soni discrimen. Quod si clarum in pronuntiatione faciat differentiam, ita vt addita luculento sono ab aliis consonantibus distincto aures feriat: quid, rogo, iuris est, vt è medio tollatur? At non est apud Græcos. Fateor equidem, & hoc ipso nomine eorum Alphabetum mutilum esse censemus; sicut duplicium litterarum nomine & vocalium longarum appendice redundans. Quæ enim amentia, adspirationem remouere, quæ clarissimè vocalibus consonat; & ex breui & longa vocali duas litteras comminisci; & id non facere in omnibus, sed in duabus dumtaxat? Quæ rursus stoliditas, duabus litteris coniunctis numerum augere litterarum, si id non fiat æquè in omnibus geminatis? Vnde igitur hæc tam confusa & perturbata doctrina in scholas irrepsit? Ex eo, mihi crede, quod & ordinis & numeri litterarum nulla ipsis certa ratio constaret; nec item discrimen inter scripta & pronuntiata elementa agnoscerent; atque idcirco, vt cuique visum fuisset, litteræ vel exemptæ vel insertæ. Nobis igitur solis, quibus & ordo & numerus certus litterarum vtriusque generis cognitus est, licebit de his rebus iudicium ferre: ceteris nationibus quæ sermonis nostri sunt imperitæ, tantumdem credendum, quantum cæco de coloribus disputanti. Apud Latinos igitur quibus vocalis Abecedariæ enumerationis ratio remansit, Kappa ab illis adscitam credimus, qui adspirationem temerario ostracismo ciuitate litteraria eiecerunt, quo videlicet vacuus locus expleretur. Eodem modo, quod ex antiqua memoria à maioribus accepta didicissent, inter P & R litteram vnam interpositam fuisse, cuius sonus ipsis perisset; quo locum eius quo carebant, supplerent, Q commenti sunt; tanto tamen id, quàm prius illud, maiore ratione; quod Q siue Cu aliquando illius deperditæ litteræ locum in vocabulis à prisco Ianigenarum sermone seruatis occuparet. Ex *Wie* enim, *Quis* vel *Qui*; ex *Wan* *Quando* retinuerunt, vt antè tradidi. Nobis ergo perspicuum est, hanc litteram quam Digamma duplex crebrò vocamus, quia per duo *Vau* pingatur, ex hoc loco deperditam olim fuisse; propterea nimirum, quod citra hanc nec litterarum numerus quibus vtimur, sit expletus; nec integer sit totius Abecedariæ orationis contextus. His nunc præmonitis, & obiter delibatis; ordinis eius quo nouem-

Alphabetum duplex.

Littera simplices siue vocales nouemdecim: scriptæ verò viginti duæ.

X littera superuacanea. Q littera superuacanea. X littera superuacanea.

H adspiratio male litterarum albo eximitur.

Alphabetum Græcorum mutilum & redundans.

Digamma duplex W.

*Deus inno-
cendus in om-
nibus rebus
aggrediendis.*

decim simplices litteræ, siue prima vocum elementa, recensentur, causam aperiamus: quam tanto studiosis omnibus, & nostratibus præsertim, spero fore gratiorem, quanto pluribus sæculis in Cimneriis tenebris iacuit sepulta; quantoq. minus spei esse potuit, vt quisquam tandem existeret, qui post tam illustria Romanorum ingenia frustra in hac quæstione fatigata, veram rationem inueniret. Nemo est tam vecors, aut omnis communis sensus expers, vt nesciat, inter ea quæ docentur, elementa primum sibi locum vindicare. Quanta verò religione semper apud omnes mortales obseruatum sit, vt prima rerum initia fausta feliciaq. essent, si multis doceam vel Latinorum vel Græcorum exemplis; meritò dicar in re clarissima superuacaneam operam posuisse, aut potius perdidisse. Quo verò solida ad felicitatem & prosperos rerum propositarum successus fundamenta iaciantur; Deus, citra cuius opem nihil possumus, ante omnia inuocandus; non in magnis modò, sed in minimis etiam rebus aggrediendis; vt verissimè cum ab aliis, tum à Platone in Timæo traditū habemus. Poëtæ qui hæcenus in hominum manibus versantur, licet vetustissimorum vatum, qui primi fabulas condiderunt, vix mereantur simij nuncupari; hoc tamen diligenter seruauerunt, vt sancto aurei sæculi ritu Deum principio auxilium orarent. Optimè igitur ille qui poëma suum sic auspiciatur, *ὦν δὲ ἀρχαίμεθα*. Nec malè ille, *Μὴν ἀείδε θεά*. Et rursus, *Ἄνδρα μοι ἔνεπε μῦσα*. Et alius, *εἶπε θεὰ κρυφίων ἑπιμάρτυρα λόχον ἐρώπων*. Virgilio placuit, vt prius quid acturus esset, proponeret; ac deinde inuocaret. Quid quod Lucretius, Dei religionisq. omnis contemptor, Veneris auxilium in primo operis sui limine hymno satis longo & operoso implorat? Nec mea nunc refert, quo nomine quisque Deum inuocarit; hoc satis est, omnes ab oratione opera sua inchoare. Sed quorsum meridiano Soli lychnum accendo? Quòd si omnium rerum exordium preces faciant, non apud Christianos tantum quibus præcipitur vt continuò orent; sed apud exteros etiam, & veræ religionis ignaros: quid censemus in pueris erudiendis faciendum esse, in quorum spe tota respublica consistit? Nam si verè dicitur,

*Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu:*

nihil æquè in omni vita curandum, quàm vt prima ætas solidis & firmis fundamentis fulciatur, quibus deinde ad normam quadrata totius vitæ structura sit sustinenda ac colliganda. Vt quisque igitur & seipse, & domum suam, & totam ciuitatem saluam esse vult; ita pueros mox à teneris vnguiculis formare debet, qui, veluti mollis adhuc cera, quocumque velis, facillimè sequentur. Quamobrem si nihil exordium citra orationem præmissam; minimè fuerint litteræ sine precibus docendæ. Præpostera enim sit & pessimæ peruersitatis, non illud in principio litteraturæ facere, quod summos & maximos quosque non fecisse modò scias; sed vt fiat, primos etiam philosophorum suis clarissimè mandasse. Si discipulum tuum ad poëtarum & reliquorum sapientiæ doctorum lectionem deducere velis, & is post intelligat, te in primo limine elementorum ab eorum præceptis declinasse; an non te vel crassæ ignorantia, vel inuidiæ, qua id quod primarium erat in omni eruditione, celaueris, meritò accuset? Hac ratione ab ipsis naturæ principiis homini insita permoti atque compulsi primi Abecedarij doctores, ea litterarum simplicium nomina excogitarunt, quorum iusta & congrua inter se constructione oratio pueris aptissima absolueretur, quo simul & elementa & salutarem precandi formulam memoriæ mandarent. Ne tamen quidquam vel melius posset excogitari vel compendiosius, omnia nomina monosyllaba fecerunt; & vocales quidem per se; consonantes verò, quia aliter audiri non possent, vna adiecta vocali extulerunt. Nec aliis consonantibus aliam vocalem, sed omnibus vnâ eandemque secundam tribuerunt; tum vt facilius litterarum traditio esset ac memoria; tum vt in omnibus consonantibus cogitarem, nihil in rerum natura esse posse, quod non nitatur ipsi Vni, tamquam fundamento. Quamuis enim Ha quosdam audiamus pronuntiare; id tamen vitiosè fit, & contra ceterarum consonantium regulam. Hebræi He seruauerunt, pro eo ac vera ratio postulat. Quod autem E longo tempore pronuntiatum Vnum significet; id antea satis superque monstrauit, quo fit, vt eadem hic repetenda non sint. Tota igitur & nominum & ordinis ratio pendet ex orationis contextu; quam qui non intelligit, is frustra de Abecedario ordine disputabit. Est autem

*Litterarum
simplicium
nomina qua-
lia excogita-
vint primi
Abecedarij
doctores.*

hæc

ditur, designandum, inueniri possit magis proprium. Eius enim conuersio in contrarium se transit, quo pecus & alia designantur, quibus humanus animus terrenis rebus affixus est; qua de voce suo loco latius. Verum quando nunc scimus quid praeceptor oret: videamus & illud, quem oret; & à quo tanto desiderio, quantum *hæc* expressit, id quod rogat, cupiat impetrare. Non alium sanè quàm ipsum Deum orat; cuius cum nullum sit nomen proprium, propriam eius formam describens, quippe quam nulla mentis cogitatio capere queat; illis vocabulis in eo compellendo uti oportet, quibus dona eius, quæ largo cornu per spiritum suum effundit, denotentur. Aliàs igitur aliis nominibus Deum vocamus, pro eorum quæ ab ipso petimus, diuersitate. Huic certè loco nullum nomen aptius esse potuit, quàm *te* cum articulo. Quando enim omnis oratio omnisque doctrina eò primum sit referenda, ut Deo reconciliemur & vniamur, optimè ab Vnionem eum vocabimus, dum hoc ab ipso petemus. Et veidò non vnionem modò, sed legitimum etiam & firmum coniugium designat, à quo per primum peccatum diuortium factum est. Cum itaque, nisi hoc coniugium rursus inter humanam mentem & Deum redintegretur, salui esse nequeamus; maxima ratione Deum in prima oratione & prima eius parte ipsum Vnum vocamus voce nostrati, cui nulla apud Latinos, nulla apud Græcos, nulla apud Hebræos vox æquiparanda reperitur. Longissimè enim omnes ceteræ linguæ absunt ab hoc vocis *te* artificio, uti satis antè declaratum. Neque porrò hac sola causa, tametsi ingens pondus habeat, Deum hoc loco ipsum Vnum nuncupauit Abecedarius preceptor. Altera accedit, & ea sanè cum aliis, tum duobus nominibus illustrissima: semel, ut statim ab initio omnis Deorum multitudo per Vnius nomenclaturam excluderetur, omnisque idolomania & occasio & contagio à tenebris pueri mente procul abarceretur; ad quam cautionem nihil efficacius, quàm si mox cum primis litterarum nominibus imbiberet hoc axioma, quo nullum in religione prius, Vnum solum Deum esse adorandum: Rursus, ut in primo elementorum limine vltimus hominis finis proponeretur, de quo Christus dixit, *Vnum est necessarium*. Finis enim hominis est ipsius Vnius cognitio, & per cognitionem cum ipso Vno vnio, quæ ab alio, quàm ab ipso Vno, fieri nequit; & idcirco non ab alio, quàm ab ipso Vno, est petenda. Sed infinitus sim, si omnia quæ huc spectant, in medium adducam consideranda. Abundè cumulatèque mihi videbor lectori promissa perfoluisse, si per transennam dumtaxat eminus indicauero, quantum mysteriorum breuissima oratione, monosyllabas solas complectente vuculas, sit comprehensum. Secunda orationis pars ternarium præcedenti senario adiungit, qui sic habet: *I, el/ em*. Hic rursus prima vucula interiectio est, ei conueniens, qui sese altius profundiusque cuiquam insinuare contendit; cuius vsus nobis, non minus quàm ipsius *hæc*/ familiaris est & quotidianus. Est enim blandientis insinuantisque proprius sonus, quo nullus aptior est, ut in eius præcordia, cui placere cupimus, penetret; propter insignem nempe subtilitatem. Et si breue pronunties, idem est quod exalta; si syllabam producas, nobilita: at dum syllaba breuis est, frequentius adspirationem præponimus. *Hæc* enim ut *hæc* quoque crebrius dicimus; eo quod spiritus vim euehendi augere videatur. *Em*/ siue *hem*/ quod nobis quoque vltimè, idem significat quod Latini *Eum* dicunt: ex *em* enim *Eum* fecerunt. Tota igitur sententia his tribus vocibus absoluta Latine reddetur, *I redde eum excelsum*, siue euehe ipsum in sublime. Paulatim igitur preceptor ascendit, perinde atque in *Hæc*/ id est, in scala & doctrina fieri debet. Qui quid *el* significet, scire volet, ea quæ antè tradita sunt, consulat. Neque enim mihi lubet eisdem repetendis semper immorari. Sequitur nunc tertia & vltima orationis pars, quæ parenthesis complectitur, & tota Latinis ita reddi potest, Et exalta pecudem (uti ipse est) ad te. *En* nobis coniunctio est deuinciendi copulandique indicans notionem. *En* siue *hæc* idem quod exalta; propterea quod æterna sint altissima. Magna igitur significandi vis est in *En* siue *hæc*/ dum pro exalto siue in altum eueho vsurpatur. Nam non altum modò, sed æternum etiam includit, & propterea pro alto ponitur, quod sola æterna verè alta dici queant. Videmus ergo scalam, per quam ex *hæc* ad *hæc*/ ex *hæc* ad *hæc* peruenitur. Frustra crebrius moneam, me mihi facere, an adspiratas has voces, an citra adspirationem pronunties, quoniam significandi ratio ex adspiratione in his minimè pendet: quemadmodum contra altitudo in *hæc* è sola petitur adspiratione. *En* igitur de recta verbi notatione æternæ cuiusdam

Vnus in Oratioe Abecedaria vocatur Deus.

Orationis Abecedariae secunda pars I interiectio blandientis.

El. Hæc.

Em siue hem.

Orationis Abecedariae tertia pars. En.

En siue hæc.

cuiusdam exaltationis rationem habet, qua precatur non contentus, summum culmen omnis altitudinis & sublimitatis adiecit, dum dixit, Exalta ad Te. Dicit verò, Exalta pecudem ad te, qualem discipulum suum esse confiteretur: Insignis hæc est doctrina, qua ad orandum instruimur. Vt enim à Deo exalteris, necesse est vt te ipse ad infimam hu-
Humilitatis laus.
 militatem deprimas. Diuina est & aureis litteris scribenda sententia filij Syrach, *Oratio humiliantis se nubes penetrabit.* Sed quid ego alios cito testes? Quin ipsam potius audimus veritatem hæc ore suo proferentem, *Omnis qui se exultat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.* Hinc beata Virgo, & beatior mater, & beatissima simul mater & virgo, Deo hymnum canit, quòd respexerit humilitatem ancillæ suæ. Et David multo antè cecinit, *Cor contritum & humiliatum Deus non despicias.* Et paullo antè; *Exultabunt ossa humiliata.* Quid multis? Deus, iuxta diuæ Virginis oden, *deponit potentes de sede, exultat humiles;* & iuxta suam ipsius sententiam, *Humiles exultat.* Maxima igitur Christianorum virtus est humilitas, à qua quantum philosophi recesserunt, dum eam in vitiis numerant; tantum à cognitione sui ipsius, & à vera sapientia fuerunt re-
Sui ipsius cognitio.
 moti. Nam accurata sui ipsius cognitio summam gignit humilitatem; vti contrà tanto quisque superbior est, quanto ignorantior; adeò vt nulla firmiter sit collectio, quàm ea qua concluditur, superbissimum quemque esse ignorantissimum. Non aberrauit ergo longè Socrates, dum se nihil scire dixit; & hoc suo dicto demonstrauit, se maximam sui notitiam habere. Abecedarius noster magister nos docet confiteri, nos non homines, sed pecudes esse. Reuera enim pecudes effecti sumus cacodæmonis fraude; qui
Pecudes, non homines, nos esse, consistendum.
 mendacio impudentissimo parentibus nostris imposuit, dum polliceretur, si vetitum malum comedissent, Deo similes futuros. Contrà namque res accidit, dum pro Diis pecudes sunt effecti; quod vates hoc versiculo in odibus suis expressit, *Et homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Hoc illud est quod omnes iuxta philosophi ignorarunt; & ideo numquam ad veram sui ipsorum notitiam adspirare potuerunt; vnde efficitur, vt ne sapientiæ quidem veræ principium vnumquam aut perspexerint aut cogitarint, tantum abest vt sapientes debeant vocari. Rectissimè igitur hæc confessio Abecedaria omni non orationi modò, sed doctrinæ etiam adhibebitur, quo Deus humilitate nostra ad auxiliandum prouocetur. Dicitur autem *De / Phe / De & Fe* nobis pro eodem. Sueni *Diech* & *Dich* dicunt, vnde Latinorum Pecus remansit. Sed de hac voce alibi satis multa. Ingens sanè interual-
De.
Phe.
De.
Fe.
Diech.
Dich.
Pecus.
Die.
Er.
Jo vel Es.
 lum est inter pecudem & Deum; & tamen ex hac humilitate audet nos præceptor sursum euehere ad ipsum illum supremum apicem, fretus nimirum infinita ipsius bonitate & clementia. Dicit itaque, Exalta pecudem (vt ipse est) ad te. In his nihil amplius est obscuritatis: Parenthesis enim claris vsitatisque vocabulis tota constat (*Die er es*) *Die* enim Vt nobis significat vel *Qualis*: *Er* idem est quod *Ipse*: *Es* vel *Is* / quorum vt rouis æquè vtimur, idem quod *Est* Latinorù. Postremæ litteræ, *Te / D*, ad Te significant. Atq. hæc est tota oratio tribus partibus absoluta, vt Trinitatis numerus indicaretur; quam Latinè ad verbù reddere non possis, ob duas interiectiones; & vt interpreteris, numquã tamen vim vocũ equipararis. Crassiusculè tamè & proximè sic vertemus: Age: Ora: Quod summo animi desiderio cupio. O ipsum Vnũ omnia legitimè vniens, leua versus altũ! Quàm possum blandissimè te rogo, euehi ipsum in excelsum. Et sublimitate perenni exalta pecudem (vti ipse est) ad te. Nunc itaque totam precationem Abecedariam habemus explicatã, qua præceptor ipsum Vnum rogat, vt discipulũ suũ sic paullatim in sublime tollat, vt tandem ad ipsum Vnum adspiret: atq. ita breuissimo cõpendio, & plus quàm Laconico, totius vitæ nostræ & miseriam & felicitatẽ supremã complectitur, simul litterarum nomina recensens, simul orandi rationem omnem explicans, simul etiam ostendens quod nam sit homini summum bonorum, quo cum omnes totius vitæ rationes, tum litteratura maximè dirigenda est. Eant nunc qui volent, & adhuc rideant me, dum sermonem nostrum Latino antiquiorem esse contendo. Accusent nunc priscos illos viros, quòd litterarum nomina nullo ordine enumerarint. Tentent, si placet, ecquid simile ipsi totis ingenij viribus in eisdem elementis præstare possint. Equidem nullum mihi amplius in hac arena certamen restare cerno, quando modò multis variisq. argumentis satis constare existimo, nostrum sermonem primum mortalibus fuisse, & ex eo ceteros miraculosã quadam cõfusione in Babylonia
Orationis Abecedaria interpretatio Latina.
 extitisse,

Babelen. extitisse, quibus vtentes nos *Babelen* dicimus, id est, sic confusè loqui, vt non intelligantur ab iis qui primi sermonis sunt periti. Quòd si mihi coniectura libera detur, dicam ipsos etiam campos *Babylonicos* *בבל* vocari de primo sermone; & dictionem hanc sic effereudam esse, vt *Streingar* audiatur, de proprio videlicet litterarum sono, qua significatur id quod omnino corrumpit. In planitie enim terræ *Streingar* omnis prisca veritas corrupta est, omnis vitæ ratio peruersa, idolomania inducta, immanis superbiæ turris erecta, omnia denique & diuina & humana iura violata: & inde pœnæ vltionisque loco linguarum facta confusio, & *Babylonismus* stupendo miraculo exortus. *Streingar* ergo planities hæc vocata est; eo quòd omnia in ea fuerint corrupta atq. vitiata. Ceterum quia dico miraculosam hanc fuisse confusionem, non fuerit abs re, labores hos meos quos antiquæ veritatis studiosorum nomine suscepi, mantissa hac reddere gratiores, è qua cuius liceat portenta corruptelæ linguarum peruidere. Linguae quæ paullatim vel de diuersi sermonis hominum colluue, vel de veteris puritatis obliuione corrumpuntur, vocabula quidem plurima habent multum ab integris detorta, sed sic detorta, vt litterarum tamen series aliqua saltem tenuis in corruptis vocibus seruetur, tametsi vel principium dictionis vel finis non nihil sit mutilatus. Sic *Hispanus* ex *Homo* habet *Hombre*, *Gallus* ex eodem *Homme*, *Italus* *Huomo*. Eodem modo ex *Femina* *Gallus* fecit *Femme*, *Hispanus* *Hiembra*. Ex *Lumen* *Hispanus* *Lumbre*, *Gallus* *Lumiere*; & ad hunc modum alia ex aliis corrumpunt, sed sic vt faciliè cernas cognationem. At in confusione *Babylonica* longè aliter res habet: nam præter hunc communem & vulgarem sermonis corrumpendi modum, accessit & alter, qui voces retrorsum ire compulit, haud secus atq. *Cæcus* boues *Herculis* in antrum suum traxit. Nec hic solus satis visus est habere virium ad confusionem. Additus ergo & alius, qui talis est, vt litteras vocis alicuius integre dissoluat, & eas deinde, velut talos quosdam, iacet, ac post, vt quæque ceciderit, ita eas in vnum congreget ac deuinciat. Hinc factum, vt in quibusdam vocibus rectè, in quibusdam aliter fuerint collectæ: & vt verum fatear, hic postremus secundum comprehendit. Nam dum litteræ sic, ceu tesserae, iaciuntur, nonnumquam contrarius, ac pius fuerat, ordo existere potest; aliquando alius enasci. Hanc rem exemplis aliquot aperiemus, de lingua præsertim *Hebraica* petitis, quæ sola nostræ assertioni obsistere videtur, cum *Græca* & *Latina* facile nobis de principatu cessura sit, non illis quidem multis, ne totum *Lexicon* collegisse videamur, sed tot saltem, vt ex iis facilis de reliquis coniectura fiat. Fateor equidem omnes ferè *Hebraicatum* vocum radices me examinasse, & maximam earum partem ad veras primi sermonis origines non sine *luculentra* voluptate reduxisse, verum & me scriptionis, & alios lectionis pigeret, si quis, vt eas transcriberem, compelleret. Nec est vllò modo in artium traditione committendum, vt documentorum simbria minutissima quæque complectantur. Lubenter hanc prouinciam iis relinquemus quibus tempus & otium suppetet ad omnes omnium vocum rationes supputandas, quod vt promptissimè præstare queant, rectissimam viam iis demonstrabimus, quam ingressis nulla offeretur difficultas. Primum & ante omnia litterarum cognationes diligenter considerandæ, quas è *Græcis* & *Latinis* *Grammaticis* facillimè discas. In vocalibus proclius est transitus ex *A* in *E*; & ex *E* in *I*: rarior ex *A* in *O*: frequentissimus ex *O* in *V*, & contrà. Ex *facio* præteritum habes *feci*; ex *capio* *cepi*; & composita *efficio*, *perficio*; & similia ex similibus; nec aliter ex nostro *Lippe* *Labium* habent *Latini*. Sic nos *Tæm* & *Mæt* / siue *Tam* & *Mat* dicimus: alij *Tem* & *Met* / vt *Zelandi*. *Sueui* ex *Temt* *Timpt* faciunt. Sicut *Latini* ex *Mæt* *Mino*, ex *Menerua* *Minerua*, & alia. *Latini* ex *Mæt* *Metior* habent, eiusdem significationis verbum. *Græci* ex *Temt* *Themis*, quo decorum denotatur. *A* in *O* mutant *Sueui*, dum ex *Mæn* pro *Luna* *Mon* dicunt. Et *Latini* dum ex *Mæn* *Moneo* faciunt, verbum eiusdem cum *Mæn* significationis. Contrà *Latini* ex *O* faciunt *A*, dum à *Læt* *Lacio*, à quo *allicio*, formant. *Græci* ex *Mæn* pro *Luna* *µην* fecerunt, sicut ex *Selana* *σελήνη*. Iam breues vocales in longas, & longæ in breues non rarò commigrant. Sic ex *Mæt* syllaba longa *Mare* faciunt *Latini* pro eodem, & ex *meit* *Merit* verbum eiusdem notationis. *Græci* ex *Mæt* pro *Metior*, *µέτωρ* breui priore syllaba deducunt. Ex *Hæt* pro toto *Græci* *ἄλος* dicunt. In consonantibus tenues in medias & aspiratas transeunt, & è diuerso hæc in illas. Sic ex *Hæt* pro *oro*, fit *Peto*, tem-

pore

Linguarum
confusio &
corruptela.Litterarum
cognationes
& mutatio-
nes.

Labium.

Mino.
Minerua.
Metior.
Themis.Moneo.
Læt.
Lacio.
µην.
σελήνη.
Mare.
Metior.
Metrum.
ἄλος.
Peto.

pore etiam mutato; ex *imager* fit *Macer*. Sed hæc notiora, quàm vt exemplis opus sit. *Macer.*
Digamma, quod *Vau* vocant, in alterum *digamma*, quod sexto loco inter Latinas litte-
 ras recensetur, transit: & nostrum *digamma*, quod duplex vocamus, aliquando tolli-
 tur è medio, aliquando in simplex abit, aliàs in *Beth*, aliàs in *Qu* transit: quorum om-
 nium antè posita sunt suis locis exempla. *Tau* in *Sigma* & *Sigma* in *Tau* mutari, lippis
 & tonforibus notum. R item in *L* nonnumquam permutatur, vitio ferè pronuntiare
 caninam litteram nequeuntium. Iam adspiratio in *F*, & *F* in adspirationem mutatur;
 quod Hispanis frequens. Græci & Latini adspirationem in *C* non ratò verterunt; vt ex
Hart/napdiav & *Cor*; ex *Hou/ Cornu* & *νεξας* fecerunt. S in *C* quoque mutatur: vt ex
Slaut/ Claudio; ex *Seres/ Ceres* faciunt. De terminationibus linguarum peculiaribus
 ne mentionem quidem faciam, cum ea res sit omnibus notissima. Harum similium-
 que mutationum passim exempla in scriptis meis reperies; quo fit vt superuacaneum
 existimem, hic magnam è Græcis Latinisque congerere siluam. Nunc ad Hebraicæ
 linguæ corruptelam hæc conferantur. In primis in *אב* clarum est, duplex nostrum di-
 gamma in *Beth* transisse, *אב* enim antiquum significat, & pro patre nobis frequētissi-
 mè ponitur. Hinc *אבות* maiores omnes vocamus: & *אבן אבות* pro patre familias
 crebrò dicimus. Ex eodem fonte Latini *Auum* habent, in quo geminum *digamma*
 clarius agnoscitur. Rursus in *אבן* quod est desiderauit, voluit, videmus alterum duplex
 digamma periisse, alterum in *Bet* mutatum. *אבן* enim idem est quod volebat. In
אבן quod pauor, conturbatio, fremitus, ab interpretibus redditur, nobis perspicua est
 origo à *Ge-wol/* quod rabiem significat; quod si *Ge-wol/* dicas, perturbatio erit. Verùm
 prius placet vt apud Ezechielem rabies gladij intelligatur. Hic *Chet* pro *Gimel* habem-
 mus, & litterarum ordinem præposterum, vti Latini ex *las* Folium, è *ios* Soluo, Græci è
φοιν *μωρφη*, è *ροφ* *φωρ* retinuerunt. In *אבן* significatio variata. *אבן* enim siue *אבן* quod-
 uis malum significat, vnde Hebræi *אבן* pro luctu ponunt, & *אבן* pro lugebat, quasi in
 luctu summum esset malorum. Certè quibus longa vita, vt summum præmium, pro-
 mittebatur; iis non poterat non summum malum in morte collocari; nihil vt miri sit,
 vt *אבן* pro luctu dicant. At cum *אבן* pro magna planitie ponitur, vt *Iud. septimo*, tum
 originem ducit ex *אבן*/ quo campus nobis designatur; *Tau* malè reiecto, & nihilo me-
 lius *Aleph* præfixo. *אבן* validus dicitur & potens. Nobis *אבן* super significat; & vt ver-
 bum, idem est quod supero. Nos dicimus de *אבן* siue *אבן* pro supremo, vnde He-
 bræi *אבן* pro Deo quoque ponunt. In *אבן* pro gutta conuersio est vocis, præposito arti-
 culo nostro; *אבן* enim idem est quod guttatim stillo, vnde *אבן* è *אבן* pro gutta. Verùm
Aleph frequentissimè redundat; vti vides in *אבן* pro congreco, quod à nostro *ger* venit.
 Eodem modo superfluum est in *אבן* quo zona denotatur qua sacerdos cingebatur.
 Nobis *אבן* dicitur quoduis cingulum & vinculum. Vnde *Banda* pro vexillo, & *אבן*
 pro fecedere. Hinc de symbolica ratione cogita. Redundat item in *אבן*, quod significat
 pinguem fecit, quod factum est à nostro *אבן*/ mutato *Tau* in *Samech*, more Sueuorum,
 quos in sibilis Hebræi libenter imitantur. Nec magis necessarium fuit in Chaldaico
אבן pro tunc, quod clarissimè cernitur nostratis esse originis: Dicimus enim *אבן* pro
 Tunc in præterito, & *אבן* pro Tunc in futuro. *אבן* pro rubere ab eo dicitur, quo color
 ruber, haud secus ac flamma & pruna, oculos fatiget; ceu præpostero ordine dicas
אבן—*אבן*/ id est, fatigans oculum. Quod si *אבן* legas, eodem ferè res cadet. Hinc *אבן*
 lapis quem carbunculum vocamus, qui vibranti flama oculos lassat. Nos Rubrum co-
 lorem *אבן* vocamus, qua voce etiam *Virga* denotatur, quod *Seruius* in illo *Virgilij* an-
 notauit, *Virgatis lucent sagulis*. Ruber enim color oculum flagellat & conturbat. De
 Adami nomine alibi dictum. *אבן* Dominus dicitur, qua in voce *Aleph* superuacaneum,
 quod Hispani *Gotifantes* satis clarè demonstrant, dum *Don* pro Domino quopiam ge-
 nerosiore dicunt. Nostratis frequens est loquendi formula, *אבן* id est, *אבן* in *אבן* sa-
 ren/ id est, eius apud me est potestatis, vt ex eo omnia mea dependeant; nec quicquam
 faciam aut omittam, nisi ipsius arbitratu. Hinc *אבן* pro Domino, penes quem om-
 nium eorum quæ facere nos oportet, arbitrium est. *Gotis* olim in vsu fuit, nobis obso-
 letum, nisi quod ratio eius non vna apud nos exstet. Nam non ad *אבן* tantùm alludit
 nomenclator, sed ad *אבן* etiam siue *אבן*/ quo norma ipsius cantus denotatur, quam qui
 seruat, & in ea ceteris præit, Græcis *coryphæus* vocatur. *אבן* Hebræorum interiectio
 est,

est, quam Aha pronuntiant quidam: Nostrates *Atch atj* dicunt, ita vt He sit pro Chet, quod est frequentissimum. *אח* pro amo est à nostro *hog-haw* / id est, alto loco habeo, siue plurimi facio. Eiecta est littera, & eam quam dico eiectam esse, de Græco verbo discas, quod ex hac radice est corruptum: *ἀγαπῶ* enim idem significat; quo in verbo Gamma cernis, & ex Beth tenuem litteram factam; quæ ratio originis è cognatis linguis inuestigandi magno nobis frequenter est vsui. Nisi enim *ἀγαπῶ* Græci haberent, vix mihi crederetur quod de Gimel adempto dixi. Et quia id hic perspicuum est, non debet absurdum videri, quod paullo prius de *אח* dixi. *אח* tabernaculum interpretatur. Nos *Hal* dicimus pro laxiore loco ad res ab iniuria cæli seruandas accommodato. Aleph autem superfluum esse, ipsi etiam fatentur Hebræi, quia nonnumquam vox hac littera caret. Arabes ab *Hal* Magal fecerunt, quo communis cognatorum habitatio denotatur; qua de voce alibi fortasse. In *אח* quis nostratum non agnoscit *of* / quo Vel denotatur. Hinc Latinis Aut. Notes hic Vau pro f creberrimò esse in vsu. Hinc Sueui pro nostro Vau frequentissimè f ponunt. Nos enim *man* / illi *fran* dicunt, & alia simili formula. Pro zelo nos *tuer* / illi *tiser* dicunt, vnde Hebræi *אח* pro vehementer cupere vsurpant, vbi Aleph pro E ponitur. Latini inde Aueo habent, quod in *אח* pro desiderio clarius apparet. In *אח* pro Vè Aleph superfluum est, & Vau locum duplicis digamma tenet, eo quòd nos *ure* dicamus. *אח* verbum variè vsurpatur. Aliàs enim fortitudo redditur & virtus, cuius ratio ex *oben* / quo supernum denotatur, petenda; eo quòd virtute ceteris simus superiores. Propriè igitur *oben* excellentia verteretur. Aliàs pro fletu ponitur, re admodum diuersa; qua in significatione ex *ween* est corruptum, simplici Vau pro duplici collocato. Est vbi iniquitatem & fraudem interpretes reddunt, vt Psal. tricesimo quinto, *Verba oris eius iniquitas & dolus*. Vbi scriptum est *אח*. Hic Aleph est loco He, quod apud Hebræos frequentissimum est. Nos enim *hon* pro fraudo dicimus. Puncta igitur superflua sunt, vt superflua sunt frequentissimè. In hac voce diligenter notes, qua via & ratione fiat, vt eadem verba apud Hebræos tam diuersa significent. Confusio quoque similis est in *אח*, sed quæ faciat notationem non ita diuersam. Cùm enim pro cogere ponitur, sit à *statu* / quod est impello ad progrediendum; litteris nimirum transpositis. At cùm pro festinare vsurpatur, radicem habet *hast* / qua in significatione Vau superfluum est. Vide, quæso, quàm perspicua sit in his corruptela. Quod autem littera, quam Hebræi perperam Sade vel Sadic vocant, & per Sigma pronuntiant, semper pro duplici Sigma videlicet ac Tau ponatur, in Hieroglyphicis docebo.

אח illuminare vertitur. Nos *dur* dicimus, quæ vox vt verbum vsurpata, significat ignem facere; vt nomen, idem est quod ignis. Hinc *ωῦρ* Græcorum. Hebræi ad rem vicinam & de necessitate consequentem vocem detorserunt. Pro igne *אח* Chaldaei dicunt, vbi Nun superuacaneum & Aleph terminatio. Hebræi verò *אח* lucernam vocant & ignem non *אח* tantum, sed & *אח* dicunt, voce diducta à nostro *heat* / quo calidum denotatur, in qua Tau Sueuico more in Samech transit, & loco Samech Sin positum est, quas litteras Hebræi turpiter confundunt. Animaduerte hic quòd à veris vocum notationibus ad res vicinas significandas vocabula per confusionem commigrent. In *אח* igitur pro *אח* Aleph inanis est littera, cuius loco alterum Vau fuisset collocandum, & *אח* pro *אח* scribendum. Quid autem sit *Vrim* & *Tumim* in sacerdotis pectorali, nemo hætenus Hebræorum potuit explicare. Rabbi David in libro radicum ab *אח* deriuat, addens interim non liquere Iudæis, quid *Vrim* & *Tumim* significant; & aliud tamen fuisse, quàm lapides pectoralis? Rabbi Selomoh scripturam nominis exposuit, id est, Dei, fuisse tradit, per quam lucere faciebat & perficiebat verba sua. Verum & huius & aliorum illa tandem est conclusio, veram huius vocis *Vrim* & significationem & rationem ignorari. Consului super eadem re doctissimum virum, & linguarum omnium peritissimum, Benedictum Ariam Montanum; qui relicta & desperata vocum interpretatione, ad cælum confugit, vt Deus, more Tragico, in partes fabulæ vocaretur. Ait enim hæc verba, non aliter atque manna, de cælo à Deo Mose fuisse demissa, vt rationali siue pectorali includerentur. Laudanda sanè mihi singularis huius viri pietas & eruditio; sed per fugium hoc nec mihi, nec aliis eruditissimis etiam Hebraicæ, Chaldaicæ, Arabicæque linguæ viris vel placuit vel satisfacit. Nam si res aliqua diopetes fuisset, vti manna & flores virgæ Aaron, quorum monumenta in Siclo videntur; non equidem

Vrim & Tumim in sacerdotis pectorali quid sit.

vllam inuenio caussam ob quam Moses tantum miraculum taceret, & non æquè Vrim & Tumim Deo adscriberet, atque tabulas Dei digito dixit exaratas. In Hieroglyphicis expono quid verba illa denotent, quibus Moses tradit Pharaonem vsum esse, dum Iosepum inaugurato ad summum Ægypti euexit magistratum: quæ à nemine hætenus vel Hebræorum vel alterius nationis hominum fuerunt intellecta; quamquam sunt qui Ægyptium sermonem esse fateantur. Quemadmodum igitur Moses verba illa à se recitata non est publicè interpretatus Hebræis; ita crediderim & Vrim & Tumim ex eodem sermone deriuata, & idcirco nõ aperuisse vulgò eorum notationem, sed eam sacerdotibus fortasse inter mysteria tradidisse, quo plus haberent venerationis. Fuit Moses peritus omnis scientiæ Ægyptiorum, quo fit vt nihil dubitem, quin arcanam quoque sacerdotum linguam didicerit, & ex ea hæc verba petiuerit, haud secus atque illa, quibus Pharaonem vsum dicit in Iosepo inaugurando. Quærenti ergo mihi ecquid è sacris Ægyptiorum ritibus emulgere possem, quod ad harum vocum faceret interpretationem: Harpocratis natalis mihi in mentem venit, qui ad brumam natus esse scribitur; quem dum diligentius considero, inuenio Isidem, dum in vtero hunc foetum gegeret, phylacterium sibi appendisse, quo felix faustusque partus esset: illud autem amuletum non aliud fuisse, quàm scripturam qua vera vox notaretur, quod Plutarchi nobis aperuit diligentia, qui si sacrum è sacro & arcano sermone nomen expressisset, à magna nos dubitatione liberasset. Causam tamen cur non adscripserit, cum ceteroquin in aliis vocibus sacerdotum exponendis satis fuerit curiosus, eam esse existimo, quòd Græcis litteris sacram dictionem, qua vera significaretur vox, notare non posset. Væ enim Græcis characteribus non magis scribere potuisset, quàm Plinius *Vi* Gallorum nomen, quo viscum denotatur, litteris Latinis. Vterque igitur & hic & ille sacrum nomen missum faciens, solam eius posuit interpretationem. Nos igitur de collatione tum rerum tum illustrium auctorum hanc facimus coniecturam, Mosem pectorali suo phylacterium illud inclusisse, quod veræ vocis haberet significationem; idq. eum eiusdem spiritus instinctu fecisse, quo D. Ioannes scripsit, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum*, & cetera quæ aquilinis mentis oculis perspecta mortalibus prodidit. Habemus enim apud Mosem, *Dixit & facta sunt*; è quo liquet, æquè Mosi atque diuo Iohanni reuelatum fuisse, Deum verbo suo & vera voce totam rerum creasse vniuersitatem, & eius solius amuleto omnia in cælis & in terra custodiri, atque ab omni periculo & interitu posse seruari. Nec dubium est, quin Moses, quid Isidis nomine sacerdotes intelligerent, inter cetera fuerit edoctus, atque ita optimè cognorit, eo secundam in Trinitate personam siue hypostasim denotari, vt nos suo loco docemus. Quamobrem, dum Isis humanam naturam assumeret, veram vocem, & verbi per quod omnia creata erant, naturam non deposuit, sed sibi pro phylacterio certissimo seruauit: quo nimirum fecit, vt & carnem suam à morte suscitaret, & totum genus mortalium ab æterna morte seruatum secum ad supremum cælum leuaret. O potentissimum amuletum! ò præsentissimam & certissimam phylacterij formam! Moses itaque diuini spiritus instinctu ductus, cum sciret pontificè suum illius veri pontificis typum gerere, qui simul & Deus & homo esset; voluit vt in pectore eodem quo Isis, phylacterio vteretur, id est, eodem quo Christus verus Pontifex sese aduersus draconis venenum muniuit, & omnia in cælis & in terris æterna custodia tuetur. Neque enim, si linguæ sacerdotum erat peritus, vt haud dubiè fuit, ignorare potuit, prima rituum sacrorum apud Ægyptios instituta non aliud quàm typum fuisse futurorum, & idcirco verum eorum vsum à religione minimè reici oportere, tametsi apud vulgus in idolomaniam omnia raperentur. Iosepus sacerdotibus omnium onerum & vectigalium immunitatem concessit; quod eum non credo facturum fuisse, si eos cacodæmonum ministros esse sciisset. Quid verò colerent, ignorare non potuit; quando de sacre scripturæ testificatione constat, eum tam familiarum & amicis iis fuisse, vt vnus sacerdotum filiam sibi matrimonio copularit. Vt ergo abusus & demens superstitio abominanda, ita prima & vera cærimoniarum intelligentia fuit piè amplectenda. Nunc igitur, his pro tempore breuiter indicatis, nomina, quæ vocata sunt in questionem, rebus ipsis applicemus. Quoniam igitur clarum est in *וַיִּרְאֶה* Aleph loco Vau positum esse, & pro Vur Aur scriptum (nihil enim punctorum discrimina in hoc examine moramur) dicemus idem in *וַיִּרְאֶה* contigisse. Quamobrem Plu-

*Isidis, matris
Harpocratis,
phylacterij.*

tarchi auctoritatem ad Mosis interpretationem adhibentes, asserere non veremur, hanc vocem ex *War-em* factam esse, quo simul & vera vox, & vox custodiens denotatur. *Mem* enim siue *Em* simplicissimam vocem significare, antè docui: quo fit, vt de verbo quod primum est & omnium simplicissimum, optimè dicatur. *War* autem verum significare; & dum verbum est, custodire, suo quoque loco explicatum. *Isidis* igitur phylacterium *War-em* fuit, quo illa videlicet omnia & fecit primum, & semper custodit. Videmus hinc quàm eleganter phylacterij custodia & tota vis in *War* sit expressa, ita vt nihil sit ambigendum, quin *War-em* illa dictio sit quam Plutarchus veram vocem interpretatur: quam citra dubium scripsisset, si Græcis litteris eius sonum germanum atque genuinum exprimere quiuisset. Et hæc quidem de *War-em*: nunc ad *Tumim*. Hebræi, vt id primum annotem, suum *Tau* perperam per *The* efferunt, atque hinc fit vt pro *Tam* siue *Tæm*, quod idem est, *Tham* cum adspiratione dicant. Vtuntur autem hoc vocabulo ad hunc modum, vt interpretes aliàs perfectum aliàs immaculatum, aliàs innocentem, aliàs simplicem, aliàs integrum reddant. Verùm vt Hebræi vocis suæ significationem *Tham* petunt; ita in sacerdotum lingua *Tam* plus includit mysteriorum. Decorum enim hac voce intelligitur, quod consistere non potest citra accuratam omnium rerum actionumque mensuram, vt *ichnæa* conuersione manifestò declaratur. Quod igitur omnibus rebus modisque, intra iustitiæ terminos continetur, *Tæm* dicitur, quod conuersum *ma* id est, mensuram designat. Hinc apud Græcos *Themis* Dea, adspiratione Hebræorum more accersita, quasi *tem* diceretur, id est decet. *Themidem* autem apud Græcos *Venerem* etiam *Vraniam* dici, & omnes iustitiæ numeros in cælis & terris absoluere, in Amazonicis tradidi: quæ, qui volet plura nouisse, consulat. Quoniam igitur omnis sacerdotij ratio, totumque Pontificis munus eò referebatur, vt toti iusti decorique fieremus, neque id miseri mortales suis viribus assequi possent: voluere prisca nobis verum pontificem, id est, fœderis purgatores indicare, cuius ceteri pontifices, quotquot & quales quales essent, non aliud quàm personam & laruam gerebant. Hunc igitur per phylacterium significarunt, eo quòd is solus omnes ab omnibus malis custodire posset, atque idcirco verum esset & vnicum phylacterium, non ceterorum modò hominum, sed & ipsorum Pontificum, qui veri pontificis typum præ se ferebant. Tota igitur phylacterij sententia sic est explicanda, *War-em/ Tam-em/* id est, vox vera & custodiens, iustum & decorum eum redde. Vel, Vox vera & custodiens, vox iustum & decorum reddens. *Mem* enim vt vocem simplicem significat, ita & ipsum denotat; qua de re in hieroglyphico *Mem* signo latius. Vtrouis tamen modo *Mem* in posteriore loco capias, res eòdem pertinet, atque clarè significatur, nos nec decoros nec iustos esse posse, nisi per vocem veram. Dum alterum *Mem* vt pronomen accipitur, ad eum refertur cui phylacterium appenditur. Vt ergo *Isidis* Vera vox appendebatur, ita sacerdoti & altera erat adiungenda, qua iustitia & pulcritudo ipsi per solam veram vocem contingere posse notaretur. Altero tamen modo, quo utrobique per *Mem* idem denotatur, quod per simplicem vocem, phylacterium ad *Isidem* æquè atque ad Pontificem spectat. Et hæc quidem homonymia nullam adfert obscuritatem; sed contrà ad id quæsita est, vt copiosior esset significatio, qualis frequens est in vocum nostratium compositione, ad eandem rem pluribus notis indicandam. Interea tamen Hebræis permittimus, vt dum extra pectoralis mentionem *Thumim* vel *Tham* legunt, suo more interpretentur; at in pectorali phylacterium pace ipsorum intelligemus, quod Moses de sacro sermone sumpsit, & inter abdita mysteria seruauit: & id quidem summo iure, cum nihil hoc arcano Dei consilio, quo mortalium genus per veram vocem à morte liberauit, sit arcanius, & maiore veneratione & silentio dignum. Tota enim sacerdotij rituum sacrarum, cærimoniarum, sacrificiorum, lustrationum vita ex hoc phylacterio pendeat; & ea de causa super corde proprio vitalis caloris fonte vt portaretur, Moses iussit, ceu citra illud nulla vita constare posset, non sacerdoti modò, sed toti populo *Israëlitarum*. Hinc duodecim tribuum nomina lapidibus duodecim inscribebantur, vt totius populi vita seruaretur. Hebræus loco pectoris *חַי* habet, quo cor intelligit, cuius vocabuli ratio nobis est clarissima, cum *leb* siue *lef* siue *leu* vitâ significet. Quia verò vitalis facultas, quæ solis calori fertur accepta, leoni est insignis; factum vt à *leb leaum* siue *leaw* pro Leone posuerit nomenclator, vnde Hebræi *לֵוִי* fecerunt, &

Græci

Græci λέων, Latini Leo; quibus ut vox nobiscum communis, ita nulla est cognita significationis causa: de qua latius in hieroglyphica ipsius Alef figura. Non caret itaque causa recondita ac singulari, quod pectus hic \aleph vocatum sit. Quamvis enim alio vocabulo uti Moses potuisset magis proprio; voluit tamen cordis nomen vitæ notationem in prima radice habens hoc loco ponere, quo ratio phylacterij magis indicaretur. Porro pectoris hoc ornamentum phylacterium fuisse, de forma satis liquet, quæ quadrata erat, & quatuor lapidum versibus inscripta, totumque sic comparatum, ut ipsi Vrim & Tumim includerentur. Quatuor autem Vitæ habere symbolum, vel ex Tetracti Pythagorica discas, vel sermoni nostro credas, in quo quatuor & ignis eodem nomine dicuntur, qua de re in Hieroglyphicis. Quemadmodum autem quatuor vitæ fontem designant; ita duodecim duas nobis vitas nomine suo in nostrati lingua pollicentur; alteram, quam Adam primum sortitus est; alteram, quam in palingenesia, non Pythagorica, sed Christiana, credentes accipiunt. Sicut ergo tria in se ducta novem producant, ita ducta in quaternarium vitæ symbolum, duodecim reddunt, & alteram vitam absolunt, quæ proprium Christi donum est. Ternarius autem ductus est in quaternarium, dum Deus sese naturæ humanæ copulavit. qua de re alibi plura, si trinus & vnus quaternarium nostrum tantisper in mortali corpore finet manere. Satis hic esto, duodenario vitam denotari, quam per Christum natura accipit humana, qui solus vera vox est, & solus iustum decorumque hominem in iudicio coram patre sistit. Cum igitur huius solius veræ vocis iustitia & venustate nos Deo probare possimus, nec alia ratione servari queamus, supremum vitæ cordisque phylacterium vera vox erit, quæ quadratæ thecæ & duodecim lapidibus ornata includi iubetur; cuius mysterium vix multis libris quisquam assequatur, sit licet sacrorum rituum in primis peritus & dexter interpret. Porro thecam, cui vera vox vnà cum Themide includebatur, Hebræi \aleph nuncupant, cuius vocis nec alibi usus est vllus, nec vlla exstat apud Hebræos etymologia. Græci λόγιον verterunt; quod nomen si indiderunt, quia verbum, quod λόγον D. Ioannes appellat, contineret; optima sanè ratione mihi ducti videntur. Verum Latini, qui rationale verterunt, aliò videntur respexisse. D. Hieronymus ad doctrinam putat pertinere, & à sermocinando sic vocari, atque hinc Vrim doctrinam, & Tumim veritatem interpretatur. Quod si mihi coniectare licet, dicam & hoc nomen è sacro Ægyptiorum sacerdotum sermone, Mosem esse mutuatum. Cum enim veræ voci, & voci iustum & omnibus modis decorum reddenti, veluti sacellum quoddam splendidissimum consecraret, nomen illud indidit, quo eius quod in ipsius adyto lateret, significatio indicaretur. Nam quid rogo aliud est vera vox, quam patris splendor & imago, iuxta D. Paullum, qui sic Christum nuncupavit? Atqui illud ipsum \aleph significat, si de nostrati lingua interpreteris. Cho-sim enim siue So-sim idem est ac si dicas Boni splendor & imago. Chet è Gimel frequenter faciunt; atque adeò apud nos etiam, dum imperando vehementiam locutioni addere molimur, Ch pro G ponimus: ut à giet præsentis, fit Chiet pro funde, uti suo loco declarabo, & in \aleph pro vno Deo. Chod pro God/ & hoc pro got ponitur, ut alia taceam sexcenta. In hieroglyphico litteræ \aleph signo quid sim designet, latius aperiam, si hic ipsius Boni splendor benignus affulgeat. Posset etiam non absurdè reddi Dei splendor; eo quod loco ipsius God/ quo Deus significatur, frequenter ga dicimus: nec verò inter Deum & Bonum discrimen vllum, re quidem tenus, inuenitur. Quoties enim Bi Go/ &, De Son gat te Go/ Campani nostri Brabanti dicunt: quorum illud est per Deum iurantis, hoc significat Solem ad Deum abire, id est occidere. Cho-sim igitur vel Boni vel Dei splendorem & imaginem significat, quæ attributa proprio iure Christo veræ Dei voci debentur. Hinc modò perspicui potest, cur Goscyn siue \aleph iudicij habeat cognomen. Christus enim boni splendor est, cum semper aliàs, tum verò multo maximè in iudicio, quod à Patre accepit. Iudicat enim homines iustos & decoros, non quia tales sua ipsorum sponte sunt, sed quia ipse nos meritis suis iustos & decoros coram Patre sistat, ablutos nimirum illius agni sanguine, qui mundi peccata tollit. In iudicio igitur illo, supremæ Themidis pulcri iustique apparemus, non de vlla nostra virtute peculiari, sed de solo ipsius boni splendore, fœdum peccatorum cœnum lustrante atque expurgante. Nam si de prauæ nostræ naturæ meritis, quæ sola nostra propriè dici potest, humanum genus iudicaret; omnes ad vnum condemnaremur.

Quatuor, sym-
bolum vitæ.

Duodecim,
symbolum du-
plicis vitæ.

Quicquid igitur mereri dicimur bonorum, id ipsius gratiæ & bonitatis splendori acceptum feramus necesse est, atque ita, dum nos iudicio sempiternæ Themidis sistit, totos aura luminis sui vestit, quæ albæ stolæ symbolo designantur. Hunc ipsius Boni splendorem, qui Christus est, Iesaias celebrat ad hunc modum: *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non silebo, donec egrediatur quemadmodum splendor iustitiæ eius, & salus eius ut lampas fulgeat.* Quid conuenientius dici potuit nostræ interpretationi? Nempe solus hic locus satis ostendit, quorsum hoc pectoris Pontificij ornamentum spectarit, cuius gesserit figuram, quid varius gemmarum fulgor denotarit, quid in se concluderet & mysticis ignotisque apud Hebræos verbis celarit. Externus splendor internum iustitiæ per Christum, qui Verum verbum est siue Vera vox, comparandæ, splendorem denotabat, qui longo diuturnoque silentio in arcanis Dei consiliis erat occultandus. Quamobrem puluinus ille pectoralis, siue theca super vitæ sede & peccati origine suspensâ ac duodenario fulgentium gemmarum insignita, optimè & aptissimè *go-schem* nuncupatur, qua voce non solum Dei siue boni splendor & imago denotatur, sed etiam illud exprimitur, nos coram Deo in iudicio bonos apparituros, non alterius, quàm vocis siue verbi Veri, eos quos illustrat, decoros iustisque reddentis, beneficio & gratuito dono: ad quod continendum, hæc siue theca siue arcula in pectore suspensa comparatur. Quemadmodum igitur non vna ratione pectorale Sacerdotis ornamentum *go-schem* vocatur; ita maxima de causâ & abditissima cognomen accepit à iudicio, in quo per solum ipsius Boni splendorem boni apparebimus. Dicitur autem iudicium Hebraicè *שֵׁפֶט* quod vocabulum radicem primam è nostra lingua ducit, in qua *sepe* idem est ac si dicas, rudi materiæ formam indo, vnde *sepsel* pro exemplari & forma collocatur. Quia verò Iudicis est *Rempub.* ordinare, & quæ in ea impolita sunt, ad bonam redigere formam, qua sola conseruantur ciuitates: *sepen* pro eo dicimus, qui in *Repub.* rebus rectè constituendis & controuersis tollendis præest. Et hæc quidem *sepe* in prima persona, & *sept* in tertia persona, vnde Hebræi suum verbum habent *שֵׁפֶט*, in sermone nostro designat: cuius si vltèrius rationem quæras, ad summum creatorem, atque omnium rerum formatorem ascendas oportet, qui *sepper* nominatur, eo quòd totam mundi machinam, & omnium rerum, tum corporatarum, tum non corporatarum vniuersitatem, ex infinitis patris sui abyssis hausit, & in idealem, vt sic dicam, matricem suam infudit, atque hac via & ratione formauit. Quod igitur est summus opifex in toto mundo; hoc eum qui *sepen* vocatur, esse decet in sua ciuitate formanda ordinandaque. Hinc factum, vt apud Hebræos verbum *שֵׁפֶט* non solum iudicare, sed præesse & ordinare etiam significare deprehendatur. Vnde intelligas non malè eum dicturum, qui *שֵׁפֶט* ordinationem & iudicium interpretetur, quo videlicet vtrumque denotetur, & ipsum *סופר* ad diuinam ordinationem, qua mundum erat reparaturus; & ad iudicium extremum pertinere. Habemus itaque nunc quid *go-schem* siue *שֵׁפֶט* in prima significet lingua, è qua à Mose acceptum esse credo, vt pote eam apud Sacerdotes edocto. Non malè igitur Græci phylacterium hoc ornamentum genus nominarunt, à fine videlicet accepta nomenclatura. Eò enim referebatur, vt nos in iudicio aduersus diabolum ad Dei tribunal tueretur. Quamuis autem phylacterij nomen nil habeat similitudinis cum *Wat*; eiusdem tamen est significationis cum custodia, quam phylacem nominant Græci, cuius vna cum cognatis ratio de sermone nostro pender, vt & illud obiter annotemus. *Doel* enim siue *Deel* multum significat, à *Dol* quod est plenum. *Acht* idem est quod existimo siue æstimo, vnde *Doel acht* à quo *φύλαξις* idem est quod plurimi facio. Nam illa sola custodimus quæ plurimi facimus. Et quia pericula etiam plurimi facimus, non ad illa quidem seruanda, sed euitanda atque fugienda; fit vt *φύλαττω* æquè pro caueo atque custodio vsurpetur, & autem in digamma nostrum transire, quis ignorat? Sic *φύλα* pro gente, à nostro *Dol* deriuatur; & *φύλλον*, à *loof* per conuersas litteras, vnde Latinis folium, eiusdem notationis vocabulum. Sufficiant hæc modò de pectoris Pontificij ornamento, & veri verbi humanum genus iustum decorumque facientis arca; cuius duodecim gemmæ, non duodecim tantùm Veræ vocis nuntios siue Apostolos designant, sed totius etiam generis humani & machinæ mundanæ perfectionem, quæ dodecade continetur. Totius autem generis humani duodecim tribus Israëlitis typum & simulacrum gerebant, quibus quæ factæ sunt promissio-

nes,

Sepe.
Sepejel.

Sepen.

Sepper.

Phylacterii.

φύλαξις.

φύλαττω.

φύλα.
φύλλον.

nes in Christianis sunt persolutæ, cum antea in umbra dumtaxat latuissent, & obscuris imaginibus quarundam inuolucris. Ceterum ad ea quæ huc spectant, omnia explicanda, non vno libro aut vno codice opus esset: de quibus aliàs fortasse latius agam, si veræ vocis phylacterio tantisper in hac vita manebo. Nunc ad alia. *nis* pro signo vsurpant, vox est retrograda, in qua Aleph rursus superuacaneum in alterius litteræ locum irrepit. *Tog* enim idem est quod ostendebat; nisi mauius à *techen* esse præcisum, quo signum notatur. *nis* pro Isopo, fit ab *Hes-hay* quo raucorum spes denotatur. Quod si *Hes-foy* dicas, lucus fuerit raucorum. Vtrius certè modo propria herbæ facultas exprimitur. Adspirationem perisse nihil miri; nec magis mirum, litteram quam Zain vocant, pro Samech poni, cum hæc elemètorum confusio Hebræis admodum sit familiaris. Sic & in *ys* pro Samech ponitur, qua vocula Tunc significatur. Nos dicimus, *Als-ic quam/so gone hi*; id est, quando ego veniebam, tunc ille discedebat. Hic *So* pro Tunc vsurpati videmus; *So* & per S, non per duplicem litteram scribi. Sed de vera Zain pronunciatione in Hieroglyphicis. Verum *nis* nonnumquam generatim ponitur pro quavis herba, in qua notatione fit à nostro *Geras*, quo quavis planta designatur, atque ita intelligendū est quod Salomon dicitur disputasse à Cedro Libani ad Isopum, quæ crescit in pariete; quo nihil aliud significatur, quam eum omne genus plantarum nouisse, à maximis quæ sunt Cedri Libani, ad minimas quæ crescunt in parietibus. Nec proprius sonus ipsius Zain in *his* retentus est, quo denotatur recedere. Nos *Lat* dicimus, Sueui *Las* pro relinquo; & composita voce, *Ver-las*. *Et lat han* id est, Ego desero eum, siue recedo ab eo. Ceterum in *his* pro lapide viam notante, proprium hæc littera vsu seruaui. Est enim vox Exel à *Weg-sel* deriuata, à principio digamma duplici reiecto, & Gimel & Samech in duplicem litteram coeuntibus; qua dictione viæ numerator denotatur. Solent enim viæ lapidibus notari, & per eos interualla numerari. Hinc apud Romanos ad primū lapidem, ad secundum lapidem, & centesimum lapidem, & ita in aliis. In *is* fœdissima corruptio est: videntur enim vocem qua Nasus notatur, pro aure posuisse. *Nas* siue *Næs* nasum significat, è quo vocabulo transpositis litteris nomen fecerunt, quo auris notaretur. Eodem vitio *nis* pro videre dixerunt: cum *hoor* contrario ordine idem sit quod audio. Græci à *nis* fecerunt, pro video; vbi apertissimum est quod dico; vocabulum videlicet auditionis proprium, ad videndi partes transiisse. Bella scilicet locutio, dum video pro audio, & *Nas* pro aure dicunt. *pis* catena redditur. Hic iterum præposterus litterarum ordo, & Zain rursus loco Samech scriptum, & pro Tau, Allemanico siue Sueuico ritu, vsurpatum, & litteræ decifæ, quæ *ketten* nobis finiunt, quarum loco Aleph scriptū; quod vt superfluum omittitur Nahum tertio capite, vbi *קטן קטן* legitur, non *קטן קטן*, vnde planè *ketten* agnoscas. In *nis* quod accingere & præcingere vertunt, Zain pro Sade surripit; & Aleph vel superuacaneum est, vel loco E ponitur. Nos *Rust* dicimus, pro eo quod est parat se, & armis instruit ad bellum, quod cingendo maximè fiebat, vt & vetustæ Romanorum picturæ & antiquus mos loquendi satis apertè demonstrat. Hinc apud Iurisperitos Cingendus habetur pro Cincto. Hinc item, In procinctu esse. Quod si à *Goyte* corruptum esset, Gimel desideraretur. Certè tam varia & incerta Hebræorum est corruptela, vt non mirum videri deberet, si quis à *Goyte* siue *Goyde* diceret esse præcisum; mutato Tau vel Delta in Zain loco Samech. Dum *nis* pro fratre dicunt, ab honore videntur vocem mutuati. Nam *hoch* altum significat: vnde paullo antè *hog-haw*, quod & *hoch-haw* dici posset, ostendi pro *azanda* vsurpari. Propter caritatem itaque *hoch* diceretur: aliis fortè placeret ab *Acht* fieri, quo æstimatio denotatur. Mihi prius magis arrideret, nisi aliud quod rectius est, haberem, idque eo magis, quod eadem voce altare denotetur, vt Hieremiæ tricesimo sexto cap. bis vsurpatur. Altare autem citra dubium ab *Hoch*, id est, ab alto nomen hoc sortitur. Verum vt de altari non repugnem, dum tamen *nis* pro fratre dicitur, asserere nihil dubito, nomen corruptum esse ab *Echt* quo nobis germanum denotatur, & ita coniunctum naturæ lege, vt propè vniatur. Ab *E* enim *Echt*, & hinc *Echt* dicitur. Hinc de vxore etiam, & liberis, & aliis ad hunc modum legitimo iure nobis coniunctis vsurpatur, adiecto tamen eo cui tribuitur: vt *Echt wijf/echt kint* id est, legitima vxor, legitima proles. Quemadmodum igitur vox germanus pro fratre, ita *Echt* etiam optimè ponetur. Puncti subscripti nulla ratio habenda, sicut nec Tau reiecti, quod Hebræi crebrò vel abiciunt vel adiciunt,

citra necessitatem ab origine pendentem. **אֱלֹהִים** Vnum significat, vox haud dubiè composita in primo sermone. Nobis frequens est, dum numeramus, vt principio dicamus, **Et met got** / id est, Vnum cum Deo, ceu dicas, Vnum prosperante Deo. Diuina sanè prouidentia factum videtur, vt hæc dictio apud eos remanserit, quibus nulli magis mortales ad idolomaniam fuerunt proniores. **Et Got** ergo, id est, Vnus Deus, pro Vno dixerunt, minimè tamen, quid dicerent, intelligentes. Moses tamen qui primi sermonis notitiam apud Ægyptios sacerdotes sibi compararat, videtur hoc quod dico, Deuteronomij cap. sexto his verbis indicasse: **אֱלֹהִים יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד** Id est, *Audi Israël, Iehoua Dominus noster Iehoua vnus*: vbi si dicas Iehoua **Et-got** siue **Et-hod**, vti Hebræi, quibus Chet & Gimel confunduntur, scribunt, an non elegantissimam feceris sententiam, Iehoua Dominus noster est, Iehoua vnus Deus? Nec mirari debemus, si in **אֱלֹהִים** è Tau Daleth fecerint, cum id nostrates quoque non rarè committant. Hebræi tamen in Daleth maximum dicunt latere mysterium, credentes ea littera imperium Dei notari quod in quatuor mundi plagas exercet; de numero, ni fallor, ducta opinione iuxta stolidam Cabalistarum supputationem. Tantam verò vim horum verborum esse credunt, vt eorum prolatione omnia aduersa fugari opinentur; si tamen in loco vestituque nullis sordibus inquinato pronuntientur. Sed in hac sententia id obiter notes, **שמע** pro audio poni, eodem modo quo **ראה** pro video, illo excepto quod in **שמע** rectius litterarum ordo seruetur. **שמע** enim idem est quod gusto. Translatum igitur ad auditionem verbum gustandi habens significationem. **שמע** siue **שמע** quid propriè designat, interpretes videntur ignorare. Nam Genesios cap. quadragesimo primo vertunt Loca palustria. In Iobi capite octauo Carectum reddunt, & neutrum bene, mea quidem sententia. Nobis **שמע** hec significat pecoris lætitiã, quæ non alibi maior est quàm in lætis pascuis, quæ & prata Latini vocant, & irrigari debent. Quia enim ad fructum paratiora sunt quàm arua, quæ multo coli debent labore; prata ceu parata dicuntur. Virgilius:

Claudite nunc riuos pueri, sat prata biberunt.

Hinc modò cernes, non aptè verum esse illud, *Et pascebant in locis palustribus*. Dicendum fuisset, *Pascebant in lætis pratis siue pascuis*. Iob itaque dicit prata læta sine aqua & irrigatione esse non posse. **שמע** apprehendere dicunt. Vox est euerfa, in qua Zain pro Tau positum, & Cap in Chet mutatum. **שמע** enim dicimus pro apprehendo. At cum pro Tego popitur, clarum est quòd sit à **שמע**. **שמע** vtinam vertunt corruptum ex **שמע**-**שמע**, id est, Vtinam ò salus vel seruator. Hoc tempore dicimus, **שמע**-**שמע**, id est, Vtinam ò Domine, quod eiusdem est significationis, nisi quòd prius aptius est optanti, eo quòd omne votum tendat ad salutem. **שמע** differre, tardare. omiffa est littera Tau. **שמע** enim idem est quod tardare & moram adferre. **שמע** **שמע** **שמע**, id est, hoc me retardat. **שמע** quidam Amethystum vertunt, alij Crystallum. Ego his accedo: propterea quòd crySTALLUS vitreos nobis oculos optimos præbeat, quibus oculos corporis tuetur. **שמע**-**שמע** enim siue **שמע**-**שמע** idem est quod oculum conseruans atque defendens. Mira est Hebræorum interpretum in vocabulis lapidum plantarumque ignorantia; vt nihil mirer, si modò hoc, modò illud ex eodem nomine faciant. **שמע** **שמע** **שמע** Satrapas principesque dicunt, qua in voce Chaldæi Aleph in fine loco Mem suo more ponunt. Equidem antiquam Medorum Persarumque linguam, quia Ianigenæ fuerunt, eandem cum nostra fuisse existimo; atque inde non pauca magistratuum vocabula à Cyro in Babyloniam inuecta; inter quæ & hoc vnum est. Quid quòd ex Herodoti testificatione, Germani apud reges Persarum stipendia fecerunt. Quàm verò familiaris ipsis fuerit Sacarum vsus, non ex Herodoto tantum & aliis, sed ex Xenophonte etiam discas. Vel ergo de sua ipsorum lingua, vel de Germanica, multa nostratia vocabula in regis aula potuerunt relinqui. Hinc **שמע** pro architriclino, quem nos **שמע** diceremus, id est, eum qui conuiuio ordinando gubernandoque præest: qua in voce frustra laborant Hebræi, dum alius aliud interpretatur: quod non tam miror, quàm miror quemquam extitisse qui tam bene collimarit vt architriclinum verterit. Eodem sermone supremi exercitus duces **שמע** vocabantur, quod nobis sonaret, **שמע**-**שמע**, id est, supremi ordinum equestrium, siue turmarum duces. Nos **שמע** pro ordinario. Eodem modo **שמע** idem significat, ac si dicas, supremi veredarios; quod quid aliud est, quàm Regis su-

gis supremi capitis cursores, vt sic vulgato more loquar. *Hochst* enim supremum significat. *Sic* idem est quod velocissimo equi cursu feror. Punctorum rationem nullam habendam esse crebrius monere cogor. *Dys* claudere & obturare vertunt, vt Prouerborum vicesimo primo, *Qui obturat aurem suam, ne audiat pauperem.* & Esaia tricesimo tertio, *Qui obturat aurem suam, ne audiat sanguinem.* Psalmo item quinquagesimo septimo, *Sicut aspidis surda & obturantis aurem suam.* Ex his satis liquet exemplis, hoc verbum ad aures obturatas proprie pertinere: vnde rursus perspicuum fit, vel quàm nulla necessitate Aleph sit præfixum, vel quàm malè loco alterius vocalis sit substitutum. *Thum* vel *Dum* per mediam litteram, significat surdum aut surdastrum: *Mut* significat nullum sonum edere: *Tum* nullum sonum audire. Quæ verò hæc sit conuersarum vocum cognatio, non est opus hic latius explicare. Hoc interim addam, *Dum* pro stupido etiam poni, propterea quòd ij qui tardi sunt ad intelligendum, surdastrum videantur. Hinc auris crassa & Bataua in prouerbum abiit. *Dum* ergo siue *Thum* clarissimè apud nostrates tum originis est, tum significationis; & ideo sedulo videndum, quæ in vocula hæc corrupendi via seruata sit ab Hebraeis, quò per eandem alia quoque verba examinentur, & ad primos suos fontes reducantur. Neque enim inferioribus tantum Germanis, sed superioribus etiam hæc vox *Dum* in vsu est quotidiano, tametsi hi contra rectam rationem *Dumun* scribant, littera magiente geminata.

W Insula ab *Ee* quod fit ab *Ee* quasi singulare & solitariū dicas. Hodie ferè *Ei-lant* dicimus, quasi solitariam regionem nominaremus. Hinc *W* à nostro *Ei-won* id est, Insulae habitator. Primus ergo Ionum pater in insula habitauit. Sunt enim Iones insularum maris mediterranei habitatores. Hebraei, qui puncta addiderunt, ex Ion, Iauan fecerunt; & id quidem ineptissimè, cum vocabulum ita pronuntiatum nec originem primam referat, nec vllam habeat significationem; quæ in *Ei-won* est apertissima, vnde diphthongo in *I* longum mutata, & duplici digamma reiecto, Ion fit, formula nobis in primis vitata. Quod cum ita sit, omnes illorum nugæ profligantur, qui varia commenta de Ionij maris nomine sibi fixerunt. Stephanus Ionium Apollinis & Creusæ filiū ad Eponymiam vocat. Didymus ab Ionio Dyrrachij filio nominis causam petit, quem Hercules imprudenter occiderit, & in mare proiecerit, & ab eo mare nominarit Ionium. Lycophron Iūs errorem causam nominis facit. Alij ab Ione Adriæ patre dictum putant. Solinus ab Ionia regiuncula Italiæ Ionium mare vocari existimat. Nostra etymologia clarè docet, Ionem primum eum vocatum fuisse, cui Insulae inter Ianigenas forte obtigerunt; & inde & ipsum mare vocatum, & transmigrations factas ad continentem fuisse. filij enim Ionis *קתים תרשיש אֵלִישָׁה רֶזְנִים*: quorum Elisa Elidem ad Alpheum Peloponesi regionem condidit, & eiusdem nominis ciuitatem. Punctum enim postremum & He superflua sunt, vt puncta in *W* Tharsis pro Tharses dictus. Iod enim æquè per E atque I pronuntiat. Sunt autem à *Tharses* omnes illi conditi, qui Asiæ minoris littora habitauerunt, & inde in Græciam traiecerunt; quorum primus parens sic dictus, quòd audacia magna ad maria omnia peruadenda esset; cuius posteros verisimile est plura maritima Europæ loca occupasse. *Char* siue *Dar* vt nunc potius proferimus, idem est quod audeo; vnde apud Græcos *θάρρα* cum tota sobole remansit. *Ses* autem mare est, cuius patrius casus *Ses*; atque ira Tharses idem est, ac si Latinus diceret, audax maris. Ab hoc credo Tartessum in Hispania conditam, quæ vrbs mercatu & diuitiis nobilissima olim fuit. *Tarses* enim & *Tar tes ses* idè significat. Nos nunc diceremus *Dar des ses* id est, audax ipsius maris. Tartessus igitur solo articulo à Tarses differt. Aspiratam litteram in mediam & tenuem commigrare, nihil miri. Hic tamen obiter monendum, à Iosepo in Tharsis aspiratam litteram agnosci, quam in Tarsus opidi nomine in tenuem mutatam dicit; è quo colligitur, iam tum ipsum Tau malè sono ipsius Thet cœpisse pronuntiar. Interim illud ab eo sumimus, adspirationis paruam aut nullam habendam esse rationem, & aliis seculis aliter eadè vocabula efferri solere; cum videamus Tau non aliter ac Thet tum sonuisse. Primum igitur ex Asia minore in proximas Insulas ab Ione coloniæ deductæ, deinde ab Elisa ad Peloponesum, post à Tarses siue Tartesso ad ipsas vsq. vltimas Hispaniæ oras. Per Citim autè *Cai et Heim* id est, domus placidi lætiq. promontorij designatur. Dodonanim *Dodonheim* id est, Dodonæ domus est. Hic Epirū vicinaq. loca, ille Caietam & proxima littora occupauit.

Hochst.
Sic.Thum.
Dum.
Mut.
Tum.Ee.
Ei-lant.

Iones.

Ionium mare.

Tharsis.

θάρρα.

Tartessus.

occupavit. Cum igitur videamus primos conditores nominibus regionum vocari, fateamur necesse est, ea vel spiritu fatidico indita fuisse, vel post ceu cognomina quædam accessisse, perinde atque Scipio vocatus est Africanus. Sed missa hac quæstione, ad Tartessum reuertar; quod, quæ contra omnium dico opinionem, ea probabilia reddam auctorum veterum & sacre scripturæ collatione. Tartessus, teste Strabone, tota Batica olim nuncupabatur, atque ad eum ipse Batis principio Tartessus à Tarso est indigitatus. Stefichorus enim fluminis Tartessi fontes commemorat, & eos ἀργυροπλιζους vocat. Strabo montem è quo Batis profluit, Argenteum nominatum fuisse scribit, ob maximam argenti copiam, quam contineret. Tota certe illa & proxima Hispaniæ ora plurimo argento antiquitus abundauit; ita vt Polybius testis sit, quatuor hominum myriadas circa nouam Carthaginem in argentifodinis laborasse. Posidonius ingentem auri & argenti in Hispania copiam sic celebrat, vt in ea credat siluis quondam exustis aurum & argentum efferbuisse. Tartessus autem ciuitas in fluminis, eodem nomine vocati, insula quondam fuit, cuius Rex Arganthonius admodum longæuus celebratur ab antiquis. Hinc Anacreon dicit se neque Amaltheæ cornu velle, neque centum & quinquaginta annos Tartessi imperium tenere. Argenti Tartessiaci sacre etiam litteræ meminerunt: Argentum, inquit Hieremias, de Tharsis afferetur in laminas extensum. Quod enim inuolutum verterunt, Hebraicæ lectioni non consonat, quæ vocem habet è radice *yp* quod est extendit, formatam; cuius apud nos origo est à *Gerret*; id est, extensum, littera vna transposita. *Gerret* extendo significat: & tertia littera vel superflua est, vt aliàs frequenter, vel ex augmento præteriti *gerret* adiecta. Ezechielis cap. vicesimo septimo clarissimè mercatus diuitiæque Tartessi demonstrantur, vbi habemus iuxta Hebraicam veritatem, Tharsesij negotiatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque repleuerunt nundinas tuas. Vulgata nostra interpretatio habet, Carthaginenses: verum malè. Nam Tharsesij, Ianigeni erant, non Phœnices, ab Ione genus ducentes. Melius Carteiensis dicerentur, eo quod Tartessus post Carteia fuerit nominata. Mentionem fecit & Esaias, Sidonis excidium prædicens: *Vlulate*, inquit, *naues Tharsis*; id est, vlulate mercatores Tartessiaci, quia ciuitas illa peribit, ad quam merces portare maximo vestro lucro soletis. Caietani item eò nauigabant, vt mox idem addidit, mox coniungens eos qui Insulas habitant. Et vt intelligerentur omnes isti vltra mare habitare, statim subiunxit, Transmarinis repletam fuisse Sidonem. Nihil ergo hic opus fuit, Naues maris vertere, pro nauibus Tharsis; cum Cethim ipsi Tharsis mox addatur vt gens genti. Quamobrem non credam D. Hieronymo, Tharsis apud Hebræos propriè mare vocari; quando hoc loco, cuius testimonio maximè nititur, gentis, non maris, fieri mentionem cuius vel mediocriter attento liquebit. Quod si ex Homero coniecturam cum Strabone facere licebit, dicemus tantam olim in occidentali Hispaniæ littore benignitatem cæli fuisse, vt Elysios in eo campos finxerit Poëta. Hic enim in Protei vaticinio sic canit:

Elysios campos in occidentali Hispania littore finxerunt poëta.

Ἀλλὰ σ' ἐς ἡλύσιον πεδῖον καὶ πείρατα γαίης
 Αθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς ραδάμανθος
 Τῆ περ ῥήσις ἑισοτὴ πέλκει ἀνθρώποιον,
 Οὐ νιφετὸς, ἔτ' ἀρ χειμῶν πολὺς, οὐδέ ποτ' ὄμβρος,
 Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνέοντας ἀήτας
 Ωκέανος ἀνίσσιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Id est, vt ex tempore de Græcis Latinos faciam versus,

*Elysium verò in campum postremaque terra
 Te Dÿ transmittent, vbi sceptrâ tenet Rhadamanthys,
 Atque homines facili vita suauique fruuntur:
 Qua non nix, non seuit hiems, non largior imber,
 Semper at Occanus Zephyros exhalat, amæno
 Frigore tollentes nimium mortalibus æstus.*

Ex his aliisque, quæ cum ex Strabone & cæteris scriptoribus, tum è præsentis illius tractus felicitate colligi possunt, in eam veni opinionem, vt quæ de Elysiis campis apud Græcos canuntur, ea accepta fuisse ex omnium rerum affluentia, & beatissima copia, qua extremæ hæ tum Baticæ tum Lusitanicæ partes abundabant. Nam occidentales

terræ

terræ fines, quos Homerus describit, non alibi reperiuntur: & hæcenus Nerium extremum Gallæci litoris promontorium caput finis terræ vocatur. *Lisbona* igitur non ab Ulyssæ vel dictam vel conditam fuisse existimo; sed multo esse antiquiorem; tametsi Græci, & Strabo inter primos ad Ulyssis errores eam putet referri oportere. Nobis è sacra historia liquet, Elifam fratrem Tarsis fuisse; quo fit vt credam, Tarsesium quidem prius Tartesium condidisse, atque inde Elissam, partim fratris vicinia, partim locorum clementia allectum, ad ostium Tagi urbem statuissè, & de nomine suo *Elif-wan* vocasse, vnde Elifbon, ac deinde Lisbon fuerit nuncupata, duplici digamma in Beta commutato. Quis non videt, quanto hæc nomenclatura propius accedat ad urbis nomen, quod hæcenus sibi seruauit, licet Græci ambitiosè illud conati sint ad Ulyssipolin detorque- *Elu.* re? Elif autem dictus videtur, quasi *Deel-wis*/ id est, totus sapiens, exemto duplici digamma, eadem clade, quam Ion patris nomenclatura passa est. Quod si integrum vocabulum esse velis, idem erit *Elif* quod *El-his*/ id est, incitans ad nobilitatem & generosas actiones. Nec absurdum est, in Asia etiam Tarsum ad Cygnum flumen inueniri, non magis sanè quàm in Phrygia & Latio Ascanios, & eisdem rursus in tota Germania recenseri. Prius enim quàm gentium capita ad insulas & Europam colonias deducerent, sui memoriam in Asia reliquerunt, vt de prima origine constaret. Nónne Gomaros, & Daas, & Sacas, ad Paropanifum videmus, quorum tamen nomina in Europa post clarissima fuerunt? Est igitur quod meritò *Lisbona* sese de antiquitate iactet, quando non solum ab Elifam, Ionis filio, Iapeti nepote accepit primam & urbis & nominis originem; sed occasionem etiam Poëtis dedit de Elysiis campis fabulandi. Habemus itaque duarum urbium Tartessi & *Lisbonæ* primos ortus, quæ piscis illis temporibus omni genere deliciarum maximè excelluerunt. Reges igitur Tharsis reges sunt Bæticæ, vel totius Hispaniæ, vt tota frequenter regio à parte nobiliore nuncupatur. Cùm igitur diuinus Vates Christianæ doctrinæ latitudinem describere vellet, dixit, *Reges Tharsis & insula munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent.* ceu diceret, à mari Persico & Indico, quod Arabes attingunt, ad vltima vsque Oceani littora occidentem versus porrecta, Reges sese Christo submittent. Porro cùm Moses filios Iaphet recensuisset, addidit, *Ab his diuise sunt insula gentium:* quod quamuis ad omnes filios queat referri (quod & à plerisque fieri videmus,) propius tamen videtur ad filios Ionis pertinere, qui per mare ad omnes insulas, non maris modò mediterranei, sed *Ionis filij insulas gentium diuiserunt.* Oceani etiam occidentalis penetrarunt. Fuerunt autem tempore Prophetarum in Italia Caietani nobilissimi mercatores, & insulas etiam possederunt. Sic enim in Hieremia legimus: *Ite ad insulas Cethim;* quarum nomine intelligo Italiam, Siciliam, Sardiniam, *Cethim insula.* Corsicam, & ceteras Italiæ adiacentes. Ferè enim tota Europa maritima insularum nomine vocabatur, quod per pænisulas longè in maria partes eius procurrerent. Et hæc quidem ob eam causam à me prolixius sunt enarrata, quo clarè quiuis cerneret, *Ei/ & Eiwon/ & Tharsis, & Elifam, & Cethim,* nostratis originis esse voces, & longè aberrare, qui de his alia sibi commenta quærunt. *Dee* conuersum est versum à nostrati *Dee/* quo inimicitia denotatur; & dum verbum est, idem significat quod odio habeo, vel cuius sum inimicus. Ita alia recta, alia versa pronuntiant. Nunc iterum rectum exponemus. *Dee* fortitudinem vertunt, & ea in re magnopere sibi placent. Hinc in psal- mi vicesimi primi versu illo, *Tu autem Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me; ad defensionem meam conspice;* iuxta Hebraicam vocem *Dee* quæ loco defensionis posita est, transferri oportere putant, *Tu autem Domine, ne longè fias: fortitudo mea in auxilium meum festina.* Et rursus psalmo octogesimo septimo *Dee* D. Hieronymus vertit, *Sicut homo inualidus;* vbi communis interpretatio habet, *Sicut homo sine adiutorio.* Eodem modo *Dee* vertunt fortitudinem, vt Deuteronomij vicesimo octauo inter ceteras diras ponitur: *Et hæc imprecatio filij tui & filia tua, tradantur alteri populo videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua.* Sic Laban manum suam *Dee* vocat, quod fortitudinem reddunt. Nos omnibus his locis propriam vocis nostræ *Deil* significationem, qua salus denotatur, retinendam putamus, *Deil.* qua seruata, mirum est quanto elegantior in omnibus fiat sententiæ explicatus. Sic in Psalmo, pro, ad defensionem meam; vel, fortitudo mea, dicendum esset, Salus mea.

& in altero, vbi D. Hieronymus habet, *Sicut homo inualidus, vera erit interpretatio, Sicut homo nullam habens salutem.* In diris item Deuteronomij reddemus, *Non sit salus in manu tua,* id est, nec manu tua filios tuos seruare possis. Nec aliter Laban manum suam *Heil* vocat, eo quòd omnem salutem in manu sua collocabat, quasi diceret, in manu mea; ex qua tota conseruatio & mei & meorum dependet, situm est vt te interficiam. Verùm enimvero quia *hæ* pro Deo frequenter vsurpatur, atque hoc nomen doctissimus quisque ad fortitudinem refert, & inter alios Ben. Arias Mont. vir mihi amicissimus; non facile erit mihi huius assertionis meæ probabilitatem tueri, nisi simul docuero, ipsum *hæ* etiam à nostro *Heil*/ quo salus denotatur, deriuari. Scio magnos titulos & summam auctoritatem luminibus meis officere; conabor tamen structuram meam altius attollere, quàm vt fenestris meis Solem veritatis prorsus excludant. *Hel* & *El*/ dum vocalis corripitur, & verbi loco vox vsurpatur, idem est quod ex alto, vel excellens facio, dum nomen est, excelsum notat, idque de vi pronuntiationis, quæ summum linguæ apicem summo cæli vertici applicat. Sic *Hel stem* alta vox, *Hellicht* excellens lumen, & *helt* vir præstans, & similia. Hinc *hul* pro monte, vox Anglis hætenus frequens. Ab eadem radice *hulp* pro auxilio pullulat, vocabulum vel ex *hel-pe*/ vel ex *hel-ey* compositum; de quo alibi. Ab *hel* breui, fit *heil* vel *heel*; quod rursus vel vt verbum, vel vt nomen vsurpatur; & illo quidem modo idem est quod seruare, sanare, & quod vulgo dicimus, saluare, & quouis modo in integrum restituere: at dum nomen est, *Heil* idem est quod salus, non nostris modò, sed Sueuis etiam in communi loquendi vsu; vnde *heiland* seruator. *Heel* verò integrum significat & sanatum; quod dum vt substantiuum vsurpatur, integritatem & sanationem, & vno verbo salutem etiam designat. Quamobrem cum Deus non solum seruator sit, sed ipsissima etiam nostra salus; quoties hanc notionem vna vocula denotare volumus, *heil* dicemus, vt modò dixi: *Orh-Heil*/ id est, Vtinam ô salus. Deus ergo vt de variis suis donis alia & alia apud homines nomina sortitur; ita si *heil* eum voces, vocali breui, altissimum denotaris; sin *heil* nomines, ipsum dixeris ipsissimam esse cum rerum omnium tum generis humani salutem. Nunc igitur ad veritatis censuram, sacræ scripturæ loca, in quibus *hæ* nomen vocali longa pronuntiatum inuenitur, examinemus. *Esaia* cap. tricelimo primo, quod incipit, *Va qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes;* habemus: *Aegyptus homo & non Deus,* *הומו אגפט*, quod alij ad fortitudinem referunt. Nobis clara sententia est: *Aegyptus homo est, non salus.* Homo enim siue Adam externæ salutis semper indiget, tantum abest vt ipse quemquam seruare possit, aut alterius salus haberi. Dicit enim Deus per *Vatem*, *Quia vos ab Aegyptiis vobis salutem quasiuistis, & putastis eorum vos armis seruari posse; ego non vos tantum, sed illos etiam perdam; vt intelligatis me solum esse qui seruare possum, & in me solo omnem consistere hominum salutem.* Nolo hic prolixa contentione meam roborare sententiam. Qui veritatis erit, quàm anticipatæ opinionis, studiosior, ipsa contextus totius verba expendat, & ex iis, quod vitum fuerit, statuat. Consulamus etiam *Oseam* Prophetam. *Is* cap. vndecimo sic habet: *Non conuertar vt disperdam Ephraim, quia Deus ego, & non homo;* vbi *Hebraeus* legit *אני הומו* *אני הומו* id est, quia salus ego, & non vir. Dicit itaque Deus sese non esse virum vindictæ cupidum, qualis vir fortis ferè est, pro quo *ויר* poni solet; nec se furorem iræ suæ ostensurum esse, nec perditurum omnino Ephraim, quasi more viri fortis in prælium contra hostem descenderet; sed contra sese Ephraim seruaturum, & se ipsi fore salutem loco occidionis. Quis hic non videt totam sententiæ vim eneruari, si Deus dicat, Ego non faciam furorem iræ meæ: Non conuertar vt disperdam Ephraim, quia fortis ego, & non vir, vel quia fortitudo ego, & non vir fortis. At si illorum assertionem sequamur, qui *hæ* ad fortitudinem propriè spectare dicunt, sic essent verba Latinis interpretanda. Fateor equidem me tam stupidum esse, & aures ita habere crassas, vt quid hæc sibi velint, non intelligam; cum è diuerso significantissima sit sententia: Ego non perdam Ephraim, quia ego sum salus, & non vir fortis: Vel ego sum seruator, non vir fortis, paratus ad iniurias vlescendas. Videamus & alium locum *Geneseos* cap. tricelimo tertio, cum *Iacobus* fratri suo *Esau* cum quadringentis viris obuiam venienti occurreret, ac magno in timore versaretur, ne à fratre ob iniuriam benedictionis surreptæ occide-

retur,

Hel.
El.Helt.
Hil.
Hulp.
Heil.Heiland.
Heel.

te vehementer nimis. Et rursus, *Ego sum*, inquit, & ponam pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium: Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te: faciamque te crescere vehementer, & ponam te in gentibus, Regesque ex te egredientur. Videtur hic duo Dei nomina explicata; prius quidem *Dei* siue *Deel*, posterius *Saddi*: Nam cum dicit se pactum cum Abrahamo initarum, se dicit seruatore[m] ipsius futurum. Homines enim omnes de primo peccato Dei sunt hostes, & perpetuo diuortio reiecti. Nisi igitur Deus ex sola clementia sua pacis foedus nobiscum de nouo feriat, salui esse nullo modo possumus. Omnem igitur salutem nostram huic foederi debemus; quod si violamus, perimus. Huic tamen refarciendo Pontifex destinatur, qui *bont-fecht* / id est, foederis purgator, ex eo nomen accepit. Solus igitur Christus, qui ex Abrahami semine nascitur, verus Pontifex dici potest; cuius ceteri Pontifices typum dumtaxat quendam & laruam habuerunt. Deus ergo primum se *h* vocat, id est, Seruatore[m]: quia salutis nostrae foedere se (ponte sua obligauit. Deinde addit *Saddi*, id est, magnum feminis incrementum, de quo salus nostra Christus erat carnem suam sumpturus. Eandem vocem rursus legimus Genesios cap. vicesimo octauo, vbi legitur: *Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet, ut sis in turbis populorum*. Hic loco Deus omnipotens, Hebraeus habet *וְיָרֵךְ* id est, Seruator semen promouens & magno incremento augens. Quod autem *h* praemittat, ad illud quod modò exposui arcanum salutis humanae consilium spectat. Propter salutem enim generis humani semen Abraham, Isaac & Iacob erat augendum, quod Christus tandem, veluti omnis incrementi scopus, absoluit, de quo Sibylla cecinit:

Pontifex.

*Aggredere o magnos, aderit iam tempus, honores,
Chara Deum soboles, magnum Iouis incrementum.*

Maximum itaque in eo mysterium later, quod *h* ipsi *וְיָרֵךְ* praeponat, quippe quo indicetur vltimus finis, ad quem totius sobolis augmentum referebatur. Addatur & aliud exemplum e cap. Genes. quadragesimo octauo, in quo legitur: *Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quae est in terra Chanaan, benedixitque mihi, & ait, Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum*. Hic iterum *וְיָרֵךְ* habemus, adeo vt nihil clarius esse queat quam nomine *Saddi* feminis augmentum denotari, & *h* ea, quam dixi, ratione praeponi. Iam & illud Balaami quorundam spectat aliud, quam ad Israelitici generis incrementum, dum dixit, *Qui visionem omnipotentis intuitus est*. Ait enim se vidisse quod *Saddi*, qua voce vitur, populo Iudaico daturus esset magnum feminis & posteritatis augmentum, vti mox declarat, dum oraculo suo intexuit: *Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas*. Apud Iob item cap. vicesimo secundo, dum dicitur, *Qui dicebant Deo, recede a nobis, & quasi nihil possit facere omnipotens, aestimabant eum, cum ille impleset domos eorum bonis*. Rursus: *Si reuersus fueris ad omnipotentem, aedificaberis*. Et paullo post: *Eritque omnipotens contra hostes tuos, & argentum coacernabitur tibi*. Tunc super omnipotentem delicias afflues; *Saddi* legitur. Agitur enim contra Iob, ceu is Deum, qui semen ipsius auxerat & secundis rebus filios filiasque prosperauerat, deseruisset, atque cuius potius, quam Deo, sobolis suae incrementum & felicitatem acceptam tulisset, atque idcirco in eas, quas ferre cogebatur, incidisset arumnas. Apud Esaiam cap. 13. elegans est similitum vocum contraria significantium allusio, dum dicitur *וְיָרֵךְ* id est, quasi vastitas ab eo veniet, cuius proprium est, semen augere ac prosperare. Perinde igitur Vatis verba capienda, ac si dixisset, Deus non erit *Saddi*, sed *Sod*, id est, Deus non dabit feminis incrementum, sed loco incrementi vastitatem. Ezechiel item, dum capite primo vaticinij sui hac *Saddi* vitur, ad etymologiam verba accommodauit: *Et audiebam*, inquit, *sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei*. Hic loco sublimis Dei *וְיָרֵךְ* legitur, & quidem elegantissima collatione, si recte pro eo ac debet explicetur. Dicit se audiuisse sonum alarum similem sono multarum aquarum, qui talis erat, quasi sonus esset Dei *Saddi* / id est, semen augentis. Quando vero sonus ipsius *Saddi* auditur? Quando? Nempe tum

Cum pater omnipotens facundis imbribus aether

Coniu.

*Coniugis in gremium lata descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fetus.*

Imbres enim feminum omnium terræ commissorum faciunt incrementum, & maximo sono in terram à Deo Sæddi præcipitantur. Sic Ennius in noctibus Atticis citatus dixit: *Humidus unde oritur imber, sonitu sauo & strepitu.* Sonum igitur alarum comparat Ezechiel magno vehementis imbris sono; quem Deus Sæddi ad feminum incrementa promouenda in terram demittit. Cedo nunc, an quidquam possit elegantius dici, aut ad veram nominis Sæddi rationem accommodatius. Nemo igitur ignorare potest, quis sit sonus Sæddi, qui modò largioris imbris strepitum aliquando audierit. Aliud Dei nomen est אלהים vel אלהים, quod non rarò Angelis etiam tribuitur, & iis qui Dij falsò putantur. Dicitur & אלהים, & Chaldaicè אלהים vel אלהים, cuius ratio si ab אלהים petatur, quod maledicere & imprecari diras significat, pessimi ominis nomenclaturâ Deo afflexeris; nec est tamen alia etymologia apud Hebræos. Nobis אלהים altam custodiam designat, vnde fit vt Deus hoc nomine custodiam rerum omnium supremam habere designetur. Nemo autem rectè custodire potest id cuius ordinem & totum perfectionis artificium ignorat. Hinc dum Latini dicunt, *In principio creauit Deus calum & terram*; Hebræus אלהים legit, quasi diceretur, idem ille Deus qui omnia custodit & tuetur, in principio ipsa illa quæ custodit, creauit. Quoniam autem Deus non ipse modò omnia custodit ac tuetur, sed angelis etiam custodiendi partes distribuit: frequenter & hi אלהים dicuntur, id est alti custodes, quos nos אלהים, vel Flandrico modo, אלהים vocaremus. Perspicuum itaque, cur hoc potius nomen, quàm cetera, ad spiritus creatos transferatur; & cur per Segol prima syllaba scribatur. Nobis enim, vt paullo antè dixi, in אלהים & אלהים pro alto & excelso vocalis breuis est, quæ in אלהים produci- tur; eo quòd ab אלהים vel אלהים deriuetur. Quando igitur nihil communius à Deo peti- tur, quàm vt nos nostraque omnia custodiat; non mirum est, hoc vocabulum אלהים fre- quentissimum sacris litteris esse. Porro quia אלהים id quod in re quaque excellit, notat, fa- ctum vt aries אלהים, id est, ouis excellens vocaretur, è quo Hebræi אלהים fecerunt. Cur verò ceruum אלהים vocarint, equidem coniectare potius possum, quàm asserere. Mi nobis אלהים idem esse quod spiro, antè tradidi; vnde Græcis אלהים, & alia. Mi אלהים igitur siue אלהים illud erit cui spirandi excellens sit facultas. Cerui certè diutissimè viuunt, & diligenter sibi spirandi auxilium quærunt; quod clarè cernitur, dum auidissimè vel Solis ardore, vel cursu excafacti aquas expetunt. Hinc Vates, *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* In אלהים quo Hebræi dicunt grandinem deno- tari, metathesis videtur esse ex אלהים, quo grandinis tempestas designatur. D. Hieronymus prægrandes vertit in Ezechiele, vbi legitur, *Erit ei imber inundans, & dabo lapides prægrandes.* Mihi nihil dubij est, quin אלהים grandinis tempestatem hoc loco significet, vt sit sententia: Immittam lapides per tempestatem grandinis. Eodem modo alter locus intelligendus cap. tricesimo octauo, vbi imber vehemens & lapides immensi leguntur. Nam & hinc grandinis tempestas significatur, quam nos אלהים vocamus. Vnde cernere licet, quàm necessaria sit primæ linguæ cognitio ad Hebraicum sermonem rectè interpretandum; in quo quia plurimæ voces sunt rarò vsurpatæ, nec radicum certè causæ exstant, magnas crebrò tenebras existere necesse est: in quibus facile esset ad primos fontes reuocare censuram, nisi tanta esset in confusione. hinc vocum mutilatio, & superuacaneorum characterum appendix: hinc fœdissima ordinis elementorum perturbatio; vt cetera interim, quæ plurima sunt, missa facia- mus. Quid turpius & rationi magis aduersarium, quàm ex אלהים vel אלהים, quod אלהים sonat, facere? Certè non aliter hic peccatur, quàm si quis ex Vno omnium principio omnia dicat in nihilum redactum iri. Nobis אלהים & אלהים contraria sunt, vt satis clarè, ad- ditis rationibus, ostendi, & אלהים quidem negationis vim habet in sermone nostro, quod Hebræi in אלהים conuerterunt, metamorphosi qua nullam habet Ouidius portentoso- rem. In quibusdam procliuè est originem ex eiusmodi conuersione agnoscere, sed conciso & superflua litterarum additio voces à natalibus quamlongissimè alienat. Quis in אלהים mi/ quod significat vito, agnosceret? Atqui si vocem citra puncta legas, statim mi inuenies, cui Aleph superuacaneum accessit. Verùm significatio à virandi notione ad

Dat. horrorem & terrorem transit. Latini à mit/ id est, vitat, Timeo fecerunt; & formula re-
 ctæ ex mit/ Metuo. Quia verò littera He in fine in Tau mutatur in femininis, ex E-
 phat נָפַח fecerunt, quod aliter נָפַח dicitur, vt Primi Regum cap. decimo septimo,
 vbi Dauid in mandatis à patre accipit, vt Ephat polentæ fratribus ferret. Equidem
 credo nostrum articulum in causa crebrò fuisse, vt Aleph principis vocum adderetur.
 Phat. Phat siue Dat generatim vas, & peculiari vsu certam nobis significat mensuram, non
 Dat. liquidorum modò, sed etiam aridorum. Ceterum sicut hoc rectam seruat seriem, ita
 Phat contrarium habet litterarum situm, quo inimicitiam cum aliquo alicui esse deno-
 tamus. Nos enim De dicimus, quæ vox vt verbum vsurpata, idem notat quod inimi-
 cus sum; dum vt nomen in orationem venit, idem significat quod hostilitas & inimi-
 citia. In aliis difficultas est, quòd ratio nominis è diuersis locis peti possit. Cum enim
 Phet. pro phet/ id est impero, phet dicamus, & Hebræi, haud secus ac Sueni, sibilos affectent,
 Dat. ph pro viro vsurpatur, propterea quòd eius sit imperare. Eiusdem vocis ratio ab hit
 pro calore derivari non incommodè posset. Cum verò ph pro aliquo ponitur, deri-
 Et. uatur ab et siue it/ quo aliquid significatur, qua voce nos in neutro dumtaxat genere
 Phet. vri solemus. Est autem Scin in hac voce, vt in plurimis aliis, pro Samech collocata.
 Quædam etiam voces metaphoricam habent rationem, vt in נָפַח videmus. Nobis
 Han. enim phet-han pro viro valdè calido & forti ponitur; propterea quòd maxima vis solaris
 Alani. in gallinaceo, quem han vocamus, reperiatur. Hinc Alani nomen sibi sumserunt. Phet-
 han igitur gallinaceum significat, & calidum, & aliis imperantem; quando phet vt rum-
 que designat. At phet-an sine adspiratione, idem est quòd calide & magno impetu ali-
 quid aggrediens. Sic flumina celeriter currentia phet-an dici possunt, & vehemètes item
 dolores phet-an licebit vocari. Et hæc quidem de נָפַח, vt Nun radicalis est littera, vt
 Cai. vult Rabbi David. Verùm si נָפַח radix sit, dicemus à tai nostro fieri per conuersionem,
 quo significatur id quòd difficillimè rumpitur atque superatur. Ad hanc rationem per-
 tinet illud Numerorum vicesimo quarto cap. *Robustum est habitaculum tuum.* & illud
 Deuteron. vnde vicesimo cap. *Ad vallem duram & cultu insuperabilem.* Item illud
 Prouerbiorum: *Via contemptorum dura.* Tum etiam illud Michæ, quo terræ funda-
 menta Ethan dicuntur. Dignum igitur diligenti animaduersione, eandem vocem
 diuersas habere notationes, pro eo ac radices diuersæ sunt; quibus ignoratis, nulla po-
 test homonymiæ causa reperiri. נָפַח variè apud Hebræos in vsu venit. Nobis Phet il-
 lud significat quòd Adhuc, etiam; vt sit nimirum copulæ signum. Sic apud Mosem
 duodevicesimo Genesios cap. *Si loquar adhuc semel.* Clarior hæc est huius vocis nota-
 tio, dum pro eo ponitur quòd item Latini dicere solent. Sic vicesimo tertio Leuiti-
 ci cap. vbi dicitur: *Decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus.*
 Hebræus orationem ab נָפַח incipit. Vertendum igitur erat, *Item die decimo &c.* Exodi
 item vicesimo primo, *Si autem vno die vel duobus superuixerit;* dici Latine posset, *Si au-
 tem vno atque altero superuixerit.* Eodem modo in Odes Davidis centesima tricesimæ
 octauæ parte illa, *Si dixi forte tenebræ apprehendent me;* vera ratio postulat vt dicatur,
Et dixi etiam tenebræ apprehendent me. Nec aliter in Genesios cap. vnde tricesimo,
 vbi est, *Os meum es & caro mea;* verti debuisset, *Ad hæc os meum es &c.* vt sit copula
 sententiæ cum præcedenti colloquio. Expendas hac ratione loca omnia, & videbis in-
 terpretes non satis huius coniunctionis vim cognouisse. Latini pro nostro Phet/ more
 Hebræorum, Ac dicunt; vbi vera veteris pronuntiationis in Cappa mansit vestigiū,
 Ac. quòd apud Hebræos malè per sonum Chet enuntiatur. Mira est apud Hebræos in
 litteris quibusdam efferendis corruptela. Nam vt Cappa litteram tenuem loco adspi-
 ratam ponunt; ita adspiratam absurdissimè per nudam adspirationem geminatam
 efferre conantur. Nec recens hæc est aut heri aut nudius tertius nata confusio, sed
 iam inde ab eo tempore quo Ioseph Historiæ Iudaicæ scriptor, & D. Hieronymus
 vixit. Quemadmodum enim Ioseph peruersam prodidit ipsius Tau in Tharles
 pronuntiationem; ita Hieronymus tradit Phet per Ham densius, quam si per He scri-
 beretur, efferri, atque He quidem simplicem illam duplicem esse adspirationem. Eo-
 dem modo sonum Sade corrumpunt, quæ littera per S T proferri debuisset. Nec aliter
 Scin pro Samech ponunt, idque tam prisca consuetudine, vt Saba modò per Scin, mo-
 dò per

dō per Samech scribant. Sed hac de re in Hieroglyphicis latius, id modō obiter sit an-
 notatum; iustam germanamque litterarum distinctionem iam olim apud Iudæos cor-
 ruptam fuisse. Hoc loco in \aleph Latinorum nos iuuat locutio, quæ Ac habet non Ach.
 Quōd si D. Hieronymo & aliis crederemus, Ahh ceu lari hiantes efferre deberemus,
 quod tam absurdum est, vt ne simplex quidem adspiratio satis commodē in fine queat
 pronuntiari. Ab \aleph addito Nun fit \aleph eiusdem notationis. Hinc Genesios cap. secun-
 do, vbi legitur, *Quomodo palam factum est verbum istud; verti potuit, Etiam palam fa-*
ctum est. Eodem modo psalmo octogesimo secundo, vbi legimus, *Ego dixi, dii estis,*
& filij excelsi omnes; vos ergo quasi Adam mortemini; dici potuisset, *Atque sicut Adam*
sive homo moriemini. Nec aliter Esaia quadragesimo nono, vbi vulgo legitur, *Ergo*
iudicium meum cum Domino; vertendum, *Atque iudicium meum cum Domino.* Dicit
 enim Propheta in persona Christi, se in vanum apud Israëlitas laborasse, & id ipso Dei
 iudicio probat, qui solus potest arcana filij videre. Minuta sunt hæc in speciem, fateor:
 sed talia tamen, vt totum Dialecticorum acumen in his pletumque versetur. \aleph per
 conuersionem à primogenio degenerauit, & Aleph superuacaneum accersiuit. Hoc
 verbum flectere & impellere vertunt. Prouerbiorum decimo sexto, *Quia compulit ad*
illud os suum. Nobis \aleph est tentare, & aggredi, & ad aggrediendum impellere. Per-
 inde igitur \aleph sonandum, ac si \aleph per adspiratam litteram scriptum esset; loco cuius
 G ponitur, altius expectoratum. Huius certum est argumentum \aleph quod idem signi-
 ficat formula ea qua Hebræi nonnullas voces in variis ordinibus efferunt. Hic Aleph
 relictum est, quod in prima nostra radice non inuenitur. Quod si \aleph dicas, idem est
 quod incuruare. \aleph agricola, ab \aleph Rabbi David dicit fieri à \aleph quo significetur ager,
 & Aleph esse Nophet. Nobis perspicuum ab \aleph fieri, vnde Latinis Agri nomen.
 Est autem \aleph nobis & nominis & verbi loco, pro terra culta, & terram colere: ceu
 dicas, \aleph id est, bona terra, vel terram bonam facio. Aleph igitur ad vocis pertinet
 integritatem, contra ac magister noster sensit. At cum Hebræi \aleph pro agricola po-
 nunt, idem faciunt, ac si agrum Latinus pro agricola diceret. Nos \aleph dicimus;
 vnde liquet, Mem & Nun cum vocali sua reiecta esse ad trium consonantium legem
 conseruandam, qua nihil potuit aptius cogitari toti linguæ miseris modis corrupen-
 da. Turpissimè verò in \aleph se gesserunt, quo pro Non vtuntur. Vocem enim citra nota-
 tionis discrimen vertunt, \aleph similiter dicentes, tametsi in hoc alio puncto vtantur. Hic
 enim \aleph omiserunt, haud secus atque in \aleph Man. Dicimus enim \aleph id est omni-
 no nihil. Ex \aleph igitur, \aleph ad negandi vsum venit, cum apud nos Omne & Omni-
 no designet. & hinc rursus inani metathesi & citra causam inducta \aleph pro non. Eodem
 modo litteram omiserunt in \aleph quo deuorare significatur. Aleph enim, quod super-
 fluum est, locum Samech occupauit, vt nimirum è \aleph fiat, & hinc \aleph . \aleph lamen-
 tari, vlulare Chaldeis, à nostro \aleph maledicere, imprecari. Hoc verbum insignem
 cladem passum est, nos \aleph dicimus. Vau igitur perperam in Aleph transit, & He-
 loco Chet vel Caph positum. Vtrouis enim modo dicimus \aleph & \aleph . \aleph in-
 utilem esse vertunt. Nobis \aleph id est, omnino nihil agens, & desidiosum. \aleph
 idolum. id alij aliunde ducunt. Nostrates \aleph id vocant, quod nullam potest dare
 salutem: \aleph enim & \aleph inane & vacuum significat, vtpote illud quod prorsus solita-
 rium est, nec quicquam habet quod comitetur aut adsit. Quid verò elegantius dici
 queat, quàm si Idolum & statua \aleph vocetur, id est omnis salutis dandæ potestate
 carens. Hac ratione diuinatio Pseudopphetarum apud Hieremiam cap. 14. \aleph dici-
 tur, id est, omnis salutis expers, siue nihil habens salutare. \aleph facere manipulos. Hic
 rursus vocula relictæ est. \aleph culmum significat siue calamum; & Latina quidem
 vox à nostrati descendit, mutata adspiratione in C, quod Latinis & Græcis frequens.
 Sic ex \aleph Cornu Latini, Græci \aleph dicunt: Ex \aleph Græci; Latini Corda; &
 alia quam plurima. \aleph igitur calamus, \aleph culmos colligo. \aleph mutus, ab \aleph /
 id est, vocis expers, siue voce carens; sicut \aleph carens salute. \aleph pro vtique vsurpant;
 sed quia ignotæ significationis est, interpretes ferè vtī superfluam vocem omittunt. De-
 riatur à nostro \aleph / quod est vterius sermonem fausto omine continuantis. Hinc
 pro Vestibulo ponitur, quia illud primum sit templorum exordium, ad quod intrantes

meritò dicere debent, *Wel-an*/ id est, felix sit & faustus progressus & introitus. Alij Germani *Wel-an* efferunt, quo ad auspiciatam operis aggressionem hortantur; quæ vox propius accedit ad *וּלְאָן* siue *וּלְאָן* cum *Wel-an* *וּלְאָן* in plurium numero propius referat. Scirec autem *אָן* loco duplicis digamma poni modò dictum in *וּלְאָן*. Latini Vestibulum vocant, cuius vocis in noctibus Atticis dubiam videbis interpretationem. Quidius à Vesta deduxit, quòd eius nomen in omnibus sacris primum inuocaretur. Hinc

Aph' is'ias. *Aph' is'ias* apud Græcos in prouerbiu abijt, quoniam sacrorum primitiæ huic debebantur. Vestæ nomen à Vi sto Naso deducit; alij ab *is'ia*. Nos scimus Vestam à *West* dici, quo firmitas denotatur: vnde mœnia ciuitatis *Westm* dicuntur. A Vesta fit *is'ia*, vt à Veneto Henetus, à Sus'is. Plurima enim vocabula in lingua Latina quàm in Græca origini sunt propinquiora, tametsi contrà ferè ipsi crediderint Latini. A *West* siue *Weste* (nam vtrumque iuxtà in vsu est) fit *Weste-wol* / id est, firmitatis felix successus; siue bene firma, & stabile redde: quod votum eius est qui Deum precatur, vt propositum suum confirmet atque stabiliat. Hoc enim à primo limine rogare solemus, vt id quod volumus, Deus firmum nobis reddat. A *Weste-wol* igitur Vestibulum apud Romanos mansit, porticus ante templa strui consuetæ; vnde ad palatiorum prothyra transit. Eadem igitur ratio nominis Hebraici & nominis Latini, licet diuersæ sint, & diuersos habeant natales duæ ipsorum partes. *Wel* enim ambobus commune, quod in *Bul* mutatum est apud Latinos; quia facilis sit è digamma nostro duplici in *B* commigratio. Cum verò *וּלְאָן* per Nun scribitur, apud Hebræos Viduum significat; quæ notatio rationem ducit è nostro *Et-lam*/ quo significatur is qui legitimo coniugio mutilatus est. Connubium enim legitimum è duobus vnum facit, & idcirco ab *Vno ee* nomen habet, ceu *Vnionem* dicas; quo fit, vt dum alter moritur, alter mutilatus dimidia sui parte relinquatur. *Lam*/ a breui, mutilum signat. Hic cernere licet, vt è variis originibus homonymia Hebraicarum vocum existat, cuius tamen Rabbini nullam norunt causam. *וּלְאָן* Quercus. Huius vocis vt plures queant dari radices, ea tamen mihi maximè arripet, quæ *heil-won* nobis vocatur, vox rursus geminam habens interpretationem; alteram, vt *Won* vocalem longam habeat, qua ratione salutis domicilium denotatur; alteram, vt vocalis breuis sit, & vox composita ex *heil* & præterito imperfecto ipsius *wiv*/ quod significat Lucror, vinco, obtineo; qua via Quercus *heil won*/ dicitur, quòd per eam salutem mortalium genus acquirat & lucretur; vel quia quercus ipsius salutis, id est, Christi sit victoria. Vicit enim draconem in querna cruce, quæ vera fuit arbor vitæ, vt in Druidarum religione declarabo. Quòd si nullam admittas litteræ in hac voce iacturam, *Et-loon* exponam; quo quidem modo Quercus *Et-loon* dicitur, quoniam connubij legitimi merces sit. Per crucem enim Christus mercedem sponsæ suæ persoluit, quasi donum quoddam matutinum, quod mariti nuptis dare consueuerunt. Franci Teutonico vocabulo *Morgengab* dicunt, cuius Episcopus Turonensis in historia sua fecit mentionem. Verùm, vt dixi, mihi prius illud placet magis, de quo qui plura nouisse volet, Gallica nostra consulat. *וּלְאָן* mille. Nos *Wheel* siue *Deel* pro multis dicimus. Hebræus ergo generis nomen pro certa numeri forma posuit. *וּלְאָן* molesto. Nobis *Last* dicitur pro onere & molestia, dum vox vti nomen vsurpatur; at dum verbi locum tenet, idem est quod onero & molesto. Vides hic veram ipsius *Sade* pronuntiationem, & quàm inanis sit littera Aleph tum in hac, tum in voce superiore; nisi velis esse metathesim. *וּלְאָן* Si vertunt. Fit à nostro *en*/ qua vocula non solùm copulandi vim habet, sed frequenter etiam pro si vsurpatur. Hic clarè cernitur, Mem loco Nun positum esse, quemadmodum & antè in *וּלְאָן* vocabulo ex *Wel-an*. *וּלְאָן* pro matre, fit à nostro *Mee*/ qua mater etiam notatur; vnde *Mai* siue *Mai* matertera. Fit autem *Mee* à *Me*/ quod est adiuuo, quoniam primarium hominis auxilium mater fit, patris videlicet semen sic adiuuans, vt & foueat & nutriat; ac deinde foetum lacte suo post partum tantisper alat, dum victu solido vesci possit. *וּלְאָן* famula. Nobis *Macht* vel *magt* virginem significat, & pro famula etiam ponitur, quia virgines ferè loco ancillarum habeantur. Quo tamen inter virginem & ancillam discrimen agnoscat, hodie ferè *Mat* pro *Magt* dicunt, dum famulam nostrates denotant. He igitur hic pro *Chet* positum est, & hoc rursus pro *G*, quod est creberrimum. At dum *וּלְאָן* pro cubito ponitur, à *Mact* pro

mensura

mensura deriuatur, eo quòd cubitus princeps sit & primaria hominis mensura. Qua-
 drat enim hominem, dum quater acceptus totam hominis absoluit longitudinem.
 לָמָּה deficere, imbecilem fieri. Fit à Lam/quo mutilum & infirmum denotatur, & ali-
 quando etiam mutilare. לָמָּה credere & stabilem esse. ab Ce-mein id est verum & legiti-
 mum puto. לָמָּה pro artifice, quis non videt ab hant-man fieri, quo vir manualis, vt sic di-
 cam, & mechanicus notatur? לָמָּה firmare, roborare, præualere, à Meest/ quo maximum
 significatur, vnde Meester pro doctore, eo quòd in summo & maximo honore sit haben-
 dus. Meest/ & Mast/ vt alij loquuntur, est pinguem & robustum facio. לָמָּה fortis. Meest/
 nobis maximus. לָמָּה dicere, loqui. Mar famam nobis significat, siue quod vulgo homi-
 nes loquuntur. Hinc Maren & Vermaren est loqui de aliquo. à quo דָּמָר, quod D. Hie-
 ronymus transtulit, vulgo dicitur. Abutuntur ergo voce hac Hebræi, dum pro quauis
 locutione ponunt. Verum dum pro cogitare vsurpatur, vocabulum versum est è Gam/
 quod nobis inter alia significat rem mente nostra supputare, considerare, & cogitare.
 לָמָּה lingua Chaldaica significat arietem, quæ vox conuersa est è nostra Gam/ quæ, dum
 breuis est vocalis, arietem designat. לָמָּה dicunt pro veritate. Nobis Teem decorum
 iustumque significat, quod à veritate nequit seiungi. Quod igitur David cecinit, *Ve-
 ritas de terra orta est*; id fabularum textores significarunt, dum Themidem è terra
 ortam dicunt. Sed nunc satis est exemplorum, quæ sumta sunt è dimidio paulo plus
 minus eorum quæ à littera Aleph sumunt exordium. Quid igitur futurum, si totum
 Lexicon Hebraicum ad hunc modum à nobis examinatum adderemus?

Lam.

Meest.

Meester.

Meest.

Mast.

Mar.

Maren.


Vermaren.

Gam.

Gam.

Teem.

FINIS.



*Ioh. Goropij, pia memoria, Hispanica, Francica, Gallica,
Vertumnus, Hermathena, & Hieroglyphica, eiusdem sunt
eruditionis cum iis operibus quae unus edidit. Nec quicumque in
his libris à me, aut ab aliis est animaduersum quod fidem aut
morum integritatem laedat. 21. Sextilis, 74.*

**Ioh. Molanus, Apostolicus
& Regius censor.**



THE OCEANIC PIRATE

BY

A. N. S. P. E.

Author of "The Pirate's Paradise"

And other works

London

Let there be a general meeting of the Board of Directors
of the Company on the 15th day of January 1900
at the City of New York, New York, at 10 o'clock
A.M. for the purpose of electing a President and
Directors for the year 1900.

Wm. H. H. [Name]